AVGVSTISSIMO ET POTENTISSIMO

REGI AC DOMINO

DOMINO

MAXIMILIANO JOSEPHO

REGI BAVARIAE REL. REL. REL.

REGI AC DOMINO SVO

LONGE INDVLGENTISSIMO

PATRI PATRIAE LENISSIMO

HVNC LIBELLVM

SACRVM ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPH. HARLESS

Mira lenitas raraque indulgentia erga omnes, imperio TVO ſubiectos, inſignis comitas, qua cunctos, quibus facilis ad TE aditus patet, TV

REX AVGVSTISSIME

excipere ſoles, et munificus amor erga litteras harumque doctores pariter atque cultores, et reliquae virtutes, quae in pectore TVO reſident omniumque ore celebrantur, me ad TVAM adorandam purpuram et ad ſummam meam erga TE religionem atque venerationem TIBI palam teſtificandam non duxerunt, ſed rapuerunt. Quam ob rem mihi temperare non potui, quin *Nomini* TVO *Auguſtiſſimo* hoc, leue quidem, opuſculum inſcriberem TIBIque tamquam pignus animi erga TE pii offerrem, laeta ſpe fretus, fore, ut pro ea, quae in TE

eſt,

eſt, lenitate animique magnitudine, ſi errauero, meae audaciae, aut potius maximae erga TE reuerentiae atque venerationi ignoſcas indulgentiſſime.

Ego vero deum precor, vt TV cum Familia TVA Regia, omni felicitate abundans, diu adhuc viuas floreasque, et vltimam vitae humanae metam ſaluus ſoſpesque conſequaris. TVAE autem fidei ac tutelae vt me meosque habeas commendatos, ſupplex oro TE obſecroque. Sum

NOMINIS TVI

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI

CLIENS DEVOTVS

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLESS.

AEQVO ERVDITOQVE LECTORI

S. D. PL.

GOTTLIEB CHRISTOPH. HARLESS.

Ad breuiorem hanc Notitiam in vſum ſcholarum edendam a viris quibusdam doctis, praeſertim a cel. *Müllero*, Rectore ſcholae Cizenſis digniſſimo de litterisque antiquioribus optime merito, excitatus, quomodo in illa conficienda verſatus ſim, paucis declarabo. Ea igitur, quae in Introductione in hiſtoriam litteraturae graecae atque in Supplementis latius exponenda duxe-

duxeram, hic, vti in Breuiore Notitia litteraturae romanae feceram, non modo contraxi, omiſſis, quae aut diſcipulis nondum adeo neceſſaria ſcitu viderentur, aut a doctoribus, ſi qui huncce libellum, quem iunioribus ſuis auditoribus commendarent atque copioſius explicarent, dignum iudicarent, commode poſſent ſuppleri; ſed etiam alia ratione breuius narraui, et vbiuis fere, mentione aliorum librorum, praecipue recentiorum editionum, quae quidem interea in manum notitiamue meam venerant, facta, inſigniter auxi. Ordinem tamen, quo in Introductione mea vſus ſum, ſeruaui, vt cum auditores, tum maxime doctores, ſi maius illud opus ad manus haberent atque conſulere vellent, id facilius conferre, et, ſi placeret, plura interdum poſſent ex eo haurire. Ideo, et potiſſimum, quia breuitati, ne moles libri in tabernis librariis augeret pretium, cum

primis

primis ſtudui, lectores rarius ad illud et ad Fabricii Bibliothecam graecam, a me editam, ablegaui. Vt autem liber a mendis typographicis liberior prelo exiret, corrigendorum vitiorum ab operis commiſſorum curam pro ea, qua floret, humanitate ſuscepit cel. *Schaeferus*, Profeſſor Lipſienſis, qui in hoc litterarum genere diu verſatus et, multis iam auctoribus graecis egregie editis, magnam conſequutus eſt nominis famam. Atque eius ſollertiam ac diligentiam animique intentionem in corrigendis erroribus typographicis lectores mecum laudaturos eſſe, iure ſperare ac ſpondere poſſum. Quae adhuc, licet omni cura adhibita, ſuperſunt vitia, ea, reor, facile animaduertet et emendabit lector. Idem V. C. ſingulis fere paginis haud paucas editiones recentiſſimas, quae in meam nondum venerant notitiam, aut alia, quae notatu vtilia videbantur, tam in contextu,

quam

quam in notis apte docteque inſeruit. Alia, quae addi poſſent, poſtea deprehendi; ſed veritus, ne, dum ea in adpendice congererem, moleſtus fierem, et latius extrauagarer, ea in praeſenti praetermittere malui. Tu vero, L. B. hoc Catone contentus, lubenter accipias hoc opuſculum, mihique, ubi errauerim, benigne ignoſcas velim. Vale, et vt mihi meisque conatibus fauere pergas, Te etiam atque etiam rogo oroque. Scr. Erlangae ipſis Nonis Octobr. cIↃIↃcccxII.

PROOE-

PROLEGOMENA.

1. De origine et antiquitate linguae graecae, de eius praeſtantia, ſuauitate atque vbertate orationis, et quam vtile atque neceſſarium vel hodie cuilibet, qui vltra plebem ſapere cupiat, ſit curatius illius ſtudium, non eſt, quod poſt operam doctiſſimorum hominum *) et multa eaque ſplendida tam antiquioris quam recentioris aetatis exempla vberius disputemus. Atque ad ipſius linguae latinae, a graeca maximam partem ortae, ſcientiam interiorem, et ſolidam latinorum poetarum potiſſimum atque oratorum, quorum magiſtri fuerant Graeci, intelligentiam permultum confert perpetuum auctorum graecorum ſtudium, quamquam haud defuerunt, qui id haud omnino neceſſarium eſſe perperam contenderent.

2. Vt autem omnes res humanae ſua habent fata, et, a tenuibus profectae initiis, ſenſim ſenſimque creſcere, dein, quando per quosdam gradus ad faſtigium peruenerunt, modo paullatim, modo ſubito decreſcere, ſuamque priſtinam dignitatem

*) Nubem librorum, in quibus de vſu, praeſtantia et neceſſitate linguae graecae diuerſimode agitur, excitatam reperies in Catalogo bibl. *Bünau*. tom. I. p. 636 ſqq. in *Jo. Simonis* Introductione — in L. Gr. ſect. I. §. 7. in *Lawätz* Handbuch für Bücherfreunde, vol. I. part. 1. p. 393—399. aliosque in libris mox citandis laudaui VV. DD. in hoc litterarum genere verſatos, quibus add. *Car. Gottlieb Anton* in progr. Gründe zur Empfehlung der griech. Sprache. Görlit. 1809. 4.

tatem suumque splendorem amittere solent; ita quoque lingua graeca et artium ac litterarum cultura vel fortunae casu, vel mutatione rerum publicarum facta vel aliis de caussis suas habuerunt vicissitudines atque periodos. Namque *prima* aetas fuit plerumque rudis et infantia ac pueritia linguae. Ante Homerum quidem plures perhibentur fuisse, qui carmina conderent; sed vel plurimorum nomina tantum supersunt, vel carminum, quae adhuc sub quorumdam nominibus circumferuntur, notitia vaga est incertaque. *Altera,* splendidissimorum ingeniorum feracissima, aetas, quae iuuenilis, dein virilis dici potest, ab Homero vsque ad Alexandrum M. duci potest. At haec aetas commode in quatuor dispescitur classes, scite docente et vberius suam exponente sententiam cl. *Augusto Matthiae,* Directore Gymnasii Altenburg. *) In prima, ab Homero vsque ad illud tempus, quo primum prosa oratio exculta et litterarum studium Athenas illatum est, poesis, primum epica, tum gnomica et de natura rerum mundique origine figmenta exornans, (in qua tamen vtraque prima philosophiae semina iacta fuerant,) denique lyrica vnice propemodum fuerunt celebratae. Secunda igitur aetas initium capit ab inuento et iam inualescente prosae orationis vsu. Primorum tamen illius auctorum oratio, numeris quidem versuum soluta, parum a poetica discrepabat dictione; tum vero per Herodotum in tertia periodo ab Olympiade fere 80. vsque ad Athenas a Lysandro captas vires sumsit, et historiae studium effloruit. In hac apud Athenienses potissimum philosophia, ab auctoribus maxime Anaxagora et Socra-

*) In prolusione de historia litterarum graecarum secundum aetates et tempora sua descripta; recusa in eiusd. V. D. Miscellaneis philologicis, vol. I. part. 2. p. 217 sqq. Altenb. 1803. 8.

Socrate emendata, et Socratis disciplina quam plena fuerit ad fructum, ad morum emendationem, ad ſaniorem orationis et philoſophiae culturam, ſatis conſtat: nec non eloquentia, quam etiam Sophiſtarum ſtudia, e Sicilia et Magna Graecia primum Athenas illata, aluerunt, atque poeſis dramatica, praeſertim tragica, enatae ſunt atque adultae. In quarta denique periodo ſummi oratores et acutiſſimi philoſophi exſtiterunt, et comoedia noua orta et ingenio arteque Menandri ac Philemonis in ſequenti periodo ad faſtigium paene euecta eſt: contra tragica poeſis paene obmutuit, et in hiſtorica arte vnus fere Xenophon eminuit. Litterae tamen cum fructu in alias etiam oras, cum primis in Siciliam ac Magnam Graeciam, immigrarunt. *Tertia* aetas ſequuta eſt a temporibus Alexandri M. ad tempora Auguſti imperatoris. Exſtincta libertate Graecorum flos periit eloquentiae. Initio quidem viguit adhuc aetas linguae graecae virilis. Senectus tamen coepit paullatim imminere. Attamen Ptolemaeorum inprimis cura, muſeo Alexandriae inſtituto et bibliotheca copioſiſſima inſtructa, excitata ſunt multorum hominum ſtudia et reuocata ad litterarum ſeueriorum non minus quam manſuetiorum amorem; et ortum eſt atque incrementum accepit genus criticorum, grammaticorum et litteratorum. *Quarta* aetas ab Auguſti temporibus vsque ad Conſtantinum M. protulit quidem ſplendida quaedam ingenia et praeſtantes hiſtoricos atque poetas, at paucos: contra obmutuit vera eloquentia, ſobria philoſophandi ratio transiit in nugas aut inutiles controuerſias, et illa tempeſtate priſtinus flos ſermonis atque elegantiae atticae ſenſim ſenſimque periit; qui in *quinta* aetate a Conſtantino M. imperatore vsque ad Conſtantinopolin a Turcis expugnatam ſiue ab a. Chr. 306. vsque ad a. 1453. ſenſim magis defloruit et paene exſtirpatus eſt, et triſtiſſima ſenectutis in-

 gra-

grauefcentis cognofcitur facies. Paucorum tamen ftudio operaque factum eft, vt vmbra quaedam antiquae fapientiae graecae remaneret, nec omnis humanitatis fenfus amitteretur. Quum plures quoque docti viri, vt fummam calamitatem mortemque effugerent, in Italia tutum portum quaererent et inuenirent; eodem fcientiam atque amorem litterarum graecarum transtulerunt eumque exemplo atque difciplina nutriuerunt. Quare nova lux in Italia et deinceps in reliquis imperii occidentalis terris effulfit. Hunc equidem ordinem, quod ad enarrationem vitarum et fcriptorum profanorum auctorum fpectat, (nam vt fcriptores facros atque ecclefiafticos a reliquis feiungerem, melius mihi vifum eft,) in conficiendo hoc libello retinui. Alii alium ordinem funt fequuti.

3. Hiftoriam fataque linguae graecae et vitam auctorum graecorum atque librorum varii generis, ab illis compofitorum, cum deperditorum, tum inprimis fuperftitum, horumque editionum multi viri docti diuerfa ratione ac fortuna, modo copiofius atque diligentius, modo breuius leuiusque, enarrarunt. E multis primum nominabo tantum quosdam, Georg. Cafpar Kirchmannum, Laur. Ingew. Elingium, Valent. Erneft. Loefcherum, Jo. Meurfium, Mich. Langium, Laur. Lundium, Gerh. Jo. Voffium, Dan. Georg. Morhof, Auguftinum Bifchof, Tanaquil Fabrum, (le Fevre,) Laur. Reinhardum, Jo. Erneft. Immanuel. Walchium, J. G. Hauptmannum, Beniam. Hedericum, J. J. Efchenburg etc., ut eos omittam, qui in hiftoria vel antiqua, vel theologiae, iuris, artisque medicae exponenda, vel in fpecie de fcriptoribus ecclefiafticis, ex. gr. Baronius, du Pin, Caue, Oudinus, Ceiller, Schroeckh, Gothofr. Lumper etc., vel in hiftoria philofophiae enarranda, ex. gr. Thomas Stanlei, Jo. Jonfius, Jac. Brucker, Radulph. Cudworth aliique, vel in Lexicis eruditorum,

rum, ex. gr. Petr. Bayle, Jac. Ge. de Chauſepié, Joecher, Adelung etc. de ſcriptoribus graecis itidem egerunt. Tum potiores ac recentiores, qui hiſtoriam litteraturae graecae vel ex inſtituto concinnarunt, vel cum hiſtoria aliarum linguarum gentiumque coniunxerunt, paullo copioſius indicabo. Agmen ducat:

Jo. Albert. Fabricius, D. Theol. et Profeſſor Hamburgenſis, qui opus grande edidit, inſcriptum: *Bibliotheca graeca, ſive notitia ſcriptorum graecorum* etc. Hamburgi 1705—1728. 4. XIV voll. Plurima tamen volumina recuſa ſunt, et primum quidem ibid. a 1708. et 1718. 4. Conf. *Herm. Sam. Reimari* de vita et ſcriptis J. A. Fabricii commentar. Hamburgi 1737. 8. pag. 118—134. Nouam operis illius praeſtantiſſimi editionem, multis acceſſionibus locupletatam, interdum immutatam, curare coepi, cuius volumen primum prodiit Hamburgi ap. Car. Ern. Bohn, 1790. mai. 4. vol. XII. a. 1809. reliqua voll. ſi deus vitam viresque et meliora tempora conceſſerit, ſubſequentur. Tum:

Georg. Chriſtoph. Hamberger in *Zuverläſſigen Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vom Anfange der Welt bis* 1500. tom. I—IV. Lemgov. 1756—1764. 8. Tomo I. docta copioſaque praemiſit prolegomena, quae omiſit in minore editione ſeu compendio quodam, at tamen hinc inde aucto, ſuperiorum tomorum:

Kurze Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vor dem ſechszehnten Jahrhundert, in einem Auszuge aus ſeinem gröſsern Werke. Lemgov. tom. I. 1766. tom. II. 1767. 8.

Bibliothek der griechiſchen Literatur, von Jo. Chriſtph. Fried. Schulz. Gieſſae 1772. 8. Eiusdem *Zuſätze zu ſeiner Bibliothek der griech. Liter.* ibid. 1773. 8.

Chri-

Chriſtph. Saxius in Onomaſtico literario, ſiue nomenclatore hiſtorico-critico praeſtantiſſimorum omnis aetatis, populi, artiumque formulae ſcriptorum, — ab orbe condito vsque ad ſaeculi, quod viuimus, tempora digeſto. Traiecti ad Rhen. 1775—1790. mai. 8. VII. tom. Acceſſit Mantiſſa recentior onomaſtici liter. ſiue pars octaua nomenclatoris ſcriptorum — noviſſimorum, qui vel ſuperſtites adhuc ſunt, vel nuper deceſſerunt. ibid. 1803. mai. 8. — Priorum ſeptem partium epitomen, ſubinde emendatam, idem vir poſt fata quoque celeberr. edidit ibid. 1792. 8.

Ego ipſe edidi Introductionem in hiſtoriam L. Gr. Altenburgi 1778. maj. 8. — tum editionem alteram emendatiorem et auctiorem, tom. prior. ib. 1782. — tom. poſter. part. I. et II. ib. 1785. — Acceſſerunt Supplementa, tom. I. Jenae 1804. — tom. II. ib. 1806. maj. 8.

Chriſtian. Dan. Beck commentar. de litteris et auctoribus graecis atque latinis, ſcriptorumque graecorum editt. Pars I. hiſtoriam litterarum graecar. et ſcriptorum graecor. complectens, ſect. I. Lipſ. 1789. 8.

Jo. Aug. Rienaeker in: *Handbuch der Geſchichte der griechiſcen Litteratur,* Berol. 1802. poſtquam in tribus prioribus ſectionibus litteraturam graecam paucis deſcripſit, tum hiſtoriam Graecorum, in ſex periodos diſtinctam, perſequutus eſt, in tertia autem ſectione de dialectis, alphabeto, pronuntiatione, accentibus et palaeographia gr. egit; in ſectione quarta hiſtoriam ſingularum partium graecae litteraturae ſecundum genera, horumque ſpecies in 14. capp. expoſuit, et in ſectione quinta recenſuit viros doctos, qui a ſaeculo ſexto vsque ad noſtram aetatem de ſtudio litterarum graecarum bene meruerunt. Vbique plures laudavit V. D. qui notitiam ſingularum partium dederunt vberiorem.

Biblio-

Bibliographiſches Handbuch der geſammten neuern, ſowohl allgemeinen als beſondern griechiſchen und römiſchen Litteratur. Von Georg Niklas Brehm. Erſter Theil. Allgemeine griechiſche und römiſche Litteratur, (in cuius partis pluribus ſectionibus multa collegit, quae ad hiſtoriam litteraturae gr. pertinerent:) Lips. 1797. *Zweiter Theil. Beſondere griechiſche Schriftſtellerkunde,* (in qua ſecundum ordinem ſcriptorum graecor. alphabeticum a littera *A* vsque ad *H* demum recentiores potiſſimum editiones ac verſiones, librique, qui ad interpretationem, emendationem aut illuſtrationem memoratorum auctorum faciant, recenſentur:) ibid. 1800. m. 8.

De *Guil. Dau. Fuhrmanni Handbuch der claſſiſchen Literatur der Griechen* etc. tom. I. Lipſiae 1804. 8. plura in Supplem. ad Introd. part. II. p. 281. ſqq. ſcripſi. Tom. II. ſect. I. Halae 1807. 8. ſect. II. Rudolſtadt 1808. 8. de graecis ſcriptoribus: de romanis in aliis duobus tomis agitur.

Jo. Gottfried Eichhorn in *Geſchichte der Litteratur von ihrem Anfang bis auf die neueſten Zeiten,* tom. I. *Göttingen* 1805. 8.

J. D. Hartmann edidit, ſed non abſoluit, *Verſuch einer Culturgeſchichte der vornehmſten Völker Griechenlands.* Lemgov. 1780. 1796. II. tom. in 8.

Memoratu dignus eſt: Catalogue raiſonné d'une collection d'auteurs claſſiques grecs et romains et d'ouvrages philologiques et critiques publiés en France et en Allemagne. Suivie d'une notice ſur la ſtéréotypie, par *F. Schoell.* Paris 1808. 8. II. voll.

De elementis l. gr. litterarumque forma, tam priſca, quam earum per ſingulas aetates mutatione aut diuerſitate, de earum poteſtate et valore, de accentibus, et vi vſuque particularum, de dialectis, de pronuntiatione aliisque quaeſtionibus gram-

grammaticis, ipſisque Grammaticis, Lexicis *), Scholiaſtis atque aliis ſubſidiis, ad diſcendam docendamque linguam graecam vtilibus in Prolegomenis ad Introductionem et in Supplementis plura collegi et ſcripſi.

CAPVT I. SECTIO I.

De origine linguae graecae.

Quaeſtio, vnde litterae graecae ipſaque lingua graeca duxerint originem, et de ſymphonia atque adfinitate linguae graecae cum aliis linguis, ingenia virorum doctorum valde exercuit in variasque traxit ſententias. Natales enim aut incunabula l. gr. quaeſinerunt et deprehendiſſe ſibi viſi ſunt alii inter Aegyptios, aut Hebraeos, alii inter Scythas, aut Celtas, aut Moeſogothos aliosque populos in ſeptemtrione; alii demonſtrare adniſi ſunt, originem l. gr. eſſe Semiticam, h. e. colonos Semitarum v. Pelegitarum, qui graece Πελασγοὶ dicti eſſent, eam circa tempora Iſaaci patriarchae primos ex Aſia intuliſſe in Graeciam: alii aliunde l. gr. originem deducere ſtuduerunt. Atque *Philippus Allwood* in *Litterary Antiquities of Greece* etc. Lond. 1800. 4. linguam Ammonitarum ſeu potius Cuthitarum, quae pars fuiſſe perhibetur ſtirpis Ammonitarum, poſt multas migrationes ac mutationes factas, matrem graecae linguae fuiſſe ſomniauit quaſi ingenio abuſus. Pariter ſomniaſſe vide-

*) Lexicographorum ac Grammaticorum tam antiquiorum, quam recentiorum permultorum vberior notitia data eſt a Fabricio et a me in Bibl. gr. vol. VI. capp. 35—39. Atque ſupplementa collegit V. D. in *Litterariſchen Blättern*, tom. IV. Noribergae, 1804. 4. nr. XI. XII. XIII. Add. Catal. B. Bünau. tom. I. vol. III. c. 5. p. 1799 ſqq. et in ſect. 3. p. 1807. ſqq.

videtur *Kirwan* in commentat. *On the primeval language of mankind,* in *Transactions of the royal Irifh Academy,* vol. X., arbitratus, *graecam* linguam fuiffe primam linguam et matrem reliquarum, vti cognoui ex actis diurnis: *Der Korrefpondent von und für Deutfchland,* a. 1807. nr. 221. Vulgaris tamen et antiqua eft fententia, Graecos per Cadmum a Phoenicibus accepiffe litteras: faltem magna eft conuenientia figurarum et litterarum Phoeniciarum ac prifcarum graecarum, prouti hae in antiquiffimis adhuc reperiuntur monumentis. Quando autem de ortu ipfius l. gr. fermo eft, non refpiciendum eft ad antiquiffima Ioniae et totius Graeciae primorumque incolarum tempora, fed ad ea, quibus coepit lingua Graecorum effe peculiaris propriaque nationis cuiusdam, discreta a linguis reliquarum gentium ac nationum. Atque cum Hemfterhufio iudico, linguam gr. ex fuo folo enatam, deinceps commutatam, magis magisque cultam effe atque exornatam, et pro diuerfitate coeli et terrarum aliisque de cauffis varias formas, pronuntiandi, flectendi fcribendique ratione, adfumfiffe. Atqui, quum antiquiores Graeci e pluribus gentibus atque familiis orti auctique effent, pluresque peregrini vel praedae vel mercaturae cauffa confluxiffent, et tamquam coloni fixiffent fedem, facile fieri potuit, vt ex mixtura veluti diuerfarum linguarum et dialectorum et illo confluxu hominum noua exoriretur lingua, et veftigia fermonis, quo utebantur peregrini, praefertim orientis incolae, in lingua gr. remanerent. Atque hinc intelligi poteft in iis maxime vocabulis, quae primi homines excogitarunt ad ea, quae neceffitas corporis, confuetudinis cum aliis, rerumque, quae primum incurrerent in fenfus, potiffimum pofcebat, indicanda discernendaque, variarum linguarum harmonia aut adfinitas cum aliis. At multa quoque, quae in hanc

hanc rem disputata ſunt a viris doctis, aut in coniectura tantum ſunt poſita, aut etiam luſus ingenii. Meam aliorumque multorum ſententiam et argumenta pluribus expoſui in Prolegg. ad Introduct. §. 4. p. 11 – 23. et in Supplem. I. p. 7 ſqq. nec non ad Fabricii B. Gr. vol. I. p. 202 ſqq. not. g. ibid. cap. 27. p. 216 ſqq. ac vol. VI. pag. 685 ſq. Add. cenſorem libri inſcripti: *Graecae linguae dialecti recognitae opera Mich. Maittaire*, poſt Jo. Fred. Reitzium — totum opus recenſuit, emendauit, auxit *Frid. Guil. Sturzius*, Lipſ. 1807. 8. *in Jen. allgem. L. Z.* 1810. nr. 24 et 25. de origine Graecorum, gr. linguae et diuerſarum dialectorum acute differentem. Conf. quoque *J. A. Kanne Ueber die Verwandſchaft der teutſchen und griechiſchen Sprache*, Lipſ. 1803. 8. *Godofred. Henſelius* in Synopſi vniuerſae philologiae, in qua miranda vnitas et harmonia linguarum totius orbis terrarum occulta e litterarum, ſyllabarum vocumque natura et receſſibus eruitur etc. Norimberg. 1741. 8. ab Hebraea, omnium matre, reliquas omnes linguas deſcendiſſe, ſtatuit p. 33. et ſaepius: p. 82 ſqq. agit de litterarum gr. ortu etc. M. *Car. Frid. Kadiſch* in *Deutſcher Monatsſchrift, M. Mai,* Lipſiae 1799. 8. p. 27 ſqq. copioſe quidem atque ingenioſe, nec raro tamen contorte audacterque, demonſtrare conatus eſt, quomodo vocabula graeca ex alia lingua, aut ex graecis vocabulis latina et germanica per transpoſitionem litterarum orta fuerint. Multos libros, in quibus de litteris graecis et de cognatione linguarum etc. vario modo iudicatur, enumerat *Henr. Guil. Lawätz* in *Handbuch für Bücherfreunde u. Bibliothekare*, vol. I. tom. I. p. 68 ſqq. 121 ſq. quibus adde *Friedrich Jacobs Rede über einen Vorzug der griechiſchen Sprache in dem Gebrauch ihrer Mundarten*, *München* 1808. 4. Sed haec ſufficiant, ne limites migrare videar.

CA-

CAPVT I. SECTIO II.

De ſcriptoribus ante Homerum, ſiue de infantia et pueritia graecae linguae atque philoſophiae.

1. Ante Homerum viguiſſe poetas haud ignobiles, et poeſeos natura et antiquitas teſtatur, atque catalogum illorum collegit Fabricius in B. Gr. vol. I. in quo etiam de iis, quorum opera aut fragmenta vel ficta vel mire adulterata, nec genuina hodie circumferuntur, et ego in hac ſectione memorabo, abunde agitur.

2. *Sibylla.* Num vna, an plures et quot fuerint, (antiquiſſima quidem, nominata, vti perhibetur, *Sambethe*, dicitur Sibylla Hebraea vel Perſica; atque Sibylla Cumana ob oracula Tarquinio oblata eſt notiſſima;) an nomen generale mulierum fatidicarum, ambiguum eſſe videtur viris doctis. Certius tamen eſt, oracula, quae hodie ſub nomine illarum circumferuntur et octo conſtant libris, ficta eſſe aeuique multo ſerioris. Principem collectionis et integri corporis oraculorum Sibyll. editionem debemus *Xyſto Betuleio*, quae graece cum eius adnotatt. prodiit Baſil. apud Oporin. 1545. 4. — In Latinum conuertit oracula et adnotationes in eadem ſcripſit *Sebaſt. Caſtalio.* Baſil. ex offic. Oporin. 1546. 8. — Graece cum verſione lat. Sebaſt. Caſtalionis, et huius in interpretationem ſuam, atque Xyſti Betuleii in graeca Sibyllina oracula adnotatt. ibid. 1555. 8. vt alias mittam editt. — Pleniſſima, quamquam nondum optima, carminum Sibyll. ex vett. codd. emendatorum, ac reſtitutorum, diuerſorumque commentariis illuſtratorum editio parata eſt

eſt a *Seruatio Gallaeo*, gr. et lat. Amſtel. 1689. 4. a quo etiam ſunt editae Exercitatt. XXII. de Sibyllis earumque oraculis. Amſtel. 1688. 4. Germanice illa vertit *Jo. Chr. Nehring*, Eſſen. 1702. et Halae 1719. 8. — *Ge. Green* II. diſſ. de Sibyllis. Witteberg. 1662. 4.

Huc etiam referri poteſt *Zoroaſter*, de cuius aetate, et num vnus an plures fuerint, varia ratione disputatum eſt a viris doctis. *Zoroaſter Perſomedes* vixit ſecundum Saxium in Onomaſt. Olymp. LXIV. 1. ante Chr. nat. 519. eique varia ſcripta et Magiae in Perſide inuentio tribui ſolent. *Oraculorum Zoroaſtris*, ſiue potius *Zoroaſtreorum* oraculorum menti Zoroaſtris adcommodatorum, quae a Platonico quodam philoſopho efficta videntur, duplex exſtat collectio: minor conſtat verſibus LX. haud integris; quos cum ſcholiis graecis Gemiſti Plethonis edidit *Ludou. Tiletanus*, Pariſ. 1538. 4. — Poſtea ſtudio *Jo. Opſopoei* gr. et lat. cum ſcholiis Plethonis et Pſelli nunc primum editis, Pariſ. 1589. 1599. 1607. 8. — rec. in Opſopoei et Seruatii Gallaei edd. oraculorum Sibyllinorum, atque in *Maittaire* Miſcellaneis graecorum aliquot ſcriptorum, Londin. 1722. 4. — Maior collectio, aucta trecentis viginti plus minus verſibus oraculorum ex libris iuniorum Platonicorum congeſtorum, pro adfinitate argumenti coniunctorum et in vndecim diuiſorum ſectiones, gr. et lat. edita eſt a *Franciſco Patricio* in libro: Noua de vniuerſis philoſophia, libris quinquaginta comprehenſa. Ferrarae 1591. fol. et Venet. 1593. fol. Lond. 1611. fol. parte V. — Graece et lat. in *Thomae Stanleii* hiſtoria philoſ. anglice, Lond. 1687. 1701. fol. — Oracula Zoroaſtris, gr. et lat. multis mutationibus atque acceſſionibus factis, a *Jo. Clerico*, cum huius notis, Amſtel. 1690. 8. et in Opp. Clerici philoſophic. tom. II. ed. 1695. item in Stanleii hiſtoria philoſ. lat. verſa a *Godo-*

fredo

fredo Oleario, Lips. 1711. 4. cum Clerici notis in oracula chaldaica p. 1178 sqq. rec. Venet. 1731. 4. tom. III. p. 318 sqq. — Ad eum quoque iam olim referebatur opus sacrum famosum, *Zendavesta* dictum. Praeter *Fabric.* in B. Gr. I. cap. 36. p. 304 sqq. conf. *Jo. Jahn*, D. et P. P. Vindob. in *Biblische Archaeologie*, part. III. Vindob. 1805. m. 8. cap. 4. p. 147 sqq. qui de Zoroastre, eius aetate, doctrina, scriptisque docte differit, arbitrans, eum vixisse sub Cyaxare I. Medorum rege; eiusque scripta esse graeca, multa tamen eum ab Israelitis mutua sumsisse. Enimuero argumentum eius doctrinae fuit Fetischismus aliquanto politior: hinc similitudo disciplinae Zoroastreae cum Mosaica admitti non potest. Add. *Blühdorn* de oraculorum graecor. origine et indole. Berol. 1790. 8.

3. *Hermes, Trismegistus*, s. *Thoth*, qui aegyptiacarum litterarum et sapientiae parens fuisse perhibetur, circ. a. m. 2544. et circ. ante Ch. N. 1459. De eo, eiusque scriptis, at fictis, quae hodie sub eius nomine circumferuntur, multa in vtramque partem disputata sunt. (*Asclepius* filius Aesculapii et Hermetis discipulus fuisse dicitur.) Praeter Fabricium aliosque vide etiam *Car. Frid. Dornedden Neue Theorie zur Erklärung der griechischen Mythologie* etc. Gottingae 1802. 8. nr. VII.

4. *Horus, Orus, Horapollo, Horus Apollo* s. *Horapollo* nomen est ex duobus, idem significantibus, (Horus enim est Aegyptiorum Apollo,) compositum. Is quidem probabilius videtur fuisse Aegyptius: nec tamen, quis aut cuias fuerit, aut quo vixerit tempore, omnino certum est. *Hieroglyphica* autem, quae hodie sub eius nomine vulgata sunt, et ad cognoscendam veterum theologiam symbolicam, quamquam nec plene nec adcurate traditam, quodammodo possunt conducere, Philip-

Philippus quidam in epitomen reduxisse et graece vertisse dicitur; vel potius ab homine, nec sapientiae aegyptiacae nec linguae graecae satis perito, profecta videntur. — Princeps est editio: Fabulae Aesopi et Gabriae, gr. atque lat. Phurnutus, Palaephatus, Heraclides Ponticus, *Orus Apollo*, collectio prouerbiorum Tarrhaei et Didymi etc. Venetiis apud Aldum 1505. min. fol. *Jo. Mercerus* primum cum interpretatione lat. atque obseruatt. Paris. apud Christian. Wechel. 1548. 4. dein e sua recensione, ibid. ap. Joach. Keruer, excud. G. Morelius 1551. 8. edidit *Ori Apollinis* Hieroglyphica. Posthaec *Dauid. Hoeschelius* nouam instituit recensionem, fide cod. Augustani textum emendauit, suppleuit, et cum obseruatt. Jo. Merceri suisque notis, gr. ac lat. edidit Augustae Vindel. 1595. 4. — rec. quibusdam mutatis, ib. 1605. 4. — Hoeschelii recensionem reddidit, et Horapoll. hieroglyphica in lucem emisit *Jo. Corn. de Pauw* gr. et lat. cum integris obseruatt. et notis Jo. Merceri, et Dau. Hoeschelii et selectis Nicolai Caussini suisque, (in quibus saepe, at iusto audacius, contextum corrigere sustinuit, at a viris doctis grauiter est castigatus,) Traiecti ad Rhen. 1727. 4. — Gallice vertit *Jo. Baptist. Requier.* Paris 1779. 12.

5. *Palaephatus, Atheniensis*, secundum alios Aegyptius. — Quinque libros περὶ τῶν ἀπίϛων, *de incredibilibus*, quorum primus restat, confecisse dicitur. Enimuero auctorem, quisquis ille fuerit, philosophum multo iuniorem fuisse Homero, ex scribendi ratione atque fabularum explicatione facile perspicitur. Nec immerito metuit *Ger. Jo. Vossius* de historicis graecis libr. III. p. 183. tom. IV. Operum, ne a Suida duo confundantur Palaephati, quorum vnus fuerit Aegyptius, grammaticus, alter Atheniensis, philosophus. Libellus vtilis est alioquin et propter facilitatem atque

que ſimplicitatem orationis non minus quam gratam rerum varietatem ad intelligentiam antiquitatis ac mythologiae licet argutius explicitae ſcholis commendandus. Princeps editio eſt Aldina, in praecedenti laudata paragrapho, Venet. 1505. min. fol. — Aldinas lectiones ſaepe, nec raro temere, deſeruit *Cornelius Tollius*, idemque in latin. ſermonem vertit, notasque et duo ex chronico Alexandrino fragmenta, quae tamen alium Palaephatum habere videntur auctorem, adiecit, Amſtel. ap. Ludou. Elzeuir. 1649. 12. et Londini 1656. 8. — Tollii recenſionem ac verſionem retinuit, et ſuis notis copioſis immiſcuit varias ex cod. bono Rauiano excerptas lectiones *Mart. Brunnerus*, Vpſaliae 1663. 8. — Hanc Brunneri edit. *Paullus Pater*, ſuis notis et adpendice morali auctam, textu tamen nonnullis locis aliter conſtituto et in minores particulas diſſecto, recudi fecit, Francof. 1686. 8. — Alteram editionum claſſem duxit *Thomas Gale*, codd. vſus, inter *Opuſcula mythologica, phyſica et ethica*, gr. et lat. cum paucis notis, Cantabrig. 1671. 8. iterum, aliis interdum lectionibus reſcriptis, curante Meibomio, Amſtel. 1678. mai. 8. — Tertia aetas parentem habuit *Sigismund. Frid. Dreſigium*, qui Tollian. textum permultis locis immutauit audacius, ſuasque coniecturas inanes infarſit, gr. cum paucis notis, Lipſ. 1735. 8. rec. 1751. 8. — Maiora merita ſunt *J. Frid. Fiſcheri*, qui ſexies edidit Palaephati libellum, primum ex recenſione J. Fr. Dreſigii, (textu tamen hinc inde mutato,) cum eiusdem notis ſuisque animaduerſionibus, atque egregio indice, Lipſ. 1760. 8. — rec. ſine notis ib. 1770. 8. — Tum ex comparatis edd. vett. nouam inſtituit recenſionem, cum multis animaduerſionibus et criticis et doctis grammaticis, Lipſ. 1772. mai. 8. et ſine notis, in vſum ſcholarum, 1777. m. 8. quintum, ex tertia recenſione, 1786. m. 8. — Denique

que fexta eius caftigata locupletiffimaque editio prodiit infcripta: *Palaephati — lib. graece. Sextum edidit, ad fidem cod. msti Mofquenfis aliorumque et libri Aldini denuo recenfuit, emendauit, explicauit, indicemque verborum gr. copiofiffimum adiecit J. Fr. Fifcher. Acc. Prolufiones IV. in Palaephatum*, (quas antea confcripferat Lipf. 1771. 8. fq.) *vna cum orationibus duabus*. Lipf. 1789. m. 8. v. eiusd. praef. ad edit. fextam p. VII. not. 5. — Ab eodem editus eft: *Palaephati libellus — a Jodoco Valereo, Cornelio Tollio et Phil. Phafianino e graeco in lat. conuerfus*. Lipf. 1775. 8. et in duabus particulis *Interpretatio lat. — auctore Angelo Cafpio:* Prior partic. Lipf. 1799. 4. pofterior poft eius mortem lucem adfpexit 1800. — *Palaephat. — mit erklärenden Anmerkungen u. einem vollftändigen Wortregifter. Für Schulen, von J. Dav. Büchling*. Ed. III. emendat. et auct. Halae 1808. m. 8. *Germanice* verterunt notisque illuftrarunt *Jo. H. Fr. Meinecke*, Quedlinb. 1774. 8. — *Jo. Dav. Büchling*, Halae 1791. m. 8. ed. II. 1797. atque melius anonymus, additis adnotatt. mythologicis, Halae 1795. 8. — Add. *Jo. Bened. Carpzovii* obferuatt. philologicarum in Palaeph. περὶ ἀπίςων periculum. Acc. aliae animaduerff. in nonnulla Mufaei et Achillis Tatii loca. Lipf. 1743. 8.

6. *Sanchoniathon*. Antiquitatis et hiftoriae Phoenicum auctor fuiffe perhibetur. Sed quis fuerit, et quando vixerit, nondum eft exploratum. Opera eius ex Phoenicum lingua in graecum transtulit Philo quidam, Byblius, et fragmenta, at interpolata, feruarunt *Eufebius* libr. I. praepar. euangel. cap. 9. *Porphyrius* et *Theodoritus*. Quae anglice vertit *Rich. Cumberland*, addiditque commentarium. Lond. 1720. 8. — Cumberlandi librum in linguam germanicam *Jo. Phil. Caffel* transtulit, Magdeb. 1755. 8. Enimvero,

vero, num illa genuina ſint, nec ne, VV. DD. inter ſe valde diſſentiunt.

7. *Orpheus*, Thrax, Linique, vt ferunt, diſcipulus, ſecundum quosdam vixit ante C. n. 1255, et Argonautarum comes, Troianis temporibus paullo ſuperior. Eius merita, eaque varia, erga ciues ſuos, ope potiſſimum poeſeos ac muſices, et melioris culturae, ſiue animum et religionem moresque ſpectes, ſiue agrum, fuerunt immortalia, isque auctor habetur myſteriorum. Sed fuerunt, qui vel fuiſſe vllum Orphea, vel, quae ſub eius nomine circumferuntur carmina, ab eo eſſe confecta negarent. Atqui antiquum quidem Orpheum, qui antiquiſſima dorica lingua vſus fuiſſe dicitur, non habemus; ſed *Onomacritus*, Athenienſis, tempore Xerxis, Perſarum regis, conſeruatis ſententiis et bona verborum parte, dialectum modo mutaſſe, nonnullis quoque pro ſuo arbitrio additis aut demtis, videtur pluribus et antiquioribus et recentioribus VV. DD. Scripſiſſe autem dicitur 1) *Argonautica;* 2) *Hymnos* LXXXVI; 3) *de lapidibus*, eorumque virtutibus et viribus arcanis praecepta: quod vero carmen nomen Orphei mentiri et foetum eſſe multo ſerioris aetatis, hodie exploratum eſt atque comprobatum; 4) aliaque, quorum fragmenta reſtant. Verſus περὶ σεισμῶν, ſiue *prognoſtica de ſignificationibus terrae motuum*, in aliis codd. tribuuntur Hermeti, in aliis Orpheo: et ita diſſentiunt quoque editores. Sed hymnos, praecipue Argonantica, diu poſt Chriſtum natum a ſimiolo quodam Orphei ſiue a philoſophis neoplatonicis eſſe conficta, demonſtratum iuit cl. *Jo. Gottlob Schneider* in Analectis criticis in ſcriptores vett. graecos et lat. faſc. I. ſect. IV. Traiecti ad Viadrum 1777. 8. cui quum *Dau. Ruhnken* in altera edit. Epiſtolae criticae II. p. 229 ſqq. multa opponeret ad vetuſtatem Orphicorum Argonauticorum et hymnorum, ſiue Onomacritus, ſiue alius Orpheo

ſubiecerit antiquus, ante Alexandrum M. tuendam: *Schneider* in praef. et frequenter in notis ad ſuam edit. diluere ſtuduit, et p. XXVII. praef. ſubſcripſit cel. Heynii iudicio, auctorem carminis Argonaut. fuiſſe poetam Alexandrinae aetatis, qui ex argumentis vetuſtioribus variis materiam poemati ſui generis elegerit, ita, ut fabulas antiquiſſimas et a vulgari narratione diuerſas immiſceret etc. Cl. *Voſſii* *) ſententiam, Argonauticorum poëtam aliquot ſaeculis poſt Heſiodum vixiſſe, cl. *Imman. G. Hüſchke* in commentat. de Orphei Argonauticis, Roſtoch. 1806. 4. euertere, contra oſtendere ſtuduit, illum certe poſt Pindarum et probabiliter poſt Apollonium Rhodium vixiſſe. Secus ſentit *Bernhard. Ludou. Koenigsmann* in *proluſione critica de aetate carminis epici, quod ſub Orphei nomine circumfertur*, Sleſuic. 1810. 4. **) Docet, argumentis ex ipſo carmine ductis, Argonautic. carmen non potuiſſe eſſe ſcriptum ante Alexandrum M. aut curatius, non ante tempora Seleuci Nicatoris et Antiochi Soteros. Idem demonſtrare ſtudet, Apollonium Rhodium, Eratoſthenis in bibliotheca Alexandrina ſucceſſorem, carmen Orphicum ante oculos habuiſſe, multa ex eo ſumſiſſe mutua, multa alia emendaſſe, et ſecundum Eratoſthenis ſyſtema magis mutaſſe: ex quibus colligit, auctorem illius carminis poſt Antiochum et ſub primis Ptolemaeis, adhuc ante Eratoſthenem in viuis fuiſſe.

Prin-

*) V. *Jen. allgem. L. Z.* 1805. nr. 138 — 140. vbi Ruhnkenii cauſſam ſuſcepit refutauitque *Schneideri* atque *Hermanni*, qui poetam interiecit medium inter Q. Smyrnaeum atque Nonnum, rationes. Id. cl. *Hermann* in progr. ſ. diſſertat. de argumentis pro antiquitate Orphei Argonauticorum, maxime a Koenigsmanno allatis, Lipſ. 1811. 4. p. 9 ſqq. refutat Koenigsm. ſententiam.

**) Vide Gotting. ephem. litter. 1810. nr. 181 et 182. pag. 1813 ſqq. Laudanda eſt inſuper *Schoenemanni* comment. de Geographia Argonautarum. Gotting. 1788. 8.

Principem editionem, quae vero habet tantum Argonautica et Hymnos, Hymnosque *Procli Lycii*, Philippus Junta Florent. 1500. 4. gr. expreſſit typis: quam repetendam curauit Aldus, gr. Venet. 1517. 8. praemiſſo *Muſaei* carmine cum verſione lat. adiectoque *Orpheo* de lapidibus. Tum aliquoties et graecus textus, ex prioribus maximam partem ductus, et verſiones latinae lucem adſpexerunt vsque ad *H. Stephanum,* qui beneficio ingenii Argonautica, Hymnos et carmen de lapidibus multis locis emendauit doctasque addidit animaduerſiones, inter Poetas graecos principes heroici carminis, 1566. fol. — Textum notasque Stephani reddidit et locupletauit ſuis notis atque emendationibus ad Argonautica, notisque Joſ. Scaligeri in hymnos *Andr. Chriſti. Eſchenbachius,* Noribergenſis, Traiect. ad Rhen. 1689. 8. — Poſtea *Jo. Matthias Geſnerus,* diu diligenterque in emaculandis interpretandisque Orphicis verſatus, ante mortem abſoluit (quam, eo mortuo, curauit et praefatus eſt *Geo. Chriſtoph. Hamberger,*) edit. nouam cum notis ſuis, item H. Stephani et Eſchenbachii, Lipſ. 1764. 8. Fragmenta mire auxit. Multa tamen deſiderarunt aut culparunt multaque Orphicorum loca aliter vel illuſtrarunt vel correxerunt Heyne, Ruhnken, Schraderus aliique. Nouiſſima editio eſt: *Orphica* cum notis H. Stephani, A. C. Eſchenbachii, J. M. Geſneri: recenſuit *Godofr. Hermann.* Lipſ. 1805. m. 8. — Separatim edita ſunt ſingula, quorum recentiores memorabo editiones. — *Argonautica,* ex libris ſcriptis et coniecturis virorum doctorum ſuisque aucta et emendata, interpretatus eſt *Jo. Gottlob Schneider,* gr. ſubiectis notis egregiis, maximam partem criticis. Jenae 1803. mai. 8. — Germanice vertit *Car. Aug. Küttner,* Mitau. 1773. 8. et cum aliorum carminibus, Altenburgi 1784. 8. — metrice *Georg. Chriſtph. Tobler,* Ba-

ſil. 1784. 8. — *Hymni* quinque, gr. et lat. interprete Joſ. Scaligero, cum notis *Mich. Maittaire,* inter *Maittaire* Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptorum carmina, Londini 1722. 4. — In iisdem Miſcell. reddidit *Maittaire* Orph. περὶ σεισμῶν, gr. cum verſione lat. *J. A. Baifii*, ſuisque notis: item *Brunck* in Analectis vett. poet. gr. tom. III. p. 1. ſqq. gr. paucis adnotatt. additis ib. p. 237. — *Heſiodi Opera*, quae exſtant: *Orphei* et *Procli Hymni.* Omnia gr. lat. ab *Antonio Maria Saluini* in linguam italicam translata, cum adnotatt. ex probatiſſimis auctoribus excerptis, — accurante *Anton. Zanolini*, J. V. D. et in Seminario Patavino LL. OO. Profeſſ. Patau. 1747. 8. — Tres *hymni Orphici* e codd. msst. primum in lucem editi ſunt notisque criticis illuſtrati a *Gilb. Wakefield* in Silua critica, part. IV. p. 248 ſqq. Lond. 1793. 8. conf. M. *Jo. Chr. Guil. Gerlachii* disp. de hymnis Orphicis, Gottingae 1797. 8. ac *Frid. Snedorf.* de Hymnis veterum Graecorum, Hafniae et Lipſ. 1786. 8. p. 48 ſqq. — Specimina hymnorum 49. Orphei, theotiſce a *Toblero* verſorum, leguntur in (Füſsli) Muſeo Heluetico *(Schweizeriſches Muſeum)*, Tiguri, vol. I. et II. vt mittam *Antonii, Hohlii, Cludii* et *Lenzii* verſiones quorumdam hymnorum germanicas. — Περὶ λίθων, *de lapidibus* — gr. et lat. ex edit. J. M. Geſneri. Recenſuit notasque adiecit *Thomas Tyrwhitt* etc. Londin. 1781. mai. 8. ſine accentibus.

8. *Muſaeus Athenienſis.* Circiter a. ante Chr. nat. 1253. ille poeta philoſophus vixiſſe et multa ſcripſiſſe dicitur. Sed carmen epicum, *de Herone et Leandro*, quod ſub nomine *Muſaei* hodie circumfertur, floridum quidem atque venuſtum, a ſimplicitate autem atque aetate Homeri valde alienum, ad tempora Nonni Panopolitani, a cuius tamen

men abest tumore, saec. V. esse referendum, plurimi critici hodie consentiunt. Eum, qui in codd. vocatur Grammaticus, Neapoli ortum sub Theodosio imperat. vixisse, opinatur *Franc. Mazarella Furaeus* in praefat. ad suam carminis edit. cum versione lat. et italica, Neapoli 1787. m. 8. — Editt. potiores et recentiores hae sunt. Num vero Aldina prior, gr. ac lat. cum Aldi praefat. graeca, 4. sine anni nota, forte 1494. an probabilius ed. sine a. et l. nota, ad calcem voluminis inscripti: *Gnomae Monostichoe ex diuersis poetis secundum ordinem alphabeticum*, in forma 4. litteris quadratis excusa, melior et correctior superiore, quam Lascarin ante annum 1495. curasse, multis videtur credibile, princeps sit habenda, dissentiunt critici. Aldus in altera edit. gr. et lat. cum Orphei carminibus, Venet. 1517. 8. interdum discessit a priore. Alteram vtram, praecipue Lascarianam, ac Basileensem primam ap. Froben. gr. et lat. 1518. 8. vt plurimum sequutae sunt reliquae vsque ad *H. Stephanum*, qui inter *Poetas graecos principes heroici carminis* (Paris.) 1566. fol. in constituendo Musaei textu fuit diligentior. Ex Stephaniana fluxerunt, paucis hinc inde factis mutationibus, doctae vtilesque editt. *Jo. Henrici Kromayeri*, cum huius et Barthii aliorumque notis: acc. argumenti eiusdem binae P. Ouidii Nasonis epistolae, Halae Magdeb. 1721. 8. cuius recensio basis facta est plurimarum seqq. editt. — ex rec. *Matthiae Roeveri*, cum scholiis gr. primum nunc editis, varr. lectt. et notis, Lugd. Bat. 1737. 8. — ex rec. *Jo. Schraderi*, qui plenissimam et doct. edit. cum varr. lectt. suis notis et animaduersionum libro, ineditisque Petri Francii coniecturis iuuenis adhuc curauit, Leouard. 1742. 8. — *Jo. Bened. Carpzov* primum solum textum gr. formulis typographicis exscribi fecit Helmstad. 1749. 4. dein ipse curatius recensuit poëma, gr. cum varr. lectt. selectisque emendatt. ac metaphrasi

phrasi Dau. Whitfordi, Magdeb. 1775. 8. *) — Commendanda est ed. *Car. Frid. Heinrich*, qui contextum gr. recognouit et eruditis instruxit adnotatt. gr. Hannou. 1793. min. 8. atque ex versuum ratione coniicit, auctorem carminis post Nonnum poetam vixisse. Idem antea iam in Specimine animaduersionum in Musaei carmen de Herone et Leandro, Gottingae 1792. 8. ingenium et dexteritatem probauit VV. DD. Praeterea carmen ediderunt *L. H. Teucher*, qui notas et indicem gr. germanic. adiecit, Lips. 1789. 8. rec. 1795. 8. — *J. B. Gail* gr. cum version. lat. et gallica notisque, Paris. an. IV. (1796.) mai. 4. — *Fr. J. Gabr. de la Porte du Theil* gr. cum prosaica gallica interpretatione, Paris. 1784. 12. — gr. et italice in *versi sciolti* in *Girolam. Pompei* Opp. ital. Veronae tom. II. a. 1790. 8. et separatim typis Bodon. Parmae mai. 4. — *Musaeos. Urschrift, Uebersetzung, Einleitung und kritische Anmerkungen von Franz Passow*, Lips. 1810. 8. Aetatem auctoris poematis et huius ipsius secundum epistolam Procopii Gaz. ad quemdam Musaeum collocare malit Passow in saeculo vel sexto ineunte, vel quinto exeunte. — In linguam gallicam transtulerunt carmen *Delencourt*, Argentor. 1802. 4. cum IX. figg. et liberius *Ch. L. Mollerant*, Argentor. ac Paris. 1806. 12. — Germanice verterunt haud pauci: *Grillo*, Halberstadt 1771. 12. — *Küttner*, Mietau 1773. 8. rec. cum aliis auctoribus gr. Altenburg. 1784. 8. — *Fürchtegott Christian Fulda*, versibus hexametris, Lips. 1795. 8. cum separatim, tum in suo Florilegio s. *Neuen Blumenlese deutsch. und verdeutschter Gedichte*, ibid. eod. anno p. 105 sqq. atque in *Blumenlese* a. 1797. — Anonymus, Basil.

*) Idem conscripsit: Obseruationum philologicar. in Palaephatum periculum. Acc. aliae animaduerss. in nonnulla Musaei et Achillis Tatii loca. Lips. 1743. 8.

ſil. 1784. 8. — Anonymus metrice ac libere, cum adnotatt., hac inſcriptione: *Der nächtliche Schwimmer, oder Hero und Leander, eine Reliquie für Liebende, von Muſaeus*, Ronneburg. et Lipſ. 1799. 8. In primis laudatur verſio *Comitis Chriſti. de Stollberg*, in eius *Gedichten aus dem Griechiſchen*, Hamburg. 1782. 8. p. 254 ſqq. — *Hero und Leander nach Muſaeos, von A. L. Danquard*, Heidelberg. 1809. 12.

9. *Hanno.* Fuit dux Carthaginienſium, et ad explorandas oras maritimas miſſus, ſuae nauigationis hiſtoriam, ſiue *Periplum*, punice ſcriptam, compoſuit. Ex eius vberiore expoſitione iuſſu ſenatus confecta et publicata in temploque adſeruata eſſe fertur ſumma, quae oras maritimas, lacus, inſulas fluminaque, hucusque incognita, recenſeret. Quam breuiorem recenſionem quidam, forſan Syracuſanus, aut, propter barbariſmos quosdam, alius multo poſt in linguam graecam convertiſſe dicitur. Sed quando vixerit *Hanno*, et de periplo adeo in alia omnia discedunt viri docti, vt, quid verum ſit, aut falſum, aut probabile, haud facile poſſimus expedire. Primam vero editionem parauit *Sigism. Gelenius* cum Arriani periplo ac Plutarcho de fluminibus et montibus etc. Graece. Baſil. 1533. 4. — *Andreas Geſner.* latine vertit nauigationem Hannon. ſcholiaque addidit ſubiecitque Jo. Leonis Africani de totius Africae deſcriptione libr. IX. lat. Tiguri 1559. 8. — Tum ediderunt Graece cum Geſneri verſione atque huius Bochartique animaduerſſ. *Abr. Berkelius*, additis Stephani Byzantini de vrbibus et populis fragmentis. Lugd. Bat. 1674. — Graece cum Geſneri verſ. *Jo. Hudſon* in vol. I. Geographiae veteris ſcriptor. gr. minor. Oxon. 1698. 8. — Graece et hiſpanice, cum notis criticis, grammaticis atque geographicis *Petr. Rodiguez Campomanes* in opere: Antigüedad maritima de la republ. de Cartago. Matrit. 1756. 8.

(conf.

(conf. *Mich. Hißmann* ad versionem suam libri: *Neue Welt- und Menschen-Geschichte* vol. IV.) — Graece et anglice cum notis Vossii ac Gesneri, tabulisque geograph. *Thomas Falkoner.* Oxon. 1797. mai. 8. — Graece et germanice cum animaduerss. *Conr. Arn. Schmid*, ad suam vers. *Arrians indische Merkwürdigkeiten.* Brunsv. 1764. 8. — *Jo. Leon. Hug* edidit *Hannonis Periplum*, gr. cum adnotatt. atque emendatt. et praemissa longa introductione de variorum de illo iudiciis, de ipsa expeditione, inscriptione, versione, aetate etc. Friburgi 1808. 4. Ostendit, iam saeculo IV. ante Chr. n. Punicam inscriptionem in linguam graecam fuisse translatam; reiicit obiectiones, ex Mela et Plinio seniore ductas, et a pag. 16 inquirit in aetatem expeditionis ac peripli, cuius auctor illi videtur fuisse Hanno, Hamilcaris pater, paullo ante a. 500. ante Chr. n. et cuius iter locaque ab eo detecta persequitur. (conf. *Neue Leipz. L. Z.* a. 1808. nr. 118. et Gotting. ephem. litter. 1809. nr. 84.) — Germanice *Hager*, qui notis illustrauit Periplum, in Bibl. geographica, part. VIII. coll. parte VI. p. 408.

10. *Epimenides.* Hunc alii Cretensem fuisse, et aetate Homerum praecessisse edixerunt, multasque alias fabulas de eo narrarunt. Contra alii rectius ostenderunt, eum multo serius fuisse in viuis. Sed vt omittam, quae Fabricius et ego alibi de eo scripsimus, laudandus est *Car. Frid. Heinrich*, qui primum in comment. (inserta *Bibliothek der schön. Wissensch. u. freyen Künste*, vol. 46. part. I. Lips. 1797. p. 1 sqq.) *Ueber Zeit, Absicht und Folgen der Berufung des Epimenides nach Athen* (Olymp. XLVI. 1. ante Ch. n. 596.), dein in libro peculiari: *Epimenides aus Kreta; eine kritisch-historische Zusammenstellung aus Bruchstücken des Alterthums* etc. Lips. 1801. m. 8. late sciteque de

de hac re disputauit. Add. fchol. ad Theocr. I. 3. et M. *J. Cafp. Gottfchalck* disp. de Epimenide propheta, ad cap. I. 12. epift. ad Titum. Altdorf. 1714. 4.

CAPVT I. SECTIO III.

De fcriptoribus ab Homero vsque ad Alexandrum M.

1. Haec aetas, quae iuuenilis et virilis graecae linguae, poëfeos, quae primum vnice viguit, poftea etiam inprimis eloquentiae, quam potiffimum libertas fentiendi ac dicendi et reipublicae Atticae iudiciorumque forma moresque, item praemia publica mire iuuerunt atque aluerunt, omnisque humanae fapientiae haberi poteft, ferax fuit fplendidiffimorum ingeniorum, fummosque poetas, oratores, philofophos atque hiftoricos, praecipue Athenis, fubinde tulit. Ordines ducit

2. *Homerus.* Si de quo homine in vtramque partem disputatum et vero litigatum eft; id de Homero omnino dici poteft. Nam negarunt alii, eum vmquam exftitiffe; alii, iique viri ingenii eruditionisque fama florentiffimi, etiam hodie omnes ingenii vires intendunt, vt demonftrent, eum nec compofuiffe carmina, nec omnino fcribere potuiffe; contra alii oftendere ftuduerunt, eum non folum in viuis, fed etiam parentem carminum duorum epicorum, illi tributorum, fuiffe, eaque fua manu exaraffe, quorum iudicio equidem fubfcribere haud dubito, et auctoritate fideque vel antiquiffimorum criticorum aliorumque fcriptorum adductus, et vero propter perpetuam fimplicitatem tam verborum, quam orationis, maxime propter lucidum

cidum ordinem, conſenſionem atque, vt ita dicam, vnitatem dictionis atque characterum: licet haud diffitendum ſit, nos non omnino habere carmina illa integra, prouti ipſe Homerus ſcripſerit ea, ſed iam haud ita multo poſt a rhapſodis aliisque ante collectionem a Piſiſtrato aliisque factam, etiam poſt illam, mire interpolata. Hinc iam antiquis temporibus variae enatae ſunt recenſiones. Pariter de aetate patriaque Homeri omni tempore magna lis fuit, et ſeptem vrbes olim inter ſe contendiſſe dicuntur, quae Homerum ſibi vindicarent ciuem. Equidem, illum, ſuſpicor, intra a. 160—180. poſt exciſam Troiam, aut paullo ſerius, in Ionia ceciniſſe. Id quidem certum eſt atque exploratum, eum fuiſſe hominem ſplendidiſſimo ingenio ornatum et principem poetarum epicorum, a multis quidem ad imitationem propoſitum, nec tamen a quopiam ſuperatum, ab omnibus fere laudatum et commendatum, eiusque carmina a perquam multis tum antiquioris tum recentioris aeui explicita illuſtrataque, et illorum lectionem ad meliorem antiquitatis auctorumque graecorum non minus quam latinorum intelligentiam atque interpretationem, vt ipſas carminum virtutes aliasque cauſſas praetermittam, inprimis eſſe neceſſariam.*) — Homero igitur multa olim, nunc deperdita, quae quidem ad *cyclica* carmina partim pertinuiſſe videntur, tribuebantur: de quibus vide *Fabricii* B. Gr. I. p. 374 ſqq. Ad noſtram aetatem ſub Homeri nomine peruenerunt: 1) *Batrachomyomachia,* pugna ranarum et murum, carmen epicum ludicrum atque ingenioſum, quod vero ſeriori aevo eſt adſcribendum. V. *Ge. Frid. Dan. Goes* disp.

---

*) De eius agone cum Heſiodo alii aliter ſentiunt. Vide praeter alios *Car. Fried. Heinrich über den Wettſtreit des Homer u. Heſiod* in adpend. ad lib. *Epimenides aus Kreta,* p. 139 ſqq. Lipſ. 1801. 8.

disp. de Batrachomyomachia, Homero vulgo adſcripta, Erlangae 1789. 8. et M. *Jo. H. P. Seidenſticker* in commentat. *Batrom. aus innern Gründen dem Homer abgeſprochen*, in eius *Aufſätzen, pädagogiſch. und philologiſch. Innhalts*, Helmſtad. 1795. 8. nr. III. Vterque hinc inde loca quaedam textus graeci explicuit. 2) *Hymni* XXXII. (XXIV. in Wolfii editione.) In his nobilis eſt *H. in Cererem*. Sed vtrum omnes, aut quinam Homerum habeant auctorem, num ſint interpolati, et quidam in plures partes diſſecandi, necne, a multis in vtramque partem disputari ſolet; pauciſſimi certe ab Homero ipſo profecti eſſe videntur. Conf. *Gottfr. Ern. Groddek* in comment. de hymnorum Homericorum reliquiis, Gotting. 1786. 8. 3) *Epigrammata et poematia varia* XVI. quae quidem nullo auctore idoneo tribuuntur Homero, et abſunt ab editionibus primis. 4) *Ilias*, carmen illud immortale, de ira Achillis, adeoque de bello Graecorum ad Troiam. 5) *Odyſſea*, ſiue de erroribus et peregrinatione Vlyſſis, ex bello Troiano patriam Ithacam repetentis. Horum carminum vel omnium vel ſingulorum editiones numero ſunt permultae. Mihi vero pauciores breuiter commemorare h. l. licet. — Quibusdam adiecta ſunt *ſcholia*, quae vocantur minora, in Iliadem et Odyſſeam, quae vero *Didymi*, qui ipſe in ſcholiis citatur, nomen mentiri, eique falſo adſignari, ſed ex Didymi, Alexandrini grammatici et critici, aliorumque tam veterum quam recentiorum grammaticorum graecor. commentariis negligenter eſſe compilata, hodie conſtat, atque ex plenioribus ſcholiis codicis Veneti, a Villoiſonio editis, fit manifeſtum, Didymum fuiſſe non tantummodo grammaticum haud leuioris armaturae, ſed etiam varias contuliſſe recenſiones ſ. editiones, artemque exercuiſſe criticam. — Princeps editio eſt: *Hom. Ilias et Odyſſea vna cum Batrachomyomachia*

machia et Hymnis, graece, recensente — ad MSS. codd. et Eustathii commentarios tunc ineditos *Demetrio Chalcondyla*, Atheniensi, et *Demetrio Cretensi* —. Florent. 1488. fol. II. voll. — Illam expressit ed. I. Aldina, 1504. 8. tom. II. longius vero discessit, interdum bene, saepius tamen male, Aldina II. 1517. 8. (rec. Florentiae ap. Juntam 1519. 8. II. tom.) A secunda hinc inde abiit Aldina III. 1524. 8. — Editio Aldina graec. in membrana sine anno in 8. citatur in Catal. siue Bibl. Askeuiana p. 76. nr. 2030. — Aldus quoque edidit Scholia minora in Homerum cum Porphyrii Homericis quaestionibus et de Nympharum antro in Odyssea, gr. 1521. 8. (Scholia sine Iliade antea Romae 1517. prodierunt,) ac praefixo Didymi nomine interpretationem in Homerum, curante Andr. Asulano, Venet. 1528. 8. V. Serie dell' Edizioni Aldine, ed. II. p. 53. et 60. et inprimis *Heyne* in comment. praefixa tom. III. mai. edit. p. IX. — Critica est edit. *Opp. Hom.* curante *Jo. Lonicero*, Argentor. ap. Vuolf. Cephalaeum. 1525. 8. II. tom. repet. ibid. 1534. et 1542. 8. II. tom. Ib. cum praefat. Jo. Guinteri Andernaci. 1550. 8. et cum indice, Wormat. ap. W. Cephalaei hered. 1563. II. voll. 8. — Ilias et Odyssea cum vett. scholiis graecis, op. *Joach. Camerarii*, Basil. ap. Jo. Heruag. 1535. min. fol. — tum opera *Jac. Micylli* et *Joach. Camerarii* cum Porphyrii opusculis, ibid. 1541. min. fol. — rec. Basil. 1543. fol. min. et adiecta Batrachomyomachia 1551. II. voll. et 1557. fol. Inter edd. vsque ad Stephanianam eminent ed. *Hom. Opp.* cum codd. Venet. collata et castigata ab *Ant. Francino*, Venet. ap. Luc. Anton. Juntam, II. tom. gr. 1537. 8. et *Ilias* cum variis lectt. Paris. typis regiis ap. Andr. Turnebum, gr. Paris. 1554. 8. *Henr.* vero *Stephanus* edidit Hom. carm. in opere: *Poetae graeci principes heroici carminis* etc. tom. I. gr. 1566. fol. et multa in tex-

tu

tu correxit, varias lectt. ex edd. Baſileenſ. margini adſperſit, plures autem vna cum coniecturis et expoſitionibus in notis adtulit. Stephanianam recenſionem poſtea plurimi, lima a paucis hinc inde adhibita, vsque ad *Wolſium* ſequuti ſunt. — Paucas tantum edd. memorare iuuat. Splendide mendax eſt ed. *Cornelii Schreuelii*, qui Iliadem et Odyſſeam gr. et lat. cum Didymi ſcholiis, at contra priorum editt. fidem detortis, mutilatis et depranatis, edidit addiditque *Hom.* Batrachomyomach. Hymnos, epigrammata et quaedam minora poematia, Amſtelod. ex offic. Elzeuir. 1656. 4. — Nitida correctaque eſt editio: Hom. Opp. graece et lat. — curante *Jo. Heur. Lederlino*, et poſt huius mortem abſoluente et praefante *Steph. Berglero*, Amſtel. 1707. 12. II. voll. — Nouam quodammodo inſtituit recenſionem, textumque Iliados atque Odyſſeae e MSS. atque editt. emendatiorem conſtituere ſuſcepit, cum ſcholiis graecis, (in quibus tamen non ſatis caute ſibi cauit a fraude et laciniis Schreuelii,) notis in textum et ſcholia, variis lectt. et lat. verſione, adiecitque Batrachom. (quod carmen in praemiſſa disquiſitione Homero vindicare ſtuduit,) emendatam et cum tribus codd. MSS. collatam, item eiusdem Hymnos et epigrammata vna cum fragmentis, *Joſua Barnes*, Cantabrig. 1711. 4. voll. II. ſed plura promiſit, quam praeſtitit. — Barneſii recenſio vt plurimum facta eſt baſis ed. ſplendidae, et illa ſuperiore melioris, (quamquam multa in ea iure deſiderarunt critici,) quam curare coepit *Sam. Clarke*: n. *Ilias* gr. et lat. cum adnotatt. *Sam. Clarke.* vol. I. Londin. 1729. vol. II. poſt patris mortem (1729) filii cura, ibid. 1729. 4. — edit. II. minus correcta, minusque nitida, ibid. 1754. 4. — *Odyſſ.* gr. et lat. item *Batrachomyom. Hymni* et *Epigrammata.* Edidit adnotationesque ex notis nonnullis msstis a *Sam. Clarkio* defuncto relictis, partim collectas adiecit *Sam. Clar-*

Clarke, vol. I. II. Londini 1740. 4. — repet. ibid. 1754. 4. II. voll. et minus correcte ibid. 1758. 8. II. voll. — Ilias, Odyſſea et reliqua carmina, ex edit. et cum notis *Sam. Clarke*, patris et filii, ibid. 1760. 4. IV. voll. et 1779. — *Ilias et Odyſſea*, gr. et lat. cum not. *Sam. Clarke*. Lond. 1753. 1768. 8. IV. voll. — Splendida et correcta eſt editio, ex Clarkiana a. 1729. expreſſa, quam excud. Robertus et Andr. Foulis, gr. Glasguae, *Ilias*, 1756. II. voll. *Odyſſea* cum reliquis, 1758. II. voll. fol. — Clarkian. editionem recudendam, rogatu bibliopolae, *Jo. Aug. Erneſti* curauit, et egregiis auxit ornauitque notis; Batrachomyomachiam tamen et reliqua carmina ipſe recenſuit ſuisque inſtruxit animaduerſionibus, Lipſ. 1759 — 1764. mai. 8. V. voll. — *Homeri Ilias* ad cod. Vindobon. graece expreſſa: recenſuit *Franc. Car. Alter*, Viennae, 1789. m. 8. vol. I. — *Ilias* lat. expreſſa: recenſ. cum varietate lectionis ex codd. B. Palat. Vindobon. *Fr. C. Alter*, vol. II. ibid. 1790. m. 8. — *Odyſſea* gr. nouis curis expreſſa: recens. *F. C. Alter*. Acced. Batrachom. Hymni ceteraque poematia, Homero vulgo tributa, cum varietate lection. ex codd. Vindobon. ibid. 1794. m. 8. — Plura tamen praeſtiterunt maioremque curam, ſiue interpretationem ſpectes ſiue artem criticam, adhibuerunt celebb. *Frid. Aug. Wolfius* atque *C. G. Heyne*. A priore, diu diligenterque verſato in Homericis carminibus, quantum fieri poteſt, emendandis, primum correcta edit. et noua quodammodo parata eſt recenſio *Odyſſeae* cum Batrachomyom. hymnis ceterisque poematiis, Homero vulgo tributis, etiam nuper reperto H. in Cererem, ad exemplar maxime Glasguenſe in vſum ſcholarum diligentiſſime expreſſa, Halae Sax. part. I. II. 1784. 8. gr. ſine notis, — tum emendatior, multis locis mutatis, ibid. 1794. 8. — *Ilias* — gr. part. I. II. praefixa *Ludolphi Küſteri* Hiſtoria critica Homeri,

meri, (quae primum prodiit Francof. ad Viadr. 1696. 8.) ſine notis, ibid. 1785. 8. — rec. emendatius, 1794. 8. Etiam ſub titulo: *Homeri* et *Homeridarum* Opera et reliquiae ex veterum criticorum notationibus, optimorumque exemplarium fide, recenſuit *F. A. Wolfius*, Pars I. *Ilias*, vol. I. II. ibid. 1794. (vel potius 1795.) mai. 8. Cui editioni tanquam comes acceſſerunt: Prolegomena ad Homerum etc. (in quibus multa contra vulgarem opinionem acute ingenioſeque disputata ſunt, nec tamen omnia cunctis probata *),) 1795. m. 8. — Tertium recenſere coepit Homericum textum, duplici praefixa inſcriptione. Generalis eſt: Ὁμήρου Ἔπη. *Homeri et Homeridarum* Opp. et reliquiae etc. Specialis: *Ilias*; ex veterum criticorum notationibus optimorumque exemplarium fide nouis curis recenſita, vol. I. *Ilias*; pars I. — vol. II. *Ilias*; pars II. — vol. III. *Odyſſea*; pars I. — vol. IV. *Odyſſea*; pars II. — vol. V. Batrachomyomachia, Hymni ſiue prooemia, epigrammata ceteraque fragm. Homerico nomini olim adſcripta, Lipſ. 1804 — 1807. 8. et quidem diverſis typothetici cultus chartarumque formis et diuerſis pecuniae pretiis conſtitutis. Ibid. Ὁμήρου Ἔπη etc. vol. I. *Ilias* etc. pars I. 1806. fol. **) (Conf. *Jen. allgem. L.Z.* 1809. nr. 243 — 249.) — A cel. autem *Heynio* eximia editio, multis nouis ornata acceſſionibus, ſubſidiisque acceptis, a pluribus iure laudata, eſt curata: *Homeri carmina, cum breui annotatione*, (graeco textui ſubiecta, ad verborum ſenſum paucis declaran-

*) Wolfii et Bryanti opiniones refutare ſtuduit *Delisle de Sale* in Hiſtoire d'Homère et d'Orphée, II. partt. V. *Intelligenzblatt der Jen. allgem. L. Z.* 1808. nr. 65. p. 540. Item *Sainte-Croix* in Refutatione etc. gallice, Pariſ. 1798. 8. et germanice verſa, Lipſ. 1798. 8.

**) Ad ornandam edit. Wolfian. pertinent *Jo. Flaxmans Umriſſe zu Homers Iliade. Nach dem Engliſchen Original gezeichnet und geſtochen von Schnorr.* Lipſ. 1804. *Zu Homers Odyſſee.* ibid. 1807. 8.

clarandum.) *Accedunt variae lectiones et obſervatt. veterum Grammaticorum cum noſtrae aetatis critica.* Tomi octo, (qui tantum continent nouam Iliados recenſionem,) Lipſiae et Londini 1802. mai. 8. Quaedam exemplaria chartae bonitate praeſtant et exornata ſunt 28 figg. aen. inciſis. Duobus tomis prioribus exhibetur *Ilias*, graece, cum notis breuioribus; in tertio tomo eſt verſio latina, praemiſſa commentatione de Homeri edd., codicibus, ſcholiis, lexicis et gloſſariis, (quorum ſingulorum editiones pag. LIII. ſqq. diligenter recenſet *),) de ſubſidiis nouis huius editionis, denique de verſionibus. Tomi reliqui comprehendunt doctas eruditasque obſeruationes atque excurſus ad Iliada. — Ex hac maiore edit., omiſſis curis criticis, minorem et ſelectis notis exegeticis inſtructam, quibusdam mutatis auctisque, parauit idem V. C. *Homeri Ilias, cum breui annotatione*, Lipſ. et Lond. 1804. m. 8. vol. I. II. — Nitida et correcta eſt edit. *Iliados*, Lipſ. 1810. min. 12. II. tom. et *Odyſſeae*, *Batrachom.* etc. ib. 1810. min. 12. tom. I. et II. tomus autem tertius a. 1811. continet varr. lectiones e cod. Harl. et notas *Ricardi Porſoni*, (qui

*) Hic quaedam nominare ſufficiat. Commendanda eſt Ὁμήρου ἐξήγησις, *Homeri interpres*, cum indice locupletiſſ. Argentor. 1539. 8. Scholia breuia ſ. minora primum prodiere Romae, cura *Jo. Laſcaris*, 1517. fol. — *Scholia vetuſta* in Iliad. librum IX. (a Jo. Caſelio e libro P. Victorii, Florentiae, deſcripta,) gr. edita a *Conr. Horneio.* Helmſtad. 1620. 8. — *Iliadis liber XXII.* cum ſcholiis veteribus *Porphyrii* et aliis e codice Leidenſ. bibliothecae, vulgauit *Lud. Caſp. Valckenaer.* Acc. eiusd. de cod. Leidenſi et de ſcholiis ineditis diſſert. ſub fin. edit Valckenar Virgilii collatione ſcriptor. graec. illuſtrati opera Fuluii Vrſini. Leouard 1747. 8. De *Porphyrii ſcholiis in Hom.* commentat. ſcripſit *Ge. Henr Noehden*, Gottingae 1797. 8.) — Scholia anonymi in Iliad. I. *Ant. Bongiovann. ex MS. bibl. S. Marci eruit, latine interpretatus eſt, notisque illuſtrauit*, Venet. 1740. 4. — *Everhardi Waſſenbergh Homeri Iliadis libri I. et II.* etc. Franequerae 1783. 8.

(qui bonam, nouisque ſubſidiis ornatam, curauit edit. Oxon. 1801.) cura *Godofr. Henr. Schaefe-ri.* — *Homeri Ilias*, gr. et lat. opera M. *Jo. Georgii Hageri*, ed. noua, II. tom. Chemnicii 1809. 8. *Odyſſea*, noua ed. iam antea lucem adſpexit: at forſan eſt noua tantum prioris edit. inſcriptio in fronte libri. — Valde copioſos commentarios in Iliada et Odyſſeam conſcripſit *Euſtathius*, archiepiſcopus Theſſalonic. (ſaec. XII.) inſcript.: Παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα, Romae, 1542. — εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, ib. 1549. cum gr. textu poetae. Index *Matthaei Deuarii*, ib. 1550. fol. — Repetitus eſt liber Baſil. ap. Hier. Froben. 1560. fol. III. voll. omiſſo tamen Deuarii indice, et breviore ſubſtituto, auctore Sebaſtiano Guldenbeck. — Novam Euſtathii edit. cum latina verſione, notisque perpetuis et ſuis et Antonii M. Saluini, molitus eſt, ſed non abſoluit, *Alex. Politus*, Florent. 1730 — 1735. fol., nam tres tantum tomi, qui quinque priores Iliad. libros continent, prelo exierunt. — Euſtathiani operis tamquam epitome, at minus apte dextreque confecta, eſt: Κέρας Ἀμαλθείας — *Copiae cornu, ſiue Oceanus enarrationum Homericarum, ex Euſtathii in eundem commentariis concinnatarum, Hadriano Junio autore*, prodiit Baſil. 1558. fol. Conf. *Gerdeſ.* Florileg. etc. Groening. 1711. 8. p. 65. — Ex Euſtathii commentariis in Iliadem longiora et ex ſcholiis minoribus excerpta cum contextu gr. (ſed ordine librorum non ſeruato,) in vſum ſcholarum ſeparatim edere coepit *Jo. Aug. Mueller*, et plures iam rhapſodiae ab a. 1788 — 1810. (quo anno prodierunt Rhapſodiae XII. et XIII.) Miſenae lucem viderunt. — Separatim ſunt frequenter edita carmina, et Iliados quidem atque Odyſſeae vel integra vel rhapſodiarum vna alteraque. Hoc vero loco editt. quasdam, praecipue recentiores, referre vacat. — *Ilias* — ex recenſ. Sam. Clarkii, cum varr. lectt. et notis *Aug. Herm. Niemeyer*, vol. I.

 Halae,

Halae, 1778. — vol. II. ib. 1781. m. 8. — ed. II. ibid. 1784 et 1792. 8. — Nobilissima et ad fructum atque intelligentiam cum Iliadis tum scholiastarum vett. plenissima est editio: Ὁμήρου Ἰλιὰς σὺν τοῖς σχολίοις. *Homeri Ilias*, ad veteris codicis Veneti fidem recensita. Scholia in eam antiquissima, ex eodem codice aliisque nunc primum edidit cum asteriscis, obeliscis aliisque signis criticis, *Jo. Baptista Caspar d'Ansse de Villoison* (cum prolegomenis lectu dignissimis). Venet. 1788. fol. — *Batrachomyomachiae* princeps ed. est gr. et lat. saec. XV. in 4. sine vlla nota. Princeps autem olim habebatur, quae graece prodiit cum glossis interlinearibus, charactere rubro distinctis per *Laonicum Cretensem*, Venet. 1486. 4. — quam recudendam curauit *Maittaire*, cum varr. lectt. versionibus latinis, commentariis et indicibus etc. Londini, 1721. mai. 8. — Recentiores edd. sunt: — gr. cum germanicis adnotatt. a *Christ. Tob. Damm*, Berolini 1735. 8. — ab eodem gr. cum indice gr. et lat. ib. 1736. 8. — a *Jo. Ad. Schier*, cum eius et J. A. Ernesti notis: adiectis sex minor. hymnis. Lips. 1765. 8. — gr. cum versione germanica, metro heroico confecta, (auctore *Willamow*) Petropoli 1771. 8. — *Die Batrachomyomachie und Galeomyomachie* *), *griechisch, mit einer Einleitung, Anmerkungen und einem Wortregister — von Aug. Christian Borheck*, Lemgov. 1789. 8. — Ὁμήρου Βατραχομυομαχία σὺν τῇ μεταφράσει (*Theodori Gazae*, ex cod. Laurent. Medic. qui pleniorem continet Batrachom. quam alii codd. atque editt.) Florentiae et Lipsiae 1804. m. 4. cura *Franc. Fontani*. Textus est litteris nigris,

*) *Galeomyomachia*, h. e. *felis et murium pugna*, ad imitationem Batrachomyomachiae a *Theodoro Prodromo* iambicis graecis versibus est composita, et separatim edita, latinitati data, cum praefat. gr. Aristobuli Apostolii, a *Jo. Frid. Saergel*, Rudolphipoli, 1750. 4.

gris, a metaphrasi interlineari litteris rubris distinctus. — *Hymnorum*, (de quorum integritate atque antiquitate a variis VV. DD. in vtramque partem disputatum est,) edd. recentiores hae sunt. Primum venit in censum *Hymnus in Cererem*, quem vna cum fragmento H. in Bacchum cel. Matthaei in cod. quodam Mosquensi, qui, praeter fragmentum Iliadis, editos hymnos XVI. vulgari fere ordine complectitur, reperit eiusque apographum misit *Dau. Ruhnkenio*, qui eum hymnique in Bacchum fragment. gr. cum eruditis adnotationibus primum edidit, Lugd. Batav. 1780. 8. Interea Matthaei iterum contendit codicem et animaduertit, aciem oculorum inter describendum effugisse post vers. 198. viginti versus, atque post versum 413. vnum, et misit Ruhnkenio melius pleniusque exemplum; qui, cognito errore, in lucem emisit Hymnum pleniorem, notas auxit, immixtis criticorum magni nominis correctionibus atque opinionibus, praemisit H. in Bacchum, et Hymno in Cer. subiecit latinam J. H. Vossii versionem. Acc. duae epistolae criticae *) ex editione altera, multis partibus locupletiores. Lugd. B. 1782. m. 8. — Posthaec textum graecum, inquinatum potius, quam correctiorem, edidit cum versione italica March. *Pindemonte*, Bassan. 1785. m. 8. — Huius vero et *Nic. Ignarrae*, qui edidit Emendationes hymni homerici in Cererem, Neapoli 1784. m. 8. iudicia atque opiniones de illo hymno eiusque aetate sub examen vocauit cel. *Chr. Guil. Mitscherlich*, qui plenissimam atque tam ad cod. Mosquensem denuo diligenter collatam, quam ex suis aliorumque correctionibus emendatiorem curauit edit. multisque doctiss. animaduersionibus hymnum illustra-

 vit,

*) Ruhnken antea ediderat epistolam criticam I. in Homeridarum hymnos et Hesiodum, Lugd. B. 1749. 8. et epist. II. ad Callimachum et Apollonium Rhodium, ib. 1751. 8.

vit, Lipſ. 1787. 8. Illum igitur hymnum poſtea reliqui editores Hymnorum receperunt, n. *Carol. Dau. Ilgen*, cuius pleniſſima et doct. ed. inſcripta eſt: *Hymni Homerici* (XXXIII. gr.) cum reliquis carminibus minoribus, Homero tribui ſolitis, et Batrachomyomachia. Addita eſt *Demetrii Zeni* verſio Batrachomyomachiae, dialecto vulgari (cum lat. Mart. Cruſii verſione), et *Theodori Prodromi* Galeomyomachia. Textum recenſuit, et animadverſſ. criticis illuſtrauit *C. D. Ilgen*. Halis Sax. 1796. m. 8. Succeſſit *Aug. Matthiae*, qui primum edidit *Animaduerſiones in hymnos Homericos, cum prolegomenis de cuiusque conſilio, partibus, aetate*. Lipſ. 1800. 8. dein ipſos *Homeri hymnos et Batrachomyomachiam: denuo recenſuit, auctario animaduerſionum et varietate lectionis inſtrux. atque latine vertit*. ib. 1805. 8. — Denique *Homeri Hymn. et Epigrammata edidit Godofred. Hermannus*. Lipſ. 1806. 8. cum notis criticis; in longa epiſtola ad Ilgenium de hymnis ipſis eorumque aetate atque interpolationibus etc. acute eruditeque diſſerit. Nec defuit aliorum ſtudium in examinandis, illuſtrandis emendandisque aut in linguam germanicam vertendis hymnis Homericis. — Verſiones autem Iliados atque Odyſſeae, in omnibus fere linguis, ſaltem cultioribus, ſermone tam ligato, quam ſoluto factae, ſunt adeo multae, vt earum enumeratio omnino aliena ſit a noſtro conſilio. Paucarum tamen commemoratio breuis haud inutilis erit. In *germanicam* linguam recentiore aetate translata ſunt Homeri carmina a *Chriſti. Tob. Damm*, Lemgov. 1769—1771. 8. IV. voll. — a *Jo. Jac. Bodmero*, Tiguri 1778. 8. II. voll. — multo venuſtius et curatius a *Jo. Henrico Voſs*, cum figg. et tabulis geographicis, Altonae 1793. 8. IV. voll. — ed. II. nouis curis caſtigata, Regiomont. 1802. 8. IV. voll. — ed. III. Tubingae 1806. m. 8. IV. voll. Colon. 1807 et 1808. IV. voll.

mai.

mai. 8. add. *Kleines ſacherklärendes Wörterbuch, zur Erklärung der Voſſiſchen Ueberſetzung des Homers, von einem bekannten Gelehrten.* ibid. 1808. mai. 8. — *Ilias*, a *Car. Aug. Küttnero*, Lipſ. 1771. 1781. 8. — ab *Ern. Guil. de Wobeſer.* Lipſ. 1781—1787. III. voll. — a *Frid. Leop. Comite de Stolberg*, Flensburg. et Lipſ. 1778. iterum 1787. denique 1793. 8. II. voll. — *Batrachom.* germanice vertit *F. C. L. lib. Baro de Seckendorf* in: *Blüthen griech. Dichter*, 1800. 8. — *Ilias, latinis verſibus* expreſſa a *Raymundo Cunichio*, Rom. 1776. fol. rec. Vindobonae 1784. 8. — Inter *Franco-gallicas* verſiones Il. et Odyſſeae memorabiles ſunt *Dacieriae*, cum animadverſſ. Pariſ. 1711. 12. VI. tom. et ſaepius Pariſ. atque Amſtel. — rec. Genev. 1779. 8. IV. voll. — nuper Argentor. et Pariſ. 1806. 12. IV. voll. cum figg. — *Guil. Rocheforti*, cum obſeruatt. Pariſ. 1772—1777. m. 8. IV. voll. et 1781. 4. II. voll. — *Gin*, ibid. 1789. 8. III. voll. — *Paulli Jer. Bitaubé.* Pariſ. 1780 — 1785. 8. VI. voll. cum figg. et adnotation. Pariſ. 1787. 12. XII. voll. et in Operibus eius Franco - gallicis, Pariſ. 1804. 8. IX. voll. — Iliade — en proſe par *Denis le Brun*, cum textu gr. Pariſ. 1776. 12. II. voll. — *Iliade d'Homère.* Nouvelle Traduction en proſe; précédée d'un discours ſur l'hiſtoire de la poeſie. Par MM. *Thomas*, *A. Renouvier* et *A. C***. Pariſ. 1810. tom. I. II. 8. — Inter *Anglicas* verſiones celebritatem, cum maxime propter eruditas animaduerſiones, ſed graues quoque cenſores, in primis *Warburton* et *Joſ. Nic. Scot*, nacta eſt verſio *Alex. Pope*, Londin. 1715 ſqq. et ſaepius in variis formis et modo pluribus, modo paucioribus tomis: nouiſſime, additis notis criticis atque grammaticis *Gilb. Wakefield*, Lond. 1796. 8. XI. voll. conf. *Brüggemann* View of the engliſh Editions, Translations and Illuſtrations

tions etc. p. 25 sq. et Supplement p. 8. vbi praeterea, vtroque loco, permultae editt. ac versiones anglicae Homeri, et multi libri, qui ad historiam, interpretationem etc. Homericorum carminum pertinent, recensentur. — Aliquoties in linguam *italicam* translatae sunt Ilias, Odyssea, Batrachom. cum Hymnis, ab *Anton. Maria Salvinio*, versibus, quos vocant *sciolti*, Florent. 1723. 8. — rec. Paduae, (cui noua Batrach. versio *Ang. Mariae Ricci*, Florent. 1741. edita, est adiuncta.) — Paduae 1760. 8. — *Ilias*, versibus sciolti dictis, a *Melchiore Cesarotti*, cum animaduerss. Venet. et Paduae, 1786—1794. 8. IX. tom. rec. Venet. 1795. 8. — Opere di Omero tradotte da più Letterati Toscani, con note, V. tom. Liburni, 1805. 8. — Infinitus est numerus librorum maioris minorisque molis, in quibus de Homero eiusque carminibus, doctrina, eruditione, sententiis etc. varia ratione disputatur. Hoc loco notari possunt: *Thomas Blackwell* in libro vtili: An Enquiry into the Life and Writings of Homer — Londini 1735. 8. rec. Lond. 1736. 8. et 1757. 8. — Germanice versus est ille lib. ab *Agricola*, in *Hamburgisch. Magazin*, vol. 12. 13. et 14. — et melius a Vossio, Lips. 1776. 8. — gallice a *J. N. Quatremère - Roissy*, Paris. a. 7. (1799.) in 8. — An Essay on the Original Genius and Writings of Homer, by *Robert Wood*. Lond. 1769. 4. — Germanice vertit (Michaelis) Francof. ad Moen. 1773. 8. Tum *Woodii* liber auctius et splendidius editus est cur. Jac. Bryant, Lond. 1775. 4. Ex hac altera editione delegit idem Michaelis additamenta etc. et inscripsit: *Zusätze und Veränderungen, wodurch sich die neue Ausgabe von Rob. Woods Versuch — — vor der alten auszeichnet, nebst der Vergleichung des alten u. gegenwärtigen Zustands der Landschaft von Troja etc.* Francof. ad M. 1778. 8. Troia autem vetus num exstiterit

ftiterit et a Graecis fuerit flamma ruinisue deleta, magna controuersia inter quosdam VV. DD. agitata est. Recentiore tamen aetate non defuerunt, qui eo consilio, vt situm ac regionem veteris Troiae locaque, vbi secundum Homerum pugnatum est, explorarent et curatius describerent, Asiam minorem peragrarent. De situ Troiae et multa alia ad meliorem Iliados intelligentiam scitu necessaria leguntur in *Topographische Ansichten, gesammlet auf einer Reise in die Levante, von Jos. von Hammer*, Wien. 1811. 4. conf. *Hall. allgem. L. Z.* 1811. nr. 228. — *Angeli Mariae Riccii* Dissertatt. Homericae. Acc. eiusd. orationes. Florent. 1740. et 1741. III. voll. 4. — rec. et in vnum volumen collectae, (omissis VII. Riccii orationibus, variis epistolis, et praefatt. ad II. ac III. vol.) curante *Freder. Gottlob Born*, Lips. 1784. mai. 8. — *Frid. Ferdinand. Drück* diss. de virtutibus vitiisque Homeri et Virgilii, ex seculi ipsorum indole aestimandis, Stuttgard. 1780. rec. in *Drücks kleineren Schriften*, collectis et editis a *Car. Philipp. Conz*, tom. I. Tubingae 1810. 8. nr. 1. — *Jo. Heinr. Just Koeppen über Homers Leben und Gesänge*, Hannov. 1788. 8. qui libellus est instar introductionis ad eiusdem commentarium ad Homeri Iliada perpetuum et admodum vtilem: *Erklärende Anmerkungen zum Homer*. Hannov. 1787—1792. 8. V. tom. Quintum tomum, qui continet Koeppenii animaduerss. in Il. XVII —XX. post mortem Koeppenii 1804. edidit, et nonnullas adiecit obss. *Car. Frid. Heinrich*, qui etiam nouam curauit editionem, ibid. 1794—1804. 8. Tom. VI. denique curauit *Jo. Chr. Henr. Krause* ad IV. vltimos libros ib. 1810. 8. — *Christ. Ad. Klotzii* Epistolae Homericae, Altenburg. 1764. 8. — De rara quadam Homeri editione: (Ἡρωϊκά. Ὁμήρου Ἰλιάς. *Homeri Ilias*, postrema editio: cui originem et exitum belli Troiani addidimus, Coluthi

luthi Helenae raptum, et Tryphiodori Ilii excidium. Latine omnia ad verbum expoſita, et a F. Porto Cretenſi innumeris in locis emendata: παρὰ Ἐ. Οὐϊγγῶνι. αφπ. 12.) ſcholiisque in Homerum inedd. et lectionibus Vindobon. codd. ex litteris Franc. Car. Alteri, 1802. ſcriptis, in *Chriſti. Dan. Beckii* Actis Seminarii regii et Societatis philolog. Lipſienſ. vol. I. Lipſ. 1811. 8. p. 241 ſqq. — In eod. vol. variis locis Homerus aut explanatur aut emendatur a *Godofr. Hermanno* in diſſ. de pronomine αὐτός. — (M. *Schott*) *Ueber das Studium des Homers in niedern und höhern Schulen*, Lipſ. 1783. 8. — *Kurze Anweiſung für Erzieher, die Odyſſee mit Knaben zu leſen, von Ludolf Ge. Diſſen, mit einer Vorrede begleitet von Jo. Fried. Herbart*, Gotting. 1809. 8. — *Franc. Chriſtoph. Frenzel* progr. *Probe eines erklärenden Commentars über Homers Odyſſee*, Iſenaci 1808. 8. — De theologia, inprimis de Fato et Jove Homeri meam ſententiam latius expoſui in Opuſculis meis varii argumenti, Halae Sax. 1773. 8. p. 387 ſqq. — Geographiam Homeri in ſingularibus libellis illuſtrarunt *Car. Traugott Gottl. Schönemann*, Gottingae 1787. 4. *Herm. Schlichthorſt*, ib. eod. anno, 4. et *Aug. Guil. Schlegel*, Hannov. 1788. 8. — Denique, vt multa alia ſcripta, quae huc pertineant, et alibi a me ſunt excitata, quorum quidem numerus facile poteſt augeri, praetermittam, duorum Lexicorum, omni commendatione dignorum, mentionem adhuc iniiciam. Prius eſt: *Apollonii Sophiſtae* Lexicon graecum Iliados et Odyſſeae e MS. edidit, latine vertit, emendauit et notis illuſtrauit *J. Baptiſta d'Anſſe de Villoiſon.* Pariſ. 1773. 4. II. tom. — repet., omiſſis prolegomenis et lat. verſione Villoiſon., additis vero aliis doctis obſſ., ab *Hermanno Tollio.* Lugd. Bat. 1788. 8. — Alterum eſt *Chriſtiani Tob. Damm* Novum lexicon graecum

cum etymologicum et reale, cui pro basi substratae sunt concordantiae et elucidationes Homericae et Pindaricae, Berolini 1765. 4. — Vtile esse poterit tironibus Lexicon, cuius specimen prodiit inscriptum: *Probe eines griechisch-deutschen Wörterbuchs über den Homer und die Homeriden. Den Buchstaben α enthaltend. Ausgearbeitet von G. H. C. Koës. Copenhagen* 1806. 8.

3. *Hesiodus.* De eius aetate, olim iam incerta, varia diuersaque iudicia alibi abunde relata sunt. Probabilius videtur, Hesiodum fuisse Homero iuniorem, sed eidem tamen aequalem. *Saxius* igitur in Onom. I. p. 12. eius aetatem adserit a. ante Ch. n. 909. — Patria *Cumanus*, (Cuma in Aeolia ortus;) ab educatione autem Ascrae, qui fuit Boeotiae vicus, *Ascraeus* est cognominatus. Juvenis cum Homero seniore certamen poeticum iniisse atque victoriam reportasse dicitur. Sed alii secus sentiunt. Saltem libellum, inscriptum, Ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, et primum ab *H. Stephano* vna cum Matronis et aliorum parodiis homericis etc. graece editum a. 1573. 8. tum gr. repetitum a *Dan. Heinsio* ad calcem suae Hesiodi editionis, a *Barnesio* in vol. I. edit. Homeri p. XX sqq. et gr. ac lat. a Th. Robinson ac Loesnero in ed. Hesiodi p. 469., ab Hesiodi admiratoribus esse confictum, multi commonstrarunt *). Senex in Oeneonem Locridos commigrans, incautus ab Amphiphane et Ganetore interfectus esse dicitur. At multa, quae de eius fatis vltimis narrantur, fabulam redolere videntur. — Quidquid est, Hesiodus fuit, *Velleio Paterculo* I. cap. 7. iudice, *vir perelegantis ingenii et mollissima dulcedine carminum memorabilis;* et iudice *Quinctiliano* I. O.

Libr.

*) *Martini* progr. de Graecorum certaminibus poeticis, Ratisbon. 1769. 4. et *Car. Frid. Heinrich* de hoc certamine et scholis cantantium *(Sängerschulen)* in Graecia in adpend. I. ad librum: *Epimenides aus Kreta* etc. Lips. 1800. 8.

Libr. X. c. I. 52. raro adſurgit, magnaque pars eius in nominibus occupatur; tamen vtiles circa praecepta ſententiae lenitasque (alii: leuitasque) verborum et compoſitionis probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi. Nec argumentum carminum admiſit ſublimitatem illam atque audaciam poeticam, quam admiramur in Homeri carminibus. Multa autem, quorum catalogum dedit Fabricius, ſcripſiſſe dicitur; hodie vero ſuperſunt: 1) poema didacticum, Ἔργα καὶ ἡμέραι, *Opera et dies.* 2) Ἀσπὶς Ἡρακλέους, *Scutum Herculis*, quod poëma plurimi olim negarunt eſſe Heſiodi, et pars habetur collectionis, quam antiquiores critici atque hiſtorici adpellabant modo Μεγάλας Ἠοίας, modo Γενεαλογίας ἡρωϊκὰς, modo Ἡρωγονίαν, modo Καταλόγους aut Καταλόγους γυναικῶν. 3) Θεογονία, *Deorum generatio;* eſt potius Cosmogonia et Theogonia. — Editiones, quae multae ſunt, habent vel ſcholia graeca, vel illis ſunt deſtitutae; aliae vel omnia Heſiodi carmina, quae ſuperſunt, vel ſingula tantum comprehendunt. Potiores autem et recentiores hae ſunt. Princeps eſt Mediolanenſis, quae continet *Orationes Iſocratis*, XVIII. *Eidyllia Theocriti* et *Heſiodi Opera et Dies*, 1493. fol. In quibusdam exemplis *Iſocrates* ſolus comparet *). — *Theocriti* eclogae triginta: — *Heſiodi Theogonia: eiusdem Scutum Herculis: et Georgicon libri duo:* vna cum Theognidos, Phocylidis et Pythagorae carminibus. In calce: impreſſum Venetiis characteribus ac ſtudio Aldi Manutii MCCCCXCV. fol. — *Heſiodi duo libri Georgicon* cum tabula *Cebetis* etc. gr. et lat. — *Ottomar Aidos (Nachtigall)* Argentin. — Jo. Knoblauch formulis excuſit. Argentor. ſ. a. in 4. ed. rariſſ. — Elegans atque

*) Conf. *Bandin.* Catal. codd. gr. Medic. Laurent. tom. II. p. 568. n. 5. et III. p. 424. 1.

atque emendata, in qua etiam primum ſcholia gr. *Procli Diadochi, Jo. Tzetzae, Emanuelis Moſchopuli* et *Jo. Protoſpatharii*, eaque meliora, pleniora atque emendatiora, quam in aliis inſequentibus editt., comparent, eſt editio Operum Heſiod. quae Venetiis prodiit aere et diligentia *Jo. Franciſci Trincauelli*, 1537. 4. — Scholia tamen Tzetzae ſunt pleniora, at ſaepe etiam mutilata, turbata, interpolata, hinc inde corrupta, in edit. Opp. gr. et cum verſionibus lat. *Nicol. Vallae* et *Boninii Mombritii* etc. Baſil. (1542.) 8. — Nouam Heſ. Opp. recenſionem fecit *H. Stephanus* in collectione: *Poetae graeci principes heroici carminis*, 1566. fol. — Notanda eſt editio, potiſſimum propter lectiones varias bona, cum notis viror. doct. ap. Hieron. Commelin. 1591. 8. — Inprimis celebratur edit. *Dan. Heinſii*, admodum rara, cum fragmentis Heſiodi, introductione in O. et D. graecis variorum ſcholiis, notisque et emendationibus etc. ex offic. Plantin. Rapheling. 1603. 4. — tum *Heſiodi Aſcraei* quae extant. *Dan. Heinſius* interpretationem emendavit, introductionem in O. et D. notas item addidit. Lugd. B. 1613. 8. rec. L. B. 1622. 8. — *Corn. Schreuelii* edit. cum notis ſelectis Lugd. B. 1650. 8. haud quidem tulit plauſum eruditorum; ſed tamen propter Paſoris indicem, credo, in Batauia, Germania et alibi frequenter repetita eſt typis. — *Radulph. Winterton* in edit. *Poetarum minorum graecorum*, gr. et lat. locum primum dedit Heſiodo, et in hanc obſeruationes ſcripſit, Cantabr. 1628. 1635. 8. et ſaepius tam Cantabr. quam Londini recuſa. — Ope duorum codd. atque editt. veterumque ſcholiaſtarum et beneficio ingenii ſui *Jo. Georg. Graeuius* permulta loca in Heſiodi operibus feliciter reſtituit in ed. praeſtanti: *Heſiodi Opera omnia, ex recenſione J. G. Graeuii, cum eiusdem animaduerſſ.* (ſiue lectio-

lectionibus Heſiodeis, in quibus potiſſimum loquendi formulas erudite docteque explicuit,) *et notis Joſ. Scaligeri et* (audacioribus) *Franc. Guieti:* gr. ac lat. Amſtel. ap. Dan. Elzev. 1667. 8. Hanc tam in graecis quam in verſione ſequutus eſt *Jo. Clericus*, et repetiit ex ea notas VV. DD. cum J. G. Graeuii lectionibus heſiodeis auctioribus, et ſuas ac Steph. Clerici notas aliaque et Paſoris indicem adiecit, Amſtel. 1701. m. 8. gr. et lat. — Noua ornamenta et ope plurium codd. praeclaras acceſſiones accepit edit. ſplendida, cum notis variorum, curante *Thoma Robinſon*, Oxon. 1737. mai. 4. gr. et lat. Praemiſit doct. de vita, ſcriptis et aetate Heſiodi diſſertationem. — repetita, variis lectionibus adiectis, Londini 1756. — In qua quae bona eſſent, in ſuam rem conuertit et cum notis ex quibusdam auctoribus ſelectis ſuisque probabilem editionem parauit, et interpretationem latin. emendauit, ſubiecitque Paſoris indicem *Jo. Tob. Krebſius*, Lipſiae 1746. 8. et 1778. 8. — gr. Lipſ. 1776. 8. — *Kretſchmarus* graece dedit cum Plutarchi libro de puerorum educatione etc. Lipſ. et Dresdae 1750. 8. — *Robinſoni* edition. ſed melius ordinatam cum ſcholiis ineditis et notis ex Clerici edit. repetitis auctisque variis lectt. codicum atque priorum editionum, additis et ſuis et Dau. Ruhnkenii aliorumque animaduerſionibus, recudi fecit *Chr. Frid. Loesner*, Lipſ. 1778. 8. — Splendida correctaque ed. operum *Heſiodi*, quae *latinis verſibus expreſſa atque illuſtrata ſunt a Bernardo Zamagna*, Raguſino, Parmae 1785. mai. 4. — Quaedam carmina ſunt ſeparatim edita illuſtrataque. *Opera et dies* ex noua recenſione *Rich. Franc. Phil. Brunckii*, in libello: Ἠθικὴ ποίησις, *ſiue Gnomici poetae graeci* etc. Argentor. 1784. 8. et 4. cum notis criticis. — *Theogonia Heſiodea.* Textu ſubinde refecto — edita a *Frid. Aug. Wolfio*, Prof. Hal.

Hal. 1783. 8. gr. cum eruditis obſeruatt. doctaque cel. *Heynii* epiſtola. — Eadem gr. cum verſione *Comitis de Carli* italica et epiſtcla ad Garviſium ſuper Theogonia, Ven. 1744. 8. rec. in eius Opp. vol. XVI. Mediol. 1787. m. 8. — O. et D. cum indice gr. et german. ed. a *Jo. Godofr. Haas*, Lipſ. 1789. 8. — *Heſiods Tagewerk*, (graece) *mit erklärenden und krit. Anmerkung. und einem Wortregiſter von W. Lange*, Lipſ. 1790. 8. — it. gr. cum verſione ital. et adnotatt. *Co. Jo. Arrivabene*, Mantuae 1791. 8. mai. — it. gr. cum verſione germ. metrica *Jo. Dav. Hartmanni*, Lemgov. 1792. 8. quam edit. commendant *Ludov. Wachleri* praefixa comment. de Heſiodi aetate, vita et ſcriptis, et notae vtiles textui ſubiectae. — Idem *Hartmann* edidit *Schild des Hercules, nebſt den Schilden des Achilles und Aeneas von Homer und Virgil, metriſch verdeutſcht und mit dem Original begleitet und erläutert.* Lemgov. 1794. 8. *) — *Heſ. Scutum Herculis* in *Koeppen Poetiſche Blumenleſe*, part. I. p. 97 ſqq. cum introductione multisque egregiis adnotationibus. — Idem *Scutum* gr. cum grammaticorum ſcholiis graecis, emendauit atque illuſtrauit *Car. Frid. Heinrich*, Vratislav. 1802. m. 8. — *Heſ.* O. et D. edid. cum notis quibusd. critic. *Birger Thorlacius* Prof. Hauniae 1803. 8. — *Heſ.* Theogonia et Scutum Herculis: in vſum ſcholar. imprimi curauit *G. Sverdrup.* Hauniae 1807. m. 8. ſine not. — *Heſiods Gedichte, ins Deutſche überſetzt, nebſt Epiblaemen, von Chr. Heinr. Schütz.* Hamburg. et Kilon. 1797. 8. — *Heſiods Werke u. Orfeus der Argonaut von J. H. Voſs.* Hei-

---

*) De ſcuto Heſ. conſulendi quoque ſunt *Car. Chriſti. Heyler* in proluſione quadam, Grünſtadt. et Worm. 1787. 8. et *Frid. Schlichtegroll* in erudito ſpecimine antiquario: *Antiquariſcher Verſuch über den Schild des Herkules nach der Beſchreibung des Heſiodus*, Gothae 1788. 8.

Heidelberg. 1806. 8. — *Hes. Ascr.* Opera et Dies. Di Esiodo Ascreo I lavori e le giornate, opera con 50 codici riscontrata, emendata la versione Latina, aggiuntavi l'Italiana in terze rime, con annotazioni. Firenze 1808. 4. Classicum opus *Lud. Lanzii*, Florent., nominatur. In praefat. editor multus est de Hesiodo, eius aetate, patria, poematibus etc. — Conf. *Jo. Casp. Frid. Manso* in *Nachträgen zur Theorie des Sulzers*, tom. III. part. 1. Lips. 1794. 8. vt alios libros, alibi a me laudatos, omittam.

4. *Archilochus*, Parius, intra Olymp. XV. — XXIII. saec. ante Chr. nat. sexto exeunte et septimo vsque ad a. 713., nisi auctor, saltem artifex iambi virulentus fuit. Fragmenta, quae supersunt, reperiuntur in *Pindari* et ceterorum octo Lyricorum carminibus, gr. lat. ed. II. ap. Henr. Stephan. 1566. 12. p. 376. Praefat. scripta est 1560. — ap. Paul. Steph. 1612. 12. et sexta illorum edit. gr. lat. H. Steph. Ebroduni, ex societatis Heluet. Cald. 1624. 12. p. 630 sqq. — in *Brunckii* Analectis vett. poetar. graecorum, tom. I. p. 40 sqq. et III. p. 236. Lection. atque in eiusd. edit. Anacreontis mai. Argent. 1786. 8. — in *Frid. Jacobs* Anthologia graeca, tom. I. p. 40 sqq. coll. illius commentario in Anthol. gr. vol. I. part. 1. p. 147 sqq. — *Scolia* in *Ilgen.* carminib. conuiualib. Graecorum p. 179 sqq. 189 sqq. — Fragmenta Archilochi ad nostram aetatem servata primus seorsum edidit doctissimoque commentario illustravit, praemissa de Archilocho commentatione, *Ign. Liebelius*, professor Vindobonensis, quae editio prodiit Lips. 1812. m. 8. — Quaedam fragmm. sunt germanice versa a *Christ. Com. de Stollberg* in *Gedichten aus dem Griechisch. übersetzt*, Hamburg. 1782. 8. et a *Jo. Ge. Herder* in *Zerstreuten Blättern*, coll. II. ed. 2. Gothae 1796. 8. — Conf. *Ernst Ludw. Dan. Huch* in: *Versuch über die Verdienste des Archilochus um die Satyre*, Zerbst

1767.

1767. 8. aliaque a Fabricio et a me adnotata in B. Gr. II. p. 107 ſqq. quibus addes *Imman. G. Huſchke* diſſ. de fabulis Archilochi: accedit notitia cod. Auguſtani cum fabulis ineditis, in *Aug. Matthiae* Miſcellan. philologicis, vol. I. Altenburg. 1803. 8. p. 1 ſqq. nuper repetitam in editione Lipſienſi maiori fabularum Aeſopearum a Furia e Codice Florentino evulgatarum.

5. *Tyrtaeus*, Athenienſis, circ. ante Ch. n. 682. qui in bello ſecundo Meſſenio ab Athenienſibus aduerſus Meſſenios oraculi iuſſu Lacedaemoniis dux belli miſſus, licet pede claudus eſſet, mira tamen elegorum ſuorum, quos exercitui pro concione recitauit, et ſuauitate et gravitate atque ſublimitate eos ad virtutem et patriae gloriaeque amorem mortisque contemtum adeo accendit, vt victoriam reportarent, ipſeque a Spartanis iure ciuitatis ornaretur. — Quae ſuperſunt quinque aut quatuor elegiae cum reliquarum fragmentis primum editae dicuntur a *Matth. Aurogallo* poſt Callimachi Hymnos, ap. Froben. 1532. 4. poſtea Tubingae 1542. 4. et ſaepius inter poetas gnomicos et in aliis poetarum collectionibus. Diligentius collegit *Tyrtaei*, Mimnermi et Simonidis fragmenta *Fulvius Vrſinus* poſt Carmina nouem illuſtrium feminarum, cum ſuis ſcholiis, Antwerp. 1568. 8. — Graece (ſex elegiae) cum verſione anglica metrica notisque, Londini 1761. 12. — In verſus theotiſcos translatae ſunt quatuor elegiae Tyrtaei a *Weiſſio*, adiecto textu gr. et inſertae eius *Kleinen lyriſchen Gedichten*, Lipſ. 1772. 8. II. vol. Separatim eas graece edidit, addito commentario, *Chriſti. Adolph. Klotz*, primum Bremae 1764. 8. deinde parauit editionem, multo venuſtiorem, omnia, quotquot reperire potuit, fragmenta ſedulo collegit, atque commentario erudito doctoque illuſtrauit, et ſubiunxit duas diſſertatt. 1) de Tyrtaeo; 2) de carminibus bellicis quorumdam populorum,

lorum, et Weiſſii verſionem germ. — Tyrtaei λεί-ψανα, ſeu vndecim elegias et fragmm. edidit *Rich. Fr. Phil. Brunck* in Analectis vett. poet. gr. vol. I. p. 48 ſqq. et vol. III. p. 7. paucis notis criticis explicuit. — Idem in *Gnomicis poetis gr.* p. 59. tres elegias fecit correctius recudi, cum H. Grotii interpretatione metrica. — Tyrtaei quae ſuperſunt, gr. et lat. cum notis philolog. *Chriſt. Dohl* edidit in tribus disputatt. Vpſal. 1790—1800. — *Des Tyrtaeus und Kallinus Kriegslieder, griechiſch mit erklärenden Anmerkungen, von J. G. Brieger.* Zittav. et Lipſ. 1790. 8. quae editio, vitioſe typis expreſſa, grauem nacta eſt cenſorem. — Bionis, Moſchi et *Tyrtaei* quae ſuperſunt, gr. et lat. Foolscap (in Anglia). 1807. 8. — *Chriſtian Comes de Stollberg* Tyrtaei elegias germanice verſas inſeruit operi: *Gedichte aus dem Griechiſchen überſetzt*, Hamburg. 1782. mai. 8. lib. III. et *F. C. L. Baro de Seckendorf* reddidit eas germanicis verſibus in: *Blüthen griechiſcher Dichter*, Wimar. 1800. 8. — item *G. L. B.* (Braun), Wetzlar. 1809. — Τυρταίου ᾄσματα. I cantici di *Tirteo*, tradotti ed illuſtrati da *Luigi Lamberti*. Pariſ. et Argent. an. 9. (1801.) 8. Italicae metricae interpretationi adiecit *Lamb.* latinam verſionem, et quasdam Klotzii Brunckiique animaduerſiones.

6. *Alcman* ſiue *Alcmaeon*, ante Chr. nat. 670. Sardiano-Lydus, poeta lyricus, qui ob immoderatam vitam phthiriaſi denique periit. Perpauca ex μελῶν libris VI. fragm. ſuperſunt in Stephani, Vrſini et Commelin. collectionibus poetarum graecorum lyricorum.

7. *Alcaeus* ante C. n. 602. Mytilenaeo-Lesbius, carminum, praecipue lyricorum, artifex inſignis, et verſibus et armis, quamquam in his gerendis minus fortis erat, inſectatus eſt tyrannos, a quibus vero ex patria pulſus eſt. Aeolica diale-

cto

cto ſcripſit carmina, et ᾠδὰς et ſcolia: quorum pauca fragmenta collegerunt *Mich. Neander*, qui Gnomologiae ſiue Ariſtologiae Pindaricae, Baſil. 1556. 8. gr. et lat. ſubiecit collectas ab ipſo aliorum Lyricorum, in his p. 424. *Alcaei*, p. 480. *Alcmanis* etc. vitas ac ſententias; *Henr. Stephanus* gr. et lat. in Lyricis ſ. Carminum poetarum nouem lyricae poeſeos principum fragmentis, *Alcaei* etc. recuſis in Lectii Commelinique collectionibus; diligentius *Fuluius Vrſinus* cum Carminibus nouem illuſtrium feminarum, 1568. 8. — *Mich. Maittaire* cum Anacreonte, Londini 1740. mai. 4. p. 107 ſq. — anonymus in editt. *Anacreontis*, *Sapphus* et *Alcaei* Glasguenſ. 1751. in 32. a. 1757. 12. et 1777. 8. — Fragmenta, ab Athenaeo ſeruata, diligenter collegit atque illuſtrauit M. *Chriſti. Dauid Jani* in tribus programm. ſcholaſticis, Halae Sax. 1780—1782. 4. Haec recudi fecit, quibusdam mutatis, adiectisque aliis notis et quibusdam fragmentis, ex Euſtathio et Pindari ſcholiaſte ſumtis, *Stange*, atque inſcripſit: *Alcaei* poetae lyrici fragmenta, Halae 1810. min. 8. — *Alcaeo* quoque a multis, ab aliis *Calliſtrato* cuidam tribuitur *Scolion in laudem Harmodii et Ariſtogitonis τυραννοκτόνων*, ſeruatum ab Athenaeo libr. XV. 15. p. 695. B. et ſaepius editum atque illuſtratum, aut in linguas anglicam et germanicam conuerſum; id autem *Ilgen* in ed. Σκόλια, h. e. carmina conuiualia etc. Jenae 1798. 8. p. 46 ſqq. diuiſit in quatuor ſcolia, latine reddidit, emendauit atque explicuit. Conf. *Cludius* de ſcoliis Graecor. in *Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt*, part. I. p. 57 ſqq. qui p. 61 ſq. carmen verſibus metricis germanicis reddidit, et *Jo. Fr. Degen*, qui id carmen ſub nomine *Calliſtrati* adiecit ſuae Anacreontis editioni, Altenburg. 1787. 8. p. 190 ſqq. et p. 279 ſqq. illuſtrauit. — Add. *Frid. Thierſch* diſſ. ſ. ſpecimen editionis

tionis Sympoſii Platonis. *Ineſt et quaeſtio, qua Alcaeo carmen vindicatur, quod vulgo Theocriti putauerunt.* Gotting. 1808. 4. coll. Schaefero ad Gregor. Corinth. p. 586 ſq. — *Alcaeus, metriſch überſetzt, mit beygefügtem Originaltext und einigen Anmerkungen von J. A. G.* editus dicitur Herbipoli 1810. 8. — Plures fuerunt *Alcaei*. In his notandus eſt *Alcaeus Meſſenius*, epigrammatum ſcriptor, Philippi Macedonis aequalis, cuius epigrammata 22. edita ſunt a *Brunckio* in Analectis vett. poet. gr. tom. I. p. 486 ſqq. et a *Fr. Jacobs* in Anthologia gr. tom. I. p. 237 ſqq. atque expoſita, interdum temporis, quo quaedam ſunt confecta, nota obſeruata, in Comment. ſ. animaduerſſ. vol. I. part. 2. p. 345 ſqq.

8. *Sappho*, Lesbia Mytilenenſis. In aetate illius definienda viri docti valde inter ſe diſſentiunt. Secundum *Hamberger.* in *Zuverläſſig. Nachrichten* etc. tom. I. p. 93. floruit an. ante C. n. 599. Parum discedit *Saxius* in Onom. liter. part. I. p. 18. qui eius et Alcaei aetatem collocat in an. ante C. n. 602. At *Jo. Chriſtoph. Cramer* in diatribe de συγχρονισμῷ Sapphus et Anacreontis, Jenae 1755. 4. rationes, (quas tamen *Volgerus* p. XXVIII. ſq. non comprobat,) ita ſubduxit, vt eam natam eſſe euiciſſe ſibi videretur a. Olymp. circ. XXXX. 1. claram haberi cum Alcaeo Olymp. XXXXIV. $\frac{3}{4}$. et Phaonis cuiusdam Lesbii inſano amore ita captam fuiſſe, vt Phaonem in Siciliam, eius amplexus atque illecebras fugientem, ſequeretur, et quum illuſam ſe atque deſtitutam videret, ſe furibundam de Leucate promontorio in mare daret praecipitem, Olymp. LI. 4. — Add. eiusd. *Crameri* diatr. de patria Sapphus, Jenae ſine a. not. 4. inprimis *H. F. Magni Volger* diatriben hiſtorico-critic. de Sapphus Poetriae vita et ſcriptis, Gothae 1809. 8. repetitam ante eius editionem Sapphus, isque eam aequalem fuiſſe Alcaei

et

et Anacreontis euicit, eamque defendit a crimine illicitae libidinis etc. — Multa varii generis poemata cecinit; ſed ad noſtram aetatem tantum peruenerunt *duae odae*, quae vel ſolae propter vim non minus quam naturalem pulcritudinem, miram venuſtatem et gratiam, praecipue in compoſitione vinculisque orationis, nominis pepererunt immortalitatem et iam ab Dionyſio Halicarn. ac Longino inprimis ſunt laudatae; item tria epigrammata et nonnulla fragmenta. Eius reliquiae ſunt in Stephani, Vrſini aliorumque collectionibus citatis: *odae* variis Anacreontis editionibus ac verſionibus adhaerent. — Notanda eſt edit.: Sapphus odae, fragmenta (VI), epigramm. duo cum verſione anglica notisque et vita Sapph. in: The Works of Anacreon by Mr. *J. Addiſon.* Lond. 1735. 8. — Pleniſſima edit. eſt: *Sapphus poetriae Lesbiae fragmenta et elogia — — cum virorum doctorum notis integris, cura et ſtudio Jo. Chriſti. Wolfii — qui vitam Sapphonis et indices adiecit.* Hamburg. 1733. 4. — *Brunck* in Analectis poet. gr. tom. I. p. 54 ſqq. dedit XII carmina Sapphus correcta fragmentaque et tom. III. p. 8 ſq. paucas ad illa criticas notas: tria autem epigrammata recepit *Jacobs* in ſuam Antholog. gr. I. p. 49 ſq. et in comment. vol. I. part. 1. p. 182 ſqq. vberius explicuit. — Eius Odaria edidi in Anthologia graeca poëtica, Baruthi 1792. 8. p. 239 ſqq. — Auctores gr. tom. I. continens *Anacreontis* et *Sapphus* reliquias, ad fidem optimarum editionum recenſitas a *J. H. van Reenen,* Amſtelod. 1807. 8. — Nouam textus recenſionem et editionem criticam curauit, commentario docto illuſtrauit et ſchemata muſica adiecit *Henr. Frid. Volger* *), Lipſ. 1810. 8. — Laudatur verſio

*) Hic iam a 1809. Gothae emiſerat Diatriben hiſtorico-critic. de Sapphus poetriae vita et ſcriptis, et in edit. repetiit.

Sam. Güntheri Wahlii germanica, cum introductione notisque: *Lieder der Liebe von Sappho und Anakreon*, Erfurt. 1783. 8. — *Fragmente der Sappho, überſetzt von G. L. B. (Braun)*, Wetzlar. 1809. — Gallica *Boilauii Despraei* interpretatio odae, a Wolfio etiam in edit. p. 35 ſq. repetita, recuſa eſt et inſcripta: *Ode de Sapho, traduit du Grec par Boileau, miſe en muſique, avec accompagnement de fortepiano — par Alex. Thoron.* Pariſ. 1804.

9. *Solon*, Salaminius, primum mercaturae, tum poſt multas ſuſceptas peregrinationes cum Athenas ſe contuliſſet, et poëſi et philoſophiae operam dedit: floruit a. ante C. n. circ. 592. Idem a carminis pangendi felicitate et vbertate laudem tulit. Tandem poſt Salamina in poteſtatem Athenienſium redactam archontis et legumlatoris dignitatem conſequutus eſt: at propter factiones Piſiſtratique tyrannidem prae dolore, Athenis relictis, in Cyprum abiit, vbi octogenarius mortuus eſſe dicitur Olymp. LV. 2. Sed de tempore, quo floruit, de annoque mortis diuerſa ſunt VV. DD. iudicia. — Carminum fragmenta ſunt a viris doctis ex Demoſthene aliisque collecta ſenſimque aucta. Primum e Stobaeo duo fragmenta recepta ſunt in edit. *Callimachi Cyrenaei hymni* etc. cura *Sigismundi Gelenii* et *Matth. Aurogalli*, Baſil. 1532. 4. — Septem auxit fragmm. *Jo. Camerar.* in *Libro ſcholaſtico — quo continentur Theognidis praecepta, Pythagorae etc. carmina.* Baſil. 1550. rec. 1555. 8. — Septem adiecit fragmenta *Jac. Hertelius* in Theognidis et aliorum poematibus gnomicis, Baſil. 1561. 8. et ſaepius, atque ab aliis in collectionibus Theognidis aliorumque poetarum repetita: quibus duo addidit *Radulph. Winterton* in poetis graecis minor. Cantabr. 1635. et ſaepius, 8. Ex ed. 1677. p. 73 ſqq. emendatius reddidit et p. 307 ſqq. explicuit *Brunck* in Gnomicis poetis

gr.

gr. Argentor. 1784. min. 8. 30 fragmm. et nr. 3. addidit distichon, quod ex Hermiae philosophi commentario mst. in Platonis Phaedrum Ruhnken. protulit ad Callimachi fragmm. p. 421. Idem *Brunck* in Analect. poet. gr. vol. I. p. 64. et III. p. 236. eadem ediderat, notis criticis in vol. III. p. 10 sqq. persequutus adiectis. — Scolion Solonis edidit *Frid. Jacobs* in Anthologia graeca, tom. I. p. 51. et in comment. I. part. 1. p. 193. notas in id scripsit. — *Solonis fragmenta poetica* (XXXII.) denuo collegit, varietatem lectionis, notas adiecit, in vsum scholarum edidit *Franc. Arn. Fortlage*, Lips. 1776. min. 8. (quod est volumen secundum operis: *Sententiosa vetustissimorum gnomicorum quorumdam poetar. opera.* Est noua recensio.) Praefatio continet quoque indic. editionum, et vitam Solonis. — *Wie Zeus die Welt richtet, ein* (vel potius tria) *Fragm. Solons griech. u. deutsch mit Anmerkungen von D. Leppentin.* Hamburg. 1789. m. 8. — Quatuor carmina germanice vertit *Christ. Comes de Stollberg* in suis carminibus. — Leges *Solonis* collectae sunt atque illustratae ab *Pandulpho Prateio* in opere: Jurisprudentia vetus. *Draconis* et *Solonis* Leges, gr. et lat. Lugduni 1559. 8. rec. cum additamentis in *Eu. Ottonis* Thesauro J. R. tom. V. (Idem *Prateius* ad calcem libri de iurisprudentia media, Lugd. 1561. subiecit Paralipomena legum XII. Solonis:) et diligentius a *Sam. Petito* in opere: *Leges Atticae* etc. Paris. 1635. fol. repet. curatius, (quam etiam ab *Heineccio* in Jurisprudentia romana et attica tom. III. factum erat,) in noua Petiti operis editione cum animaduersionibus et correctionibus Jac. Palmerii, Saluinii et C. A. Dukeri, curante *Petro Wesseling*, qui ipse doctas adiecit animaduersiones, Lugd. Bat. 1742. fol. — Epistolas, quas Solon scripsisse fertur, seruauit Diogenes Laertius in vita Solonis;

nis; anglice vertit *Savage* in Collection of Letters of the Ancients. Lond. 1703. 8. — De legislatione et conſtitutione Solonis benigne iudicat *de la Croix* tom. I. p. 30 ſq. operis: Conſtitutions des principaux états de l'Europe et des états unis de l'Amerique, Pariſ. tom. I—III. 1791. 8.

10. *Mimnermus*, Colophone, Ioniae oppido, ortus, Solonis aequalis, et pentametri inuentor eſſe dicitur: poeta gnomicus mollis, ſuauis, vtilis et praeclarus. Fragmenta, ab iniuria temporis ſeruata, reperiuntur, ordine interdum mutato, in *Gnomicorum poetarum Vrſini* ac *Wintertoni* collectionibus, in *Stephani* poetis gr. heroicis, II. p. 484. eiusdemque minore edit. Theocriti aliorumque poetarum, 1579. 12. p. 44 ſqq. emendatius in *Brunckii* Analectis vett. poetar. graec. tom. I. p. 60. II. p. 522. et in eiusdem Gnomicis poetis graecis, p. 68. coll. p. 306.

11. *Anacharſis*, Scytha, et aequalis Solonis, ad quem etiam profectus eſt ad cognoſcendum Graecorum cultum et religioſum et ciuilem; ſed, quoniam redux e Graecia in patria graecas caerimonias clam ſtuduit et incepit recipere, a fratre, Scytharum rege, deprehenſus ſagitta interemtus eſt. *Epiſtolae*, quae ſub nomine eius circumferuntur, editae ſunt gr. inter epiſtolas graecas diuerſorum, Venetiis 1499. 4. graece et lat. ſeparatim Pariſ. 1581. 4. — gr. et lat. inter varias epiſtolas per *Eilhard. Lubin*. ap. Commel. 1601. 8. et inter epiſtolas graecanicas mutuas Aurel. Allobrog. 1606. fol.

12. *Aeſopus* floruit ante C. n. circ. 570. Cotiëo-Phryx, et ſeruus; ſed a domino ſuo manumiſſus, multa fecit itinera, et a rege Croeſo Sardes in regiam accitus, tandem Delphos miſſus eſt, vbi ſacrilegii fraudulenter incuſatus et a principibus de rupe praecipitatus morte indigna periit. Fuit philoſophus, et apologis ſiue fabulis, ſcripto

tamen

tamen ab eo probabiliter haud mandatis, quibus homines ad bene beateque viuendum hortabatur, apud veteres magnam nominis famam iam consequutus est. Fabulas autem, quae hodie sub nomine eius circumferuntur, illum haud agnoscunt auctorem, sed more Aesopi sunt concinnatae. Genuinas tamen Aesopi fabulas, siue ore traditas, siue iam collectas, sciuisse aut habuisse videntur Aristophanes, Plato, Aristoteles et forsan alii antiquiores, quas vero genuinas vetustas partim aboleuit, partim aliorum, praecipue Planudis, Babrii, Aphthonii et aliorum imitatio, transformatio atque interpolatio mire immutauit. — Fabularum, sub nomine Aesopi vulgatarum et ex tribus potissimum exemplaribus msstis desumtarum, triplex orta est collectio, *Accursiana, Stephaniana* et *Neueletana*, e quibus reliquae, modo auctiores, modo paullo emendatiores, fluxerunt. Antea tamen *Rimicius* s. *Rinucius*, (verum eius nomen fuit *Ranutio d'Arezzo*,) fabulas (ex altero Babrii volumine, iudice *Tyrwhitt* in diss. de Babrio, fabularum Aesopearum scriptore:, inseruntur fabulae quaedam Aesopeae, numquam antehac editae, ex cod. MS. Bodlei. Londini 1776. mai. 8. et cura mea iterum edita, Erlangae 1785. 8.) prosaicas factas in linguam lat. ante a. 1459. transtulit. Principes editt. lat. *Aesopi fabulae*, latino carmine, cum commentario s. l. et a. intra a. 1472. et 1473. et: *Vita Esopi — e greco latina per Rimicium facta:* fol. XXVIII. incipiunt *fabulae*, quae ipsae sunt centum: Mediolani impressit Anton. Zarotus. 1474. 4. etc. — Tum *Bonus Accursius* ante a. 1479. aut aliorum iudicio 1480. priores 144 fabulas edidit gr. cum versione lat. Rinutii, Mediolani s. l. et a. nota in 4. — Ex Accursiana collectione praeter alias fluxit ed. Aldina, quae mater fuit multarum aliarum edition. inprimis Basil. mutationibus tamen interdum factis:

Aesopi

Aeſopi fabb. additis Gabriae fabellis 43. et aliorum opuſculis, gr. et lat. Venetiis 1505. fol. — Altera collectio, quae Aeſopi fabb. et correctiores, et alio ordine poſitas, inſertis ſparſim nouis, circiter viginti, fabulis, exhibet et nouam editionum claſſem duxit, eſt Stephaniana, ex cod. bibl. regiae, ex offic. Roberti Stephani. Pariſ. 1546. 4. — Tertia fabularum collectio atque editionum aetas eſt *Neueletana. Iſaac.* enim *Nicol. Neueletus* fabulis prioribus 144, ex edit. Accurſiana propagatis, ex msst. Palatinis addidit circiter 136. vel potius 148. easque gr. ac lat. cum Gabriae (vel potius Babrii) fabb. auctioribus, anonymi cuiusd. lat. 60, Phaedri, Auieni et Abſtemii fabb. edidit atque notis inſtruxit. Inſcripta eſt: *Mythologia Aeſopica,* in qua Aeſopi fabulae graecolatinae 297, quarum 136. primum prodeunt etc. Francof. 1610. 8. et 1668. 8. — *Hudſon* (qui ſub nomine *Mariani* latere voluit,) nitidam graecar. fabularum, a Neueleto collectarum, et paullo emendatiorem cum noua acceſſione curauit editionem, at typis vitioſe excuſam, cum inſcriptione: Μύθων Αἰσωπείων συναγωγή. *Fabularum Aeſopicarum collectio, quotquot graece reperiuntur.* Acc. interpret. lat. Oxon. e theatro Sheldon. 1718. 8. — Correctior edit. gr. et lat. cum nouis notis prodiit Etonae 1749. 8. 1755. 12. — Hudſonianum exemplar, at minus emendate, recudi fecit et notas addidit paucas *Jo. Gottfr. Hauptmann,* Lipſ. 1741. mai. 8. — Hudſon. edit. baſin quoque fecit, at multo plura praeſtitit et ad fidem codd. Gothani et Auguſtani, ex quo aliisque libris diuerſas interdum ſubiunxit vulgatis fabellas, et veterum librorum emendatas, omiſſa tamen adpendice fabularum Neueletina, edidit *Jo. Mich. Heuſinger Fabulas Aeſopicas graecas, quae Maximo Planudi tribuuntur, cum Joach. Camerarii interpretat. latina, Jo. Hudſoni ſuisque*

que

que adnotatt., et indice, Ifenaci et Lipf. 1741. et, mutata tituli pagina, 1756. 8. tum cum praefat. *Klotzii*, omiffa Camerarii verfione, 1770. et 1776. 8. Noua multoque emendatior editio, aucta fupplemento fabularum et notarum, cur. *G. H. Schaefero*, Lipf. 1810. 8. Ibid. eod. anno, ex rec. I. M. Heufingeri cum indice et fupplem. in vfum fcholarum, 8. cur. *G. H. Schaefero*. Idem Heufing. largum emendationum in fabulis Aefopeis fpicilegium reliquit in Emendationum libr. Gothae 1751. 8. pag. 161 fqq. Quibus etiam et Klotzius et poftea cum aliis vfus eft *Jo. Chr. Gottlieb Ernefti* in commoda edit. fua *Fabular. Aefopiarum* gr. cum varr. lectt. notis et indice, Lipf. 1781. 8. — In vfum tironum Aefopi fabb. ediderunt *N. M. Ludwig, mit einem griech. deutfchen Wörterbuch*, Gottingae 1789. 8. — *Jo. Dau. Büchling mit erklärenden Anmerk. u. einem griech. deutfch. Wörterbuch*, Halis Sax. 1790. 8. iterum 1799. 8. — In tom. I. collect. fabul. Aefopi, Phaedri et Fontaine per *Chamfort* et *Gail*, Parif. a. V. f. 1797. III. tom. 8. *Gail* ex edit. Bafil. 1550. rec. fecit Aefopi fabb. gr. cum verfione latina fuaque gallica: acc. XXVIIII. fabulae, quas *Rochefort* ex cod. bibl. reg. primus euulgauit in Notices des MSS. tom. II. p. 687 fqq. gallice vertit notisque inftruxit. — Noua eaque amplior collectio laudanda eft, infcripta: *Fabulae Aefopicae*, quales ante Planudem ferebantur, ex vetufto cod. Abbatiae Florentinae nunc primum erutae, vna cum aliis, partim hinc inde collectis, partim ex codd. depromtis, lat. verfione notisque ornatae, cura et ftudio *Francifci de Furia*, Florent. 1809. Tom. I. continet ex illo codice omnes fabulas, hucusque ineditas, ftilo et fermone diuerfas ab iis, quas Planudes faeculo XIV. in vnum collegiffe dicitur: tom. II. comprehendit fabulas, quae hucusque in collectionibus editis exftant, nec in Florentino codi-

codice occurrunt, adiectis etiam plurimis, iisque numquam antea vulgatis, quas tres Vaticani codd. suppeditarunt. His eas quoque omnes adiunxit editor, quas graeci auctores sparsim suis scriptis inseruerunt: quo quidem factum est, vt duobus in hisce voluminibus plus quam quatuor centum fabulae continerentur. Haec et alia de hac editione narrat ipse *Franc. de Furia* in litteris Florentiae VIII. Kal. Aug. 1809. scriptis et publicatis in *Neuem allgem. Intelligenzblatt zur Neuen Leipz. L. Z.* nr. 38. a. 1809. col. 615 sq. — Lipsiae repetita est typis illa editio, cum additamentis ipsius de Furia, correctior, cura *Schaeferi* 1810. et cum versione lat. et sine illa, mai. 8. — *Aesopi* Μῦθοι, fabb. Aesopicae a *Franc. de Furia*, tum primum e codd. editae, tum aliunde collectae, gr. cum breuioribus notis criticis in vsum scholarum et indice *Car. Ern. Christoph. Schneideri* *), Lips. 1810. 8. — Plenam et criticam edit. Fabularum Aesop.: Μύθων Αἰσωπείων Συναγωγή· (est secundus tomus Παρέργων Ἑλληνικῆς Βιβλιοθήκης.) graece, cum notis graecis criticis dedit *Coray*, Paris. 1810. mai. 8. (conf. *Jen. allgem. L. Z.* 1811. nr. 57.) — *Die Fabeln des Aesop, zum Gebrauch der Schulen, mit Anmerkungen und einem griech. deutschen Wortregister versehen von Heinr. Fried. Magnus Volger*, Lips. 1811. min. 8. Exhibuit autem nonnisi Planudeam collectionem 149 fabellarum, omissis tamen nonnullis obscoenis. — Denique e Codice Augustano syllogen fabularum Aesopiarum cum reliquiis Babrii Menandrique gnomis monostichis edidit *Jo. Gottl. Schneider*. Vratislav. 1812. min. 8. — In omnes fere linguas Europaeas, etiam hebraicam, translatae sunt fabulae, vt omittam

---

*) Conf. *Christi. Dan. Beckii* Acta Seminarii — Lipsiens. vol. I. p. 411 sqq.

tam imitationes. Hoc autem loco quasdam tantum versiones nominabo germanicas: anonymi Hafn. et Lipſ. 1763. rec. 1782. 8. — alius, Lipſ. 1794. 8. — *Bremeri*, Quedlinburg. 1781. 8. et mutato primo folio cum a. nota 1788. — *Car. Langi*, Erlangae 1786. 8. — *J. H. M. Erneſti*, Noriberg. 1790. 8. — *(Jo. Fr. Guil. Motz)* Lipſ. 1794. 8. — Conf. *Frid. Jacobs* in: *Nachträge zu Sulzers allgem. Theorie der ſchön. Künſte*, tom. II. part. 2. Lipſ. 1796. 8.

13. *Phalaris*, Aſtypalea, in Creta aut inter Sporades, ortus. Ex patria eiectus, venit Agrigentum in Sicilia, quod quidem tyrannide adripuit et crudeliter regnauit; at poſtea interfectus eſt. Vixit an. ante C. n. circ. 562. Sed de patria et aetate eius VV. docti in diuerſas abierunt ſententias, et lis orta eſt inter Dodwellum, Bentleium et Boyleum. *Epiſtolae* 148, eleganter quidem iucundeque ſcriptae, perperam tributae ſunt Phalaridi, a recentiore quodam ſophiſta confictae. Add. *Brüggemann* a View of the engliſh editions etc. Stettin. 1797. 8. p. 56 ſqq. et eiusd. Supplement etc. ib. 1801. 8. p. 17 ſq. Primum prodierunt epiſtolae ex interpretatione lat. *Franciſci Aretini*, ſine a. et l. et typographi nota in 4. et deinceps frequenter ſaeculo XV. *Graece* primum excuſae ſunt cum *Apollonii* philoſophi pythagorici et *Bruti* epp. 1498. 4. ſine loci nota. — tum in Epiſtolis diuerſorum philoſophor. oratorum, rhetorum etc. part. I. Venet. ap. Aldum. 1499. 4. Reperiuntur quoque in collectionibus epiſtolarum graecar. Cuiaciana, Lubiniana et Commeliniana. — Phalaridis — epiſtolae doctiſſimae, gr. et lat. *Thoma Naogeorgo* interprete. Baſil. ap. Oporin. 1558. 8. — Eaedem: ex MSS. recenſuit, verſione, annotatt. et vita authoris donauit *Car. Boyle*, Oxon. typis Sheldon. 1695. 8. rec. 1718. 8. typis Clarend. — Pleniſſima doctiſſimaque edit. eſt

et

et noua plane recensio, atque ordo epp. prorsus immutatus, — *Epistolae, quas latinas fecit, et, interpositis Car. Boyle notis, commentario illustrauit Joan. Dan. a Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi imposuit, praefat. et adnotatt. quasdam praefixit L. C. Valckenaer.* Gröningae 1777. 4. Adiectus est tamquam alter tomus: *Rich. Bentleii* dissertat. de *Phalaridis, Themistoclis, Socratis, Euripidis*, aliorumque epistolis; et de fabulis *Aesopi*: nec non eiusdem responsio, qua dissertationem de epistolis *Phalaridis* vindicat a censura *Car. Boyle*. Omnia ex anglico in lat. sermonem conuertit *J. Dan. a Lennep.* ib. eod. an. qui alter tomus separatim, addita Bentlei. epist. critica ad Millium, recusus est Lipsiae. — XI. epp. germanice vertit *Stockhausen* in collectione variar. epistolar. Helmstadt. 1768. 8. part. II.

14. *Stesichorus*, Himerensis. Natus esse dicitur Ol. XXXVII. mortuus Ol. LVI. ante C. n. circ. a. 526. Sed de eius aetate et parentibus Dodwellus, Bentleius, Corsinus aliique in vtramque partem disputarunt. Multorum carminum parens fuit et lyrici ac bucolici carminis auctor. Atque critici veteres eius ingenium, dulcedinem ac suauitatem laudarunt: at pauca supersunt fragmenta, quae post Stephanum, Neandrum, Vrsinum et Lectium in certum et meliorem ordinem digessit et illustrauit *Jo. Andr. Suchfort*, Gottingae 1771. 4. Plura de eo adnotata sunt a *Mongitore* *) in Bibl. Sicula tom. II. p. 241 sqq. et a *Fabricio* atque me in B. Gr. vol. II. p. 151 sqq. — Ibidem in cap. XV. de poetis gr. *lyricis*, et in cap. XIX. in notitia *tragicorum*, et cap. XXII. in *comicorum* catalogo multi

*) Qui etiam agit tom. I. p. 197. de eius filiabus, laude poeseos claris; tom. I. p. 268. de eius fratre, *Helianacte*, poeta et legumlatore, et tom. II. p. 28. de eius altero fratre, *Mamertino* siue *Marino*, rerum geometricarum inuentore ac scriptore.

multi poetae graeci, quorum vel nomen tantum vel quaedam fragmenta adhuc memorantur, notatu digniora prolata funt. Paucorum, qui circa haec tempora aut paullo poft claruerunt, memoriam h. l. fubiungam.

Ariphron vetuftus, fed incertae aetatis poeta, Sicyonius. Ad noftram aetatem peruenit eius *Paean* f. *fcolion in fanitatem:* editum cum duobus Orphei hymnis etc. a *Frid. Morello,* Parif. 1615. 8. — a *Maittaire* in Mifcell. aliquot fcriptorum carminibus, nr. 3. Lond. 1722. mai. 4. — a *Brunckio* in Analectis etc. I. p. 159. et ad ed. Anacreontis 1786. p. 107. — a *Cludio* in *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunft,* part. 3. p. 50 fqq. cum notis et verfione metrica germanica; a me in Anthologia gr. poet. Baruthi 1792. 8. p. 89. et ab *Ilgenio* in carminibus conuiualibus etc. Jenae 1798. 8. p. 120 fqq. cum adnotatt. Conf. eumdem in praemiffa disquif. de fcol. poefi pag. CLXXXIV fqq. et CXCII fqq.

Clitagora, poetria Laconica aut Theffala.

Lamprus, celebris poeta lyricus.

Lafus, Hermionenfis, poeta dithyrambicus, floruit fecundum Larcher. in chronologia Herodoti ante C. n. 508. v. quae dixit Ifaac. Tzetzes in Introduct. ad Lycophronem.

Melanippidae duo fuerunt lyrici, alter Melius, circ. Olymp. LXV. alter, illius ex filia nepos, circ. Olymp. LXXX. add. infra §. 28.

Antimachus, Colophonius, infignis poeta et criticus, floruit an. ante C. n. circ. 404. de quo pleniffime optimeque differuit, eiusque fragmenta collegit explicuitque *Car. Adolph. Gottl. Schellenberg* in Antimachi Colophonii Reliquiis, cum epiftola Frid. Aug. Wolfii. Hal. Sax. 1786. 8. De *Dionyfio Milefio,* circ. Olymp. LXV. et vltra Olymp. LXXIII., cuius opera cyclum mythicum et hiftoricum efficiebant, add. cel. *Heyne* Obff. ad

Apol-

Apollodori Biblioth. p. 354 ſq. ed. ſec. et in comment. praefixa p. XXXIV. At memoria poetarum varii generis, et aliorum, qui circ. illa tempora aut poſthaec vixerunt, et quorum vel nomen tantum, vel perpauca reſtant fragmenta, me in deuia duceret.

15. *Suſarion,* Megarenſis Tripodiſcius, Athenis an. ante C. n. circ. 562. primus comoediam verſibus docuit.

16. *Ibycus,* Rheginus, poeta lyricus, an. ante C. n. circ. 552. Septem librorum carminum, dorice ſcriptorum, pauca fragmenta reperiuntur in Vrſini et Stephani collectionibus.

17. *Theognis* an. ante C. n. circ. 545. Megara in *Achaia,* (ſec. *Mongitor.* in B. Sicula tom. I. p. 249 ſqq. et alios Megara in *Sicilia,)* ortus, at vna cum vxore in exſilium miſſus, Theben ſe contulit, et floruit medio ſaeculo ante C. n. ſexto. Reliquit poſteritati Γνώμας, *ſententias,* ſiue egregia vitae praecepta, (quibus vero ipſe non ſemper obſecundaſſe dicitur,) ſimplici venuſtate et ſingulari ſuauitate carmine elegiaco ſcriptas. Earum adhuc reſtant verſus 1238, qui quidem ex duobus opuſculis coaluiſſe, aut e plurimis, etiam diuerſorum forte auctorum, fragmentis compoſiti eſſe videntur. Cum Phocylidis carmine et Pythagorae aur. carm. ſaepius, libellis interdum aliorum adiunctis, prelo exierunt illae Sententiae. Ego vero editiones, quarum magnus eſt numerus, primum principes atque potiores, tum recentiſſimas tantum paucis indicabo. Princeps edit. eſt Aldina cum Theocrito, Heſiodo etc. 1495. fol. v. ſupra §. 3. — Inter Gnomographos ſ. ſententioſa poetarum vetuſtiſſim. opera frequenter editae ſunt Theognidis ſententiae, ex. gr. curante *Franc. Tiſſardo.* Pariſ. 1507. 4. — cur. *Ottomaro Aidos,* (h. e. *Nachtigall)* Argent. ſine anni nota. 4. — cum *Aeſopo* aliisque Baſil. ap. Jo. Froben. 1521. 8. etc. — Noua e codd. facta

eſt

eſt recenſio: *Theognidis Megar.* ſententiae elegiacae, plurimis locis caſtigatae ac ſcholiis illuſtratae per *Eliam Vinetum*, Santonem, gr. et lat. Pariſ. typis Jo. Lodoici Tiletani 1543. 8. — repet. cum verſione Jac. Schegkii lat. carmine expreſſa. Baſil. ap. Jo. Oporin. 1543. 1550. et 1555. 8. — Nouam inſtituit recenſionem, quinque codd. vſus, et commentarium gr. ſcripſit *Joach. Camerarius* in vtili opere: *Libellus ſcholaſticus — quo continentur Theognidis praecepta; Pythagorae verſus aurei; Phocylidae praecepta; Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina.* Baſil. 1550. et 1555. 8. — In *Opere aureo et ſcholaſtico: —* omnia gr. et lat. edita et expoſita a *Mich. Neandro*, Baſil. ex offic. Jo. Oporini, a. 1559. 4. et Lipſiae 1577. 4. ex offic. Jo. Steinmann. — Noua Theognidis, Phocylidis et aliorum recenſio facta eſt ab *H. Stephano* in ſplendido opere: Poetae graeci principes heroici carminis. Pariſ. 1566. fol. — cum notis criticis et exegeticis *Frid. Sylburgii*, a quo editae ſunt: *Epicae elegiacaeque minorum poetar. gnomae, gr. ac lat. Pythagorae ſcil. Phocylidis, Theognidis, Solonis et aliorum*, etc. Francof. ap. Jo. Wechel. 1591. 8. Poſtea frequenter recuſa eſt haec edit. ſed inſcripta: Γνωμογράφοι. *Theognidis — poemata gnomica*, multis in locis correcta, additaque variantis ſcripturae notatio: opera *Frid. Sylburgii.* Heidelberg. typis Hier. Commelini, 1597. 8. et alibi. — M. *Wolſgang. Seberus* edidit primum *Theogn.* ſententias, certis titulis diſtinctas, cum duplici indice et gr. Joach. Camerarii ſcholiis. Lipſ. 1603. 8. tum multo melius cum notis et variis lectt. potiſſimum duorum Palatin. et vnius Auguſtani codd. ab Hoeſchelio acceptis. Lipſiae 1620. 8. Inſunt quoque in *Wintertoni* aliorumque collectionibus. — Recentiores ſunt edd. gr. *Anton. Blackwall*, cum notis. Lond. 1706. 12. — *Frid. Gottl. Fiſcheri*, cum notis

ger-

germanicis, Altenburg. 1739. 8. — *Epicae et elegiacae sententiae minorum poetarum graecor. Phocylidis, Theognidis, Solonis, Tyrtaei et aliorum* etc. gr. et lat. Venetiis 1746. 8. — *Theognidis, Phocylidis, Pythagorae* carmina, gr. et lat. acc. italica versio metrica, curante *Angelo Maria Bandini*, Florent. 1766. 8. — e noua recensione *Rich. Franc. Phil. Brunckii*, in *Gnomicis poetis graecis*, Argentor. 1784. min. 8. — *Theogn.* sententias et *Pythagorae* A. C. in vs. schol. denuo euulgauit *Jo. Gottl. Lindner*, Rudolstad. 1811. 8. — *Abrah. Kallius* nouam editionem eamque pleniorem cum notis variorum partim integris, partim selectis suisque molitus est, et *Specimen novae editionis sententiarum Theognidis* Gottingae et Gothae 1768. 4. publicauit: rec. in Nouis Act. erudit. 1765. m. Sept. et Oct. p. 401 sqq. et 1766. m. Mart. et April. p. 41 sqq. — Conf. *Vlric. Andr. Rohde* de veterum poetarum sapientia gnomica etc. Hauniae 1800. 8. part. III. cap. 2. §. 68 sqq. p. 271 sqq. de Tyrtaeo, Solone, Mimnermo, Theognide, Phocylide, Simonide etc. et *Heyne* in praef. in Sentent. vett. quorumd. Gnomicorum carmina, Lips. 1776. 8. p. 23 sq.

18. *Phocylides*, Milesius, (Chium fuisse eum, suspicatur *Rohde* l. c. p. 281. not.) philosophus et poeta gnomicus, a. ante C. n. circ. 535. Sub nomine eius hodie exstat carmen *νουθετικὸν* versuum 217. quod vero suppostititium, et, iudicibus pluribus viris doctis, a christiano quodam, (qui *Brunckio* ad Gnomicos poet. gr. p. 315. sub finem quarti saeculi vixisse videtur,) aliis tamen dissentientibus, compilatum habetur. v. *Lud. Wachler* in disp. de Pseudo-Phocylide, Rintel. 1788. 4. et *Rohde* l. c. p. 302 sqq. Saepius editum est carmen vna cum Theognide aliisque, (v. ad anteced. §.) ab Aldo, Neandro, Winterton. etc. Separatim editum, gr. cum interpretat. lat. *Martini Cromeri*, Cra-

Cracou. per Hier. Viet. 1536. 4. — gr. et lat. Parif. ap. Chr. Wechelum 1539. 8. — A *J. Ad. Schier*, gr. et lat. cum felectis aliorum ipfiusque adnotatt. Lipf. 1751. 8. — ex noua *Brunckii* recenfione in Gnomicis poetis gr. p. 112 fqq. cuius notae fubiunctae leguntur p. 315 fqq. — Idem in Analectis vett. poetarum graec. tom. I. p. 77 fq. et II. p. 522. et *Frid. Jacobs* in Anthologia gr. I. p. 53. dederunt, et *Jacobs* in Animaduerff. in illam I. part. 1. p. 195 fq. illuftrauit decem *Phocylid.* Milefii fragmenta. — Add. *Abrifs einer Religionslehre des Plato, Denkfprüche des Phocylides, der Pythagoreer, und Kleanths Gefang auf Gott. Aus dem Griechifchen — überfetzt von Ludw. Hoerftel.* Hannou. 1798. 8.

19. *Anacreon*, Teius, poeta lyricus fuauiffimus, in cuius carminibus amatoriis, quae fuperfunt, (neque tamen omnia, quae hodie nomen eius prae fe ferunt, eum habuerunt parentem,) tanta eft vrbanitas, naturalis pulcritudo et grata fimplicitas, vt pauci imitatione illas virtutes poeticas adfequuti fint, nullus fuperarit. De eius aetate non omnes confentiunt. Secundum *Saxium* in Onom. litt. I. p. 25. floruit a. ante C. n. circ. 530. *Cramer* in Synchronifmo Sapphus et Anacreontis, Jenae 1755. 4. oftendere fuftinuit, Anacreontem natum fuiffe Olymp. XXXVI. $\frac{3}{4}$. et acino vuae paffae fuffocatum interiiffe Olymp. LVII. 4. aut anno feq. Alii aliter fubduxerunt rationes. — Primus LV. odaria cum animaduerff., fubiunctis aliis quibusdam et *Anacreontis* et *Alcaei* carminibus, et duobus *Sapphus* odariis, *H. Stephan.* edidit Lutet. 1554. 4. — repet. eft exemplum cura *Guil. Morelli*, (qui in aliquot locis textum immutauit,) et *Rob. Stephani*, ibid. 1556. 8. — Edita quoque funt in H. Stephani, Vrfini, Plantiniana et Commeliniana poet. lyricorum collectionibus, tum ab *Armando Jo. Bouthillerio Ranceo*, (quum adhuc

 puer

puer eſſet tredecim annos natus,) cum ſcholiis graecis, Pariſ. 1639. 8. quae editio eſt rariſſima; rec. aut potius primum tantum folium mutatum eſſe videtur, 1647. — a *Tanaquil. Fabro*, cum notis eruditis, in quibus multarum odarum antiquitas oppugnatur, Salmur. 1660. 12. 1680. 12. 1690. 12. — vna cum Sapphus carminibus, et vita vtriusque, ab *Anna Dacieria*, gallica facta cum notis, Pariſ. 1682. 12. Amſtel. 1693. 12. et ſaepius. — a *Mich. Maittaire*, cum verſione lat. metrica, notisque variorum et ipſius Maittaire atque indice, in ſplendida et perrara ed. Londin. 1725. 4. — iterum, aucta verſionibus lat. Stephani atque Hel. Andreae ſcholiisque gr. Bouthiller. Londin. 1740. 4. — Textum Stephanianum multis locis, ſed nimis audacter temereque ſaepius mutauit *Guil. Baxterus* in ed. *Anacreontis* cum Sapphus odariis et Theocriti Anacreontico in mortuum Adonin, Londin. 1695. 8. Eius autem audaciam quod *Joſua Barneſius* in notis ad ſuam Anacreontis editionem, ad fidem praecipue MS. Vaticani emendatam, et fragmentis vndique congeſtis aliisque acceſſionibus auctam, docteque explicitam, (ionicam tamen dialectum vbiuis fere infarſit, et poetam numeris ſuis reſtituendo aliquid indulgere ſibi videtur,) Cantabrig. 1705. 8. gr. et lat. ſaepius refrenauit: *Baxter* iterum edidit *Anacreontis* carmina, et comment. auxit aut deturpauit conuiciis in Barneſium effuſis, ib. 1710. 8. Tum *Barneſii* edit. auctior et emendatior prodiit Cantabrig. 1721. 8. repet. Londin. 1734. 8. et 1742. 12. — *Jo. Cornel. de Pauw* nouam dare ſuſtinuit odarum, (quas autem fere omnes iunioribus iisque ineptis poetis adtribuit,) recenſionem, Traiecti ad Rhen. 1732. 4. (in ed. 1753. frons tantum libri eſt mutata,) gr. ac lat. cum notis vberioribus. Is autem, quoniam in corrigendo textu, praecipue in notis, immoderatum ſe geſſit criticum, valde acriterque culpa-

culpatus eſt a *Doruillio* in Vanno critica etc. Amſtel. 1737. 8. — Barneſianam recenſionem reddidit *J. Lamius*, Florent. 1742. 12. — Baxterianum autem exemplum alterum cum Baxteri, H. Stephani et Tanaquil. Fabri notis recudi fecit *Jo. Frid. Fiſcher.* Lipſiae 1753. 8. qui poſtea Anacreontem cum iisdem ſuisque animaduerſionibus et lectionis varietate, adiectis aliis ornamentis, edidit Lipſ. 1776. mai. 8. tertium denique, cum vberrimis, et criticis et grammaticis, notis, Lipſ. 1793. mai. 8. — Quaedam epigrr. gr. et lat. in *Reiskii* Antholog. gr. Conſtant. Cephalae, Lipſ. 1754. 8. p. 12 ſqq. et p. 65. coll. eiusd. notitia poetar. anthologicor. ibid. p. 183 ſq. et p. 26 ſq. notar. ad Antholog. gr. — Nouas inſtituit recenſiones *Brunck* 1) in Analectis veter. poet. gr. I. p. 79 ſqq. coll. vol. III. p. 13 ſqq. 2) multis mutatis, in ed. inſcripta: *Anacreontis carmina* e MSS. codd. et doctorum virorum coniecturis emendata, ſubiectis Sapphus, Erinnae et aliorum carminibus aut ſcoliis, gr. Argentor. 1778. min. 12. cum obſeruatt. criticis; 3) nouis curis, bis, Argentor. 1786. 12., quarum editt. altera, eaque curas Brunckii noviſſimas tenens, repetita eſt cum praefatione critica *God. Henr. Schaeferi* Lipſiae 1811. 12. — Noua plane eſt recenſio ex cod. Vaticano, nunc Pariſ., in edit. ſplendida, quam curavit abbas *Joſ. Spaletti* Romae 1781, imperial. fol. curate ita inſtituta, vt vniuerſus ſcribendi et diſtinguendi modus et character ipſius codicis cum vitiis librarii aeri ſit inciſus. Tum ſequitur in tribus columnis textus codicis typis expreſſus, dein ex Barneſii recenſione, cum verſione lat. Odarum, quae hic LVIIII. ſunt: ordo diuerſus eſt ab eo, qui eſt in editis. — Eadem ed. Spalettiana typis repetita eſt Romae 1783. fol. — *Jo. Frider. Degen* quater edidit Anacreontis carmina: 1) ex ed. Brunck. ſecunda, cum ſelecta lectionis varietate, gr. Erlangae 1781. 8. 2) auct. et emendatius, ib. 1786.

8. gr. et edit. tertia, emendatior et auctior, ib. 1808. 8. 4) gr. maximam partem ex tertia Brunckii recenſ. cum verſione notisque varii generis germanicis, Altenburg. 1787. 8. — A ſplendore potius quam ab vtilitate commendatur edit. *Bodoniana*, Parmae, abſoluta 1785. fol. min. etiam in 8. et 16. iterum 1791. — Recentiores reliquae editt. ſunt: *J. Lud. Holſtii* gr. cum notis, Lipſ. 1782. 8. — *J. G. Briegeri*, cum german. notis, Lipſiae 1787. 8. — *Car. Henr. Joerdenſii*, gr. cum indice graeco-german. Berol. 1789. 8. — *Ludou. Henr. Teucheri*, ibid. 1799. 8. — *J. B. Gail* gr. cum verſionibus gallica et lat. notisque, et in fine odae quaedam ad cantandum aut in inſtrumentis ludendum notis muſicis ſunt deſcriptae, Pariſ. VII. (1799.) 4. et ibid. 1801. 18. IV. voll. — Nitida editio prodiit Petroburg. 1794. 8. graece cum verſione metrica notisque in lingua ruſſica ſcriptis. — *Frid. Henr. Bothe*, cum notis criticis, Lipſ. 1805. 12. — *Frid. Gottlob Born*, gr. cum notis, in vſum ſcholarum, ſed ei labori impar, Lipſ. 1789. 8. — edit. II. et multo emendat. et nonnihil auct. cura *Schaeferi*, Lipſ. 1809. 8. — *Ern. Anton. Moebius* primum edidit Tentamen criticum nouae editionis Anacreonticorum, progr. Suſati, 1807. 8. tum edidit: *Anacreontis* carmina: textum recenſuit cum animaduerſſ. criticis, Halae 1810. 8. Eſt edit. critica et docta probaque. — *Joach. Fügers Gedichte Anakreons, in deutſcher metriſcher Ueberſetzung, mit gegenüberſtehendem griechiſchen Texte*, Vindobon. 1807. 8. (In Lipſ. catal. nundin. Mich. 1809. ſub hoc anno adnuntiatur.) — gr. cum verſione italica metrica (*Chriſtoph. Ridolfi*, Ex-Jeſuitae,) in Canzoni ſcelte di *Anacreonte*, con tre pezzi ſcelti dell' Iliade d'*Omero*, il tutto nuovamente tradotto dall' original teſto greco, Venet. 1765. 8. — Graece cum verſione metrica italica *Marian. Valguarnera*, Palerm. 1795. 12.

Textus

Textus graecus eſt ex duobus codd. Palermi adſervatis emendatus. — XVI. epigrammata in *Frid. Jacobs* Anthologia graeca, I. p. 54 ſqq. coll. eiusd. Animaduerſionibus, I. part. 1. p. 197 ſqq. — cum Sapphus carminibus a *Reenen*, v. Sappho. — Jam memoratis verſionibus paucarum adhuc, praecipue germanicar. omnium odarum, memoriam adiiciam. Germanicae igitur ſunt (*Goetzii* atque *Uzii*) Francof. et Lipſ. 1746. 8. rec. Carolsruhae 1760. 8. — *Jo. Henr. Frid. Meinecke,* cum odis Sapphus, Lipſ. 1776. 8. — *Jo. Frid. Degen,* Onoldi 1782. 8. — *S. F. Günth. Wahlii* cum obſeruatt. praemiſſa vita Anacreontis et Sapphus, Erfurt. 1783. 8. (v. ſupra §. 8.) — *C. Adolph. Overbeck,* Lubec. et Lipſ. 1800. 8. — *Anacr.* LIII. odae et duae Sapphus, verſae in linguam german. notisque illuſtratae a *Car. Guil. Ramlero,* (editae a *G. L. Spalding.*) Berol. 1801. mai. 8. — *Anakr. mit Erläuterungen von Fried. Chſtph. Broſſe,* Berol. 1806. 8. Verſio eſt metrica; obſeruatt. ſequuntur a p. 185. maximam partem aeſtheticae, et ſubiunctae ſunt imitationes. Vt omittam verſiones ſingularum odarum aut in linguis italica, gallica, anglica etc. factas, aut imitationes. Inter anglicas verſiones inprimis laudatur *J. Addiſonii* edit. cum textu gr. notisque, Lond. 1735. 12. Conf. de hac aliisque anglicis et verſionibus et editionibus gr. *Brüggemann* View etc. p. 61 ſqq. et Supplement etc. p. 18 ſq. Add. *Aug. Chriſti. Borheck Kloſterbergiſche Vorleſungen über einige anakreontiſche Lieder,* part. I—IX. Magdeburg. 1778—1782. 8. Eiusd. *Erläuterungen* in *Magazin für die Erklärung der Griechen u. Römer.* part. I. Norimberg. 1784. 8. — (*Schneideri*) *Anmerkungen über den Anakreon,* Lipſ. 1770. 8. — *Büchling erklärende Anmerkungen zu Anakr. Liedern, nebſt den vorzüglichſten Nachahmungen u. Ueberſetz. derſelben,* Lipſ. 1803. 8. etc.

20.

20. *Simonides*, Ceus, philosophus et poeta tenuis quidem, at tamen suauis et doctus sapiensque iudicatur a Cicerone et Quinctiliano. Secundum *Petr. Gerh. Duker* in disp. de Simonide Ceo, poeta et philosopho, praeside *Goens* habita, Vltraiect. 1768. 4. natus est a. m. 3446. ante C. n. 557. denatus a. m. 3536. ante C. n. 467. aetatis 89. Inuenisse dicitur litteras graecas η, ω, ζ, ξ, (ψ,) et artem memoriae, aut potius primus fuit notus, qui hanc artem in vsum conuerteret, aut secundum regulam quamdam systematicam excoleret. v. *Aretin* in *Tübing. neuem litterar. Anzeig.* a. 1808. *m. April.* nr. 14. p. 219 sqq. vbi plura de Simonide scripsit. Multa scripserat: quae vero supersunt, ea reperiuntur in *Fuluii Vrsini* Carmm. IX illustr. etc. p. 153 — 198. et 328 — 340. in Lyricis *H. Stephani* p. 272. 424. 451. in *Wintertoni* Poet. min. gr. p. 443 sqq. plenius curatiusque in *Brunckii* Anal. vett. poet. gr. vol. I. p. 120 sqq. et in eiusd. Gnomicis poetis gr. Simonidis carm. *de mulieribus* et nouem alia fragmm. cum Grotii versione lat. ac p. 311 sqq. Brunckii not. — Carm. *de mulieribus* separatim edidit et animaduerss. illustrauit *Georg. David Koeler*, Gotting. 1781. 8. Praefixa est epistola *Chr. Gottl. Heyne.* — Quatuor Simon. scolia edidit, emendauit explicuitque *Chr. Dau. Ilgen* inter Scolia s. carmina conuiualia Graecorum, Jenae 1798. p. 213 sqq. Conf. *Vlr. Andr. Rohde* de vett. poetar. sapientia gnomica, Hauniae 1800. 8. p. 282 sqq.

21. *Pherecydes*, Syrius, philosophus, vixit intra Olymp. XLV. et LIX. distinguendus a *Pherecyde* Lerio, siue Atheniensi, historico. *Fragmenta Pherecydis* collegit, emendauit, illustrauit, commentationem de Pherecyde vtroque praemisit, et fragmenta *Acusilai* et indices adiecit *Frid. Guil. Sturz.* Gerae 1789. — ed. II. ib. 1798. mai. 8.

Conf.

Conf. *Heinius* in diss. de Pherecyde Syrio in Mém. de l'academie royale des Scienc. et B. L. de Berlin, 1749. 4. p. 303 sq. germanice vers. a *Windheim* in Gotting. philos. Biblioth. vol. III. part.5. p. 385 sqq. et part. 6. p. 481 sqq.

22. *Pythagoras,* ex insula Samo, philosophus, quod nomen primus adsumsit, acutus, at mysticus. Vir autem fuit probus, et virtutem, continentiam ac pietatem in deos inprimis commendauit. Vt enim in vita, ita etiam in doctrina fuit seuerus; de deo tamen, coelo, ortu ac migratione animorum aliisque rebus iusto subtilius atque argute disputauit. Quaestionis autem inquisitio, quando vixerit, virorum doctorum ingenium atque diligentiam valde exercuit, eosque in varias diuersasque distraxit sententias atque opiniones. *Saxius* in Onomast. lit. I. p. 27. refert illius aetatem ad a. ante C. n. 507. aut ann. Romae conditae 245. Alii terminum vitae collocant intra an. ante C. n. 608—466. Plura de ea controuersia aliisque rebus ad Pythagoram eiusque sectam pertinentibus *Fabricius* B. Gr. I. p. 750 sqq. et ego ad illum disputauimus, praecipue de *carminibus aureis,* quorum auctor perperam is fingitur, et quorum editt. sunt paene innumerae. Vere autem sunt *aurea,* et ad vitae emendationem ac probitatem maximam partem, (si a superstitione, quibusdam argutiis et falsa religione discesseris,) adhuc valde vtilia. — Multa fecisse dicitur itinera; in Aegypto tamen mysteriorum et litterarum arcanis initiatus, astronomiam, geometriam et theologiam subtiliorem arripuit, et praecipue ab Aegyptiis Orpheoque multa sumsit. Tum Samum rediit; neque multo post in Italiam venit, et Crotone aperuit scholam, multitudine discipulorum et auctoritate valde nobilitatam, vnde eius philosophia dicta est *Italica.* — Potiores recensiones melioresque editiones *carminum aureorum,* in quae iam *Hierocles,* qui vixit circa a. Chr. CDL. commentatus est,

eſt, ſunt numerandae: 1) princeps Aldina cum Conſtantini Laſcaris Erotematibus etc. 1494. 4. — tum apud Ald. Manut. cum Theocrito, Theognide aliisque poetis gnomicis *), Heſiodo etc. 1495. fol. 2) *Joach. Camerarii* in Libello ſcholaſtico etc. Baſil. ap. Oporin. 1551. 8. qui verba poetae aliquando mutauit. 3) *H. Stephani* in Poetis graecis principibus, Pariſ. 1566. fol. qui interpretationem et lectionem veterem interdum, at perperam, deſeruit. Eam tamen plurimum ſequuti ſunt, qui poſtea carmina aurea cum aliis poetis ediderunt, niſi vt in paucis locis facerent diſceſſionem. 4) *Frid. Sylburgii*, qui de iis bene meruit in epicis elegiacisque minorum poetarum gnomis, gr. et lat. Francof. 1591. 8. et deinceps ſaepius, 1596. 1597. 8. ap. Hier. Commel. etc. mutata tamen inſcriptione; Γνωμογράφοι. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae et aliorum poëmata gnomica, multis in locis correcta etc. 5) *Claud. Salmaſii* in libro inſcripto: Tabula *Cebetis*, graece, arabice et lat. item aurea carmina *Pythagorae*, cum paraphraſi arabica, auctore *Jo. Elichmanno*, cum praef. Salmaſii. Lugd. B. 1640. 4. — 6) *Hieroclis* commentar. primus latine vertit *Jo. Auriſpa* Siculus, Patau. 1474. 4. rec. Romae 1475. 4. et 1495. — emendatam verſionem recudi fecit *Vdalr. Zaſius*, Baſil. 1543. 8. 7) Graece cum lat. verſione et cum Pythagorae C. A. gr. ac lat. edidit eum *Jo. Curter.* Pariſ. 1583. 12. al. 8. rec. Lond. 1654. 12. — *C. A.* ex recenſione atque cum notis Theodori Marcilii, lat. conuerſa, multisque in locis emendata, Londin. 1654. et 1673. 8. II. tom. — 8) *Petri Needham*, cum Hieroclis comment. et notis, Cantabr. 1709. 8. quacum comparanda eſt *Jo. Chriſtoph. Wolfii* diſſert. epiſtol.

*) Conf. *Fabricii* B. Gr. I. p. 707 ſqq. et 723 ſqq. de editt. Theognidis, aliorumque poetar. gnomicor. ac ſupra in §. 17.

epiſtol. qua Hieroclis in A. C. Pythag. commentar. — partim illuſtratur, partim emendatur, beneficio collationis cum cod. Medic. inſtitutae, Lipſ. 1710. 8. 9) Hac vſus eſt *R. W.* in ſua edit. A. C. et Hieroclis, Londin. 1742. 8. in qua nouam inſtituit recenſ. et Needhami ac Bentleii mutationes textus Hieroclei atque animaduerſſ. potiſſimum impugnat. — 10) *J. A. Schierii,* qui Needhamum ſequutus cum huius, Sylburgii et Amerbachii animaduerſſ. edidit A. C. Lipſ. 1750. 8. — 11) Inprimis commendanda eſt edit. *Eberhard. Gottlob Glandorfii,* qui *Pythagoreorum aureum carmen* cum varietate lectionis eruditisque notis edidit, et docta praemiſit prolegg. Lipſ. 1776. min. 8. quod eſt volumen primum Sententioſorum vetuſtiſſimorum quorumdam poetarum operum, cum praeſat. Chr. Gottlob Heynii. — 12) *Brunckius* inter Gnomicos poetas gr. Argentor. 1784. 8. p. 107 ſqq. dedit *A. C.* — Ego illa edidi et illuſtraui primum in Chreſtomathia gr. poet. Coburgi, 1769. 8. tum in Antholog. gr. poet. Noriberg. 1775. 8. et, multis mutatis, in altera Anthologiae edit. Baruthi 1792. 8. — *A. C.* germanice verſa ſunt a *Linkio,* Altdorf. 1780. 4. *Hieroclis* autem comment. in linguam german. translatus eſt a *Jo. Ge. Schultheſs,* Tiguri, 1778. 8. vt alias verſiones in alias linguas omittam. *) — *Pythagorae* epiſtola ad Anaximenem et epiſt. ad Hieronem Syracuſanum gr. et lat. in *Thom. Gale* opuſculis mytholog. Amſtel. 1688. 8. p. 735 ſq. inter fragmm. ex quorumdam Pythagoreorum libris.

Memoranda adhuc venit *Theano,* Pythagorae ſiue vxor, ſiue diſcipula, ſub cuius quidem nomine adhuc circumferuntur *fragmenta* et *epiſtolae,* atque etiam reperiuntur in *Jo. Chriſtph. Wolfii* fragmm.

---

*) Conf. *Pythagoras-Apollon, von Aug. E. Zinſerling.* Gotting. 1808. m. 8.

fragmm. mulierum graecar. prosaicis p. 224 sqq. Idem in Catal. foemin. illustrium subiuncto p. 446. de ea vberius disputat.

23. *Scylax*, Caryandensis, geographus, sec. Saxium in Onom. lit. I. p. 29. circ. ante Ch. n. 506. a. V. C. 246. Huic *Fabricius* in B. Gr. vol. IV. p. 606 sqq. (vbi plura addidi,) *Hager.* in progr. de eo, Chemnit. 1765. 4. et in *Geographisch. Büchersaal*, tom. I. part. 8. ibid. 1765. 8. p. 560 sqq. atque *de Sainte Croix* in Histoire de l'Acad. — des Inscr. vol. 42. p. 350 sqq. et in Examen des Hist. d'Alexandre p. 730. ed. II. aliique (v. Luc. Holstenium in Bredowii Epistolis Parisiensibus p. 13.) tribuunt *Periplum*, at hodie interpolatum, et transpositionibus manifestis hinc inde immutatum, quem tamen G. J. Vossius et Is. Vossius ad Scylacem Caryandens. iuniorem, *H.* autem *Dodwell.* in diss. de Peripli Scylacis aetate tom. I. Geograph. min. ed. Hudson. ad tertium Scylacem, Polybii aequalem, referunt. Mannert denique in *Geographie der Griech. und Römer*, tom. I. p. 70. sq. ed. 1. auctorem Peripli ineunte bello Peloponnes. floruisse, existimat. *Scylacis periplum* primus edidit *Dau. Hoeschelius* vna cum Marciano Heracleota aliisque, August. Vindel. 1600. 8. — Tum *Is. Vossius* cum anonymi periplo etc. gr. et lat. atque cum notis, Amstel. 1639. 4.— *Jac. Gronou.* in libro inscripto: *Geographica antiqua*, h. e. *Scylacis* periplus maris mediterranei, *Anonymi* periplus Moeotidis et Ponti Euxini etc. cum notis Is. Vossii, J. Palmerii, S. Tennulii et emendatt. Jac. Gronouii, Lugd. Bat. 1697. 4. — *Jo. Hudson* in vol. I. Geographiae vet. scriptorum, cum interpretat. lat. dissertatt. et adnotatt. Oxon. 1698. 8. Hac edit. Gronovius excitatus contra Hudsonum et Dodwellum stilum acuit in disquisitione peculiari, quam exemplaribus suae editionis, a librario nondum venditis, adiecit iisque

que praeficere iuſſit inſcriptionem: *Geographica antiqua — et emend. Jac. Gronouii. Cuius accedit anim. in Oxon. edit. et examen diſſertationis* (Dodwell.) *de aetate Scylacis, cum fragmento Ephori.* Lugd. Bat. 1700. 4. — Nouam *Scylacis* et reliquorum minor. veterum geographorum editionem iam diu molitus eſt et adnuntiauit cel. *Le Baron de St. Croix* in Journal des Sçavans, 1789. Pariſ. p. 657 ſqq. et ſeparatim in 4. ſine a. nota. At opes ſuas diligenter collectas permiſit cl. *Bredow*, qui nouam eamque multo auctiorem illorum editionem curat eamque in actis litter. nuper promiſit. Tamquam prodromus pignusque huius editionis, quam auidiſſime exſpectamus, prodierunt *Epiſtolae Pariſienſes, in quibus de rebus variis, quae ad ſtudium antiquitatis pertinent, agitur, editae a G. G. Bredow.* Lipſ. 1812. mai. 8.

24. *Xenophanes,* Colophonius, philoſophus et poëta, de cuius aetate magna eſt diſſenſio inter viros doctos, Olymp. LX. et multo poſt floruiſſe videtur: qua de controuerſia copioſius egi ad Fabr. B. Gr. II. p. 614. vbi a p. 613. de Xenophane, eius ſcriptis, (quorum pauca ſuperſunt fragmenta,) n. elegiis, iambis aduerſus Heſiodum et Homerum, Sillis etc. diſſeritur, et a me multi, qui de eo eiusque philoſophandi ratione et placitis tradiderunt plura ac diuerſimode iudicarunt, *) memorantur. Ex patria exſul, conceſſit potiſſimum Eleam ſ. Veliam in Sicilia. Pantheiſmi num primus auctor fuerit, in vtramque partem disputatum eſt.

25.

*) Quibus addes *Ge. Guſtav. Fülleborn,* qui in *Beyträgen zur Geſchichte der Philoſophie, Züllichau und Freyſtadt,* 1791. 8. part. I. nr. 5. agit de Xenophanis ſyſtemate, et Ariſtotelis librum de Xenophane, Zenone, Gorgia, quem in diſp. praeſide Fr. Aug. Wolfio Halae Sax. 1789. 8. paſſim illuſtrarat, pertinere putat ad Xenophanem.

25. *Parmenides*, Eleates, Xenophanis, vt plerique tradunt, auditor, ſaltem eius adſecla; ab eo tamen in quibusdam diſceſſit. Secundum *Diog. Laert.* IX. ſect. 23., ex Palmerii emendatione, quam probant Menagius ad illum et Fabric. in B. Gr. II. p. 621. floruit circa Olymp. LXIX. A Füllebornio autem in prolegg. ad edit. illius Olymp. LXXIX. tamquam verior lectio in Diogene Laërtio vindicatur. A Parmenide et Zenone Eleate *Eleatici* philoſophi nominabantur. v. *Cicer.* academ. lib. II. c. 42. ibique Dauiſ. notam. — Ex eius carmine heroico *de natura* pauca fragmm. ad noſtram venerunt aetatem, quae ediderunt *Henr. Stephan.* in poeſi philoſoph. p. 41. ſqq. et *Ge. Guſt. Fülleborn*, inſcripta: Παρμενίδου λείψανα; *Fragmente des Parmenides neu geſammelt, überſetzt u. erläutert von G. G. Fülleborn. Züllichau* 1795. 8. in citatis *Beyträgen zur Geſch. der Philoſophie*, part. VI. etiam ſeparatim. — *Empedoclis* et *Parmenidis* Fragmenta, ex cod. Taurinenſis bibliothecae reſtituta et illuſtrata ab *Amedeo Peyron* etc. Lipſ. 1810. 8.

26. *Heraclitus*, Epheſius, circ. a. ante C. n. 502. V. C. 250. auctor nouae ſectae, triſtis ac ſeverus philoſophus, ut in vita, ita etiam in opere *de natura*, (cuius indefeſſus erat indagator,) proſa ionica, at ſtilo obſcuro, compoſito, cuius tamen tantummodo ſuperſunt fragmm. V. *Schleiermacheri* commentatio inſcripta: *Heraclitos der dunkle — dargeſtellt aus den Trümmern ſeines Werks u. den Zeugniſſen der Alten*, in *Wolfs u. Buttmanns Muſeum der Alterthumswiſſenſchaft*, tom. I. Berol. 1807. 8. p. 313—533. — Sub nomine eius quoque circumferuntur ſex epiſtolae. Conf. *Jo. Vpmark* diſſ. de Heraclito, Epheſiorum philoſopho. Vpſal. 1710. 8.

27. *Ocellus Lucanus* Pythagorae diſcipulus fuiſſe perhibetur. Vixit ſecundum *Saxium* in Onom.

Onom. lit. I. p. 30. ante C. n. 495. V. C. 257. Exſtat adhuc liber περὶ τῆς τοῦ παντὸς Φύσιος, *de vniuerſi ortu et natura,* quem tamen alii *) abnegant Ocello; alii putant, dorice ab eo eſſe ſcriptum, et a recentiore grammatico in κοινὴν dialectum translatum. — Primum prodiit liber graece Pariſ. 1539. 4. — Cum verſione et not. *Lud. Nogarolae* Venet. 1559. 4. rep. et melior ed. tertia ex offic. Commel. 1596. 8. atque, vti etiam *Timaeus Locrus de anima mundi et natura,* in *Th. Gale* opuſcul. mytholog. Cantabr. 1671. 8. et Amſtel. 1688. 8. p. 499. ſqq. — Graece et Francice a Marchione *Dargenſio*, cum comment. Berol. 1762. 8. et cum Timaeo repet. Pariſ. 1795. 8. II. voll. — Eius verſio et commentarii in linguam german. translati cum graeco contextu prodierunt Breslav. 1763. 8. — Criticae et meliores ſunt edd. *Batteuſii* (Batteux) cum *Timaeo Locro* et *Ariſtotelis* epiſtola ad Alexandrum, gr. cum verſ. gallofrancica et animaduerſſ. Pariſ. 1768. 8. cum *Timaeo* gr. et lat. Pariſ. 1778. 8. atque *A. F. Guil. Rudolphi*, gr. cum perpetuo commentario, Lipſiae 1801. 8. — In *Füllebornii Beyträgen zur Geſch. der Philoſophie,* parte X. Jenae 1799. 8. ſunt 1) verſio german. et animaduerſſ. auctore *Bardili;* 2) eiusd. Ocelli de legibus fragm. ex Stobaeo; 3) de ingenio Ocelli, *(Geiſt des Ocellus).*

28. *Thespis*, Athenienſis et Solonis aequalis, a. ante Ch. n. 536. primus docuiſſe fabulam et viciſſe dicitur. Addidit choro ἐπεισόδιον, h. e. hiſtrionem ſiue actorem fabulae. Fragmm. quae ſub Thespidos nomine citantur, ſpuria ſunt. Conf. *Godofr. Hermann* not. ad Ariſtotel. A. P. cap. IV. p. 107. ſq. vbi quoque de *Phrynicho*, Thespidis diſcipulo, et

Pra-

---

*) Nuper quoque *Boeckh* in progr. Heidelberg. 1809. ſcripto, (v. ad §. 68.) illum librum eſſe ſuppoſititium, et auctorem ex Platonicis hauſiſſe dialogis, contendit.

Pratina Phliaſio, qui fabulas docuit ſatiricas, egit, quibus addatur *Melanippides*, circa Olymp. LXV. auctor dithyramborum, tragoediarum aliorumque poematum, quorum perpauca fragmm. a veteribus ſeruata ſunt.

29. *Aeſchylus*, Athenienſis, floruit circa a. ante C. n. 494. V. C. 258. Olymp. LXXI. 1. Clarus fuit virtute bellica, ſed clarior ingenio, quod inprimis ſplenduit in tragoediae forma melius ordinanda atque conſtituenda. Duo enim hiſtriones, qui plures perſonas in fabulis ſuſtinerent, laruarum, picturae, machinarum, cothurni etc. vſum, grandeque, interdum iuſto audacius dicendi genus, primus in ſcenam induxit. Sublimem eum ac grauem et grandiloquum, ſaepe vsque ad vitium, fuiſſe, iam iudicauit *Quinctil.* I. O. libr. X. cap. 1. §. 66. In theogonia omnique mythologia aliquoties ab Homerica mythologia et a vulgari ſuae aetatis et nationis theologia diſceſſit. Quod myſteria Eleuſinia in theatro propalauit, ſolum vertere coactus eſt, aut, quod a iuuene Sophocle victus eſt, in Siciliam ſeceſſit indignabundus, ibique ictu teſtudinis, quam aquila in caluum illius caput deiecit, interiit, et circa Gelam humatus eſt. Permultas ſcripſerat tragoedias; ſed exſtant tantum ſeptem, cum fragmm. quarumdam aliarum. — Princeps edit. eſt Aldina, ſed parum emendata, Venet. 1518. 8. in qua etiam ſex tantum numerantur tragoediae, poſtrema Agamemnonis parte cum Choëphoris capite mutilis confuſa et pro vna fabula exhibita Agamemnonis: quam, multis tamen emendatis, recudi fecit *Adr. Turnebus*, Pariſ. 1552. 8. Sed multo plura praeſtiterunt *Franc. Robortellus*, qui Agamemnonis partem poſteriorem et Choëphoros diſtincte e MSto recenſuit, Venet. 1552. 8. et eodem anno ſcholia gr. in omnes tragoedias primus edidit; — tum *Petrus Victorius* et *Henr. Stephanus*, cum gr. ſcholiis, ex offic. H. Stepha-

ni,

ni, 1557. 4. — *Guil. Canterus*, gr. Antwerp. ex offic. Chriſtph. Plantin. 1580. 12. — Hanc baſin fecit *Thom. Stanley*, qui dotes ſuperiorum editt. coniungens et nouis augens ornamentis tragoedias VII. cum ſcholiis gr. deperditorum dramatum fragmentis, verſione et commentario edidit Londini 1663. ap. Corn. Bee, fol. et ibid. 1664. ap. Jo. Hart, fol. quae tamen eadem eſt editio. — Hanc repetiit, et multis inſtruxit animaduerſſ., maximam partem criticis, *Jo. Corn. de Pauw*, Hagae Comit. 1745. 4. nec tamen eruditis viris ſatisfecit. — Textus, a Stanleio conſtitutus, ſeruatus eſt, cum verſ. lat. et lectt. variantibus, Glasguae, exc. Rob. Foulis. 1746. 8. et 4. tom. I. et II. — Meliorem eamque criticam non minus quam grammaticam editionem curauit *Chriſti. Godofr. Schütz*, graece cum varietate lectionis et commentario perpetuo, voll. III. Halae Sax. 1782—1794. mai. 8. Commentarius tamen ad vol. tertium lucem vidit demum 1797. et habet II. adpendices. Reſtat adhuc quartum volumen, quod comprehendet fragmentorum collectionem, ſcholia graeca, adparatum hiſtoricum, indices et lexicon Aeſchyleum. — Rec. auctior et correctis multis ib. 1800 *) — 1808. III. voll. et primi vol. tertia editio auctior atque emendatior prodiit ibid. 1809. m. 8. edit. noua auctior et emendatior vol. IIdi ibid. 1811. 8. — Idem V. D. minorem edit. ex noua recenſione, nouis ſubſidiis vſus, cum verſione lat. curauit ibid. 1800. et 1801. 8. vol. II. Conf. doctam (Beſenbeckii **)) cenſuram in *Erlang. Litt. Zeitung* 1801. nr. 108. — Textus ſeptem tragoediarum Stanleianus, (exce-

---

*) Conf. *Beckii* Commentar. ſocietatis philol. Lipſ. vol. II. part. I. p. 166. ſq. de vtraque edit. Schützii, atque de edit. ac verſione francogall. quam parauit *de la Porte du Theil.*

**) Qui etiam in disputat. quadam et aliquot programm. plura Aeſchyli loca acute docteque emendauit illuſtravitque.

(exceptis perpaucis locis), gr. cum breuibus adnotationibus, redditus est a *Franc. Jo. Gabr. de la Porte du Theil*, part. I. tom. I. II. Paris. 1795. 8. eodemque anno addidit gallicam versionem, part. I. tom. I. II. Adiungentur adhuc notae philologicae. Quarumdam tragoediarum versio, ab illo facta, iam antea in Theatre des Grecs par Brumoy, (quod opus Paris. 1784. 8. in XIII. voll. comparuit,) locum nacta est, at, inscio auctore, hinc inde mutata. — Nouam *Aesch. trag.* ex codd. Askew. recensionem instituit, et splendidam curavit edit. *Rich. Porson*, Glasguae, fol. 1795. gr. sine praefat. notisque et sine scholiis ac fragmentis; quae editio repetita est in Corpore poëtarum Graecorum, quod bibliopola Tauchnitzius edere instituit, Lipsiae 1812. 12. — Nouissima editio est: *Aeschyli* dramata, quae supersunt, et deperditorum fragmm. gr. et lat. recensuit et cum suis, Brunckii et alior. adnotation. ed. *Frid. Henr. Bothe*, Lips. 1806. II. tom. mai. 8. — Singularum tragoediarum, quae modo saepius, modo rarius separatim sub prelis sudarunt, editiones paucas, easque recentiores memorabo. — *Prometheum* cum Stanlei. versione, scholiis α. β. (et γ. ineditis), amplissimis variorum suisque notis et cum anglicana interpretatione edidit *T. Morell.* Lond. 1773. min. 4. atque cum scholiis gr. et lectionis varietate *Christi. Godofr. Schütz.* Halae Sax. 1781. 8. — Eundem, et *Sophoclis* Aiacem *Euripidis*que Phoenissas gr. continet Chrestomathia tragica, (ab Jer. Nic. Eyring. curata) Gottingae, 1762. 8. — *Prometh.* cum indice gr. lat. Hal. Sax. 1811. 8. — *Aeschyli* Tragoediae, Prometheus, Persae et Septem ad Thebas: *Sophoclis* Antigone: *Euripidis* Medea, ex optimis exemplaribus emendatae (a Richardo F. Ph. Brunck), cum notis criticis, Argentorati. 1779. min. 8. — In Noua Chrestomathia tragica graeco-latina, edita a *Jo. Car. Volborth*,

borth, Gottingae 1776. min. 8. ſunt *Aeſchyli* Choëphorae; *Sophoclis* Electra; *Euripidis* Electra, (gr.) *Senecae* Agamemnon. — *Aeſchyli* Septem aduerſus Thebas in *Jo. Burtoni* Πενταλογία ſiue tragoediar. gr. delectu, cum illius adnotatione, ed. II. cui obſervatt. indicemque adiecit *Thom. Burgeſs*, tom. II. Oxon. 1779. 8. — *Aeſchyli* trag. Septem ad Thebas, gr. cum verſione italica verſibus vulgaribus et notis illuſtrata, (in epiſt. nuncupatoria nomen ſuum editor profitetur *Petr. Pasqualoni*,) Venet. 1794. 8. cum perlonga praefatione. — *Aeſchyli* Agamemnon, in *Frid. Aug. Wolf* Tetralogia dramatum graecor. Hal. Sax. 1787. 8. — Eumenides, in tomo II. Tragoediarum delectus, edidit et illuſtravit *Ge. Wakefield*, Lond. 1794. mai. 8. — Eumenides. Specimen nouae recenſionis Tragoediar. Aeſchyli: edidit *Godofr. Hermannus*, (qui multa correxit,) Lipſ. 1799. 8. — *Aeſchylos* Prometheus, *Sophocles* Antigone, *und Euripides* Medea: *mit einem erklärenden Wörterverzeichniſs über den Prometheus verſehen von Prof. Aſt*, Landshut. 1810. 8. graece. — Quasdam verſiones adhuc memorabo. *Aeſchyli* tragoediae in linguam *germanicam* ſunt translatae a *J. T. L. Danz* cum animaduerſſ. Lipſ. tom. I. 1805. tom. II. 1808. mai. 8. — a M. *Gottfried Faehſe*, Lipſ. 1809. 8. — *Aeſchylos Sieben gegen Theben, von Wilhelm Süvern*, (cum VII. adnotatt. eruditis,) Halae Sax. 1797. 8. — *Die Choëphoren des Aeſchylos, metriſch verdeutſcht, und mit Anmerkungen begleitet von Prof. Conz* in: *Neues Attiſches Muſeum, herausgegeben von Wieland, Hottinger u. Jacobs*, tom. III. faſc. III. Tiguri et Lipſ. 1811. 8. — In linguam *anglicam* ſunt *Aeſch. Trag.* conuerſae a *Pottero*, Norwich, 1777. 4. — ed. ſecunda correctior, cum notis, Londini, 1779. 8. II. voll. — in linguam *italicam*, vna cum Sophocle et Euripide, a *Mich. Mallio*, Romae,

 1788.

1788. 8. — *J. F. D. Goeſs* in duabus diſſertatt. et aliquot programm. atque in: *Magazin für Schulen,* tom. I. faſc. 2. p. 355. ſqq. in *Aeſchyl.* Agamemnona docte commentatus eſt. — *Car. Frid. Wunderlich* Obſeruatt. criticae in Aeſchyli tragoedias, tragoediarumque reliquias, Gottingae, 1809. 8. (iam editae 1808. v. Gotting. Ephemer. litterar. 1808. nr. 202.) — Graecae tragoediae principum, *Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis,* num ea, quae ſuperſunt, et genuina omnia ſint, et forma primitiua ſeruata, an eorum familiis aliquid debeat tribui: ſcripſit *Aug. Boeckhius,* Heidelberg. 1808. 8. etc. Conf. *Charaktere der vornehmſten Dichter aller Nationen,* Lipſ. 1792. tom. II. part. II. p. 391. ſqq. De tragoedia graeca iudicia quorumdam criticorum recentiorum collecta ſunt atque examinata et alia adlata in *Ergänzungsblättern zur allg. Litt. Zeitung,* 1807. nr. 6 et 7. vt Sulzer. aliosque praetermittam.

30. *Gorgias*, Leontinus, Siculus, Empedoclis diſcipulus, floruit circ. a. ante Chr. n. 494. V. C. 258. Athenas ſe contulit, et Athenienſes contra Perſas excitauit. Fuit ſophiſtarum, qui de re quadam in vtramque partem diſſererent, et concinnitatis princeps; nimius autem ornatus ac venuſtatis ſectator. Cum magno adplauſu, et pro magna mercede Athenis docuit artem dicendi. Superſunt orat. de laudibus Helenae, et pro Palamede apologia, ſophiſticis referta argutiis: editae cum aliis oratoribus poſt Aldum et Stephanum a *Reiskio* in orator. graecor. vol. VIII. p. 91. ſqq. coll. p 197. Binae *Gorgiae* oratt. gallice verſae ab *Athan. Auger,* cum Iſocratis opp. Pariſ. 1781. 8. voll. III. — Conf. *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. I. p. 258. ſqq., qui quoque p. 188. ſqq. de *Polo,* Agrigentino, philoſopho, ſophiſta et oratore, Gorgiae diſcipulo, plura diſputat.

31. *Epicharmus,* veteris comoediae princeps,

num

num Syracufis aut Crafto, an Coo ortus fuerit, matureque in Siciliam traductus; et num ab *Epicharmo*, philofopho Pythagoreo, fit diftinguendus, nec ne, magna eft VV. DD. diffenfio. Epicharmi comici aetatem *Saxius* in Onom. lit. I. p. 33. refert ad a. circ. ante C. n. 486. V. C. 266. atque ibid. p. 557. diftinguit eum ab *Epicharmo*, philofopho Pythagoreo. — Ex comoediis pauca inueniuntur fragmenta in Stephani Poefi philof. p. 54. fq. et in Hertelii Grotiique collectionibus Comicorum etc.

32. *Pindarus*, Thebanus, Lyricorum poetarum princeps; propter fpiritus magnificentiam, fertilitatem ingenii, quod in digreffionibus potiffimum fplendet, fententiarum nobilitatem, verborum rerumque copiam, nec non fublimitatem, etiam audaciam, ab omni aetate magni aeftimatus, a nemine vero illis aliisque virtutibus poeticis, quarum vis ac multitudo facile nos commouent ad vitia quaedam haud acrius culpanda, fuperatus. In certamine tamen a Corinna, (an aliis de cauffis?) carmine victus fuiffe dicitur. Natus eft Olymp. LXV. 1. denatus Olymp. LXXXVI. 2. fecundum *Saxium* l. c. p. 33. Alii aliter fentiunt. Superfunt, praeter plura fragmenta, ingenii fplendidiffimi monumenta, carmina lyrica, dorica (aut, vt Hermannus ftatuit, vulgari) dialecto fcripta: 1) Olympia, 2) Pythia, 3) Nemea, 4) Ifthmia, quibus victores in ludis coronatos celebrauit. — Duo autem praefertim exempla fuerunt bafes reliquorum, n. 1) princeps editio, Venet. in aedibus Aldi et Andreae Afulani foceri, 1513. 8. cum Callimachi Hymnis, Dionyfio de fitu orbis, et Lycophronis Alexandra, graece; 2) *Zachar. Calliergi*, Cretenfis, correctior, graece, cum fcholiis graecis, Romae, 1515. 4. Calliergum potiffimum fequutae funt, fed emendatrice manu adhibita, editt. *Cratandrinae*, Bafil. 1526. 8. curante *Ceporino*; rec. per heredes Andr. Cratandri, 1556. 8. (ex ead. officina prodiit

versio lat. *Jo. Loniceri* prosaica, Basil. 1528. 8. et auctior enarrationibus decerptis e graecis scholiis et aliis auctoribus, ibid. 1535. mai. 8. rec. Tiguri, 1543. et 1560. m. 8.) *Brubachiana*, gr. Francof. 1542. 4. *Morelliana*, Paris. 1558. 4. atque *Stephanianae* eum reliquis octo lyricis, gr. et lat. 1560. et 1566. in octonis minoris formae, quae tamen posterior edit. correctorem nacta est audaciorem; et tamen ad verbum repetita est 1586. 1600. ap. Paull. Stephan. et 1612. 1626. olina Paull. Steph. et Ebroduni, 1624. 12. — atque Geneuae cum scholiis gr. et interpretatione lat. oliua Paulli Stephani 1599. 4. — Primam tamen eamque meliorem repetierunt officina Plantin. ap. Fr. Rapheleng. 1590. 8. et *M. Aemil. Portus* ap. Hieron. Commel. 1598. 8. Sed superiorum diligentiam vicit, multo plures libros et scriptos et editos consuluit, hinc multa loca sanauit, sed certis rationibus metricis nimium tribuit; idem singulis carminibus subiecit commentarium, haud indoctum quidem, sed tamen ad interiorem carminum artisque poeticae intelligentiam minus plenum atque efficacem, *Erasmus Schmidius*, Witteberg. 1616. 4. gr. et lat. — Schmidii recensionem hinc inde, at male, modo sequuti sunt, modo deseruerunt editores Oxonienses, *Ric. West* et *Rob. Welsted*, vna cum versione Erasmi Schmidii, Jo. Benedicti argumentis ac paraphrasi, scholiis gr. notisque et fragmentis: calci adiecta est versio lat. carmine lyrico per Nic. Sudorium, (quae primum prodiit Paris. 1575. 8.) Oxon. e theatro Sheldon. 1697. fol. — gr. et lat. Glasguae, 1744. 12. II. tom. — gr. ibid. 1754. 24. IV. tom. et 1770. 12. II. tom. gr. ac lat. atque Lond. 1755. 12. — Praestantior tamen est edit. quam cum lectionis varietate notisque breuibus, interpretatione lat. emendatiore, a Jo. Beniam. Koppio facta, et adnotatt. curauit cel. *Chr. Gottl. Heyne*, Gotting.

1773.

1773. et 1774. min. 4. II. voll. qui poſtea edidit *Additamenta ad lectionis varietatem in Pindari carminum edit. Gotting.* ibid. 1791. min. 4. et poſtea nouam, caſtigatiorem plenioremque parauit editionem, ibid. 1798. tribus voll. mai. 8. Vol. tertium continet carminum Pindaricorum fragmenta, olim a *Jo. Gottl. Schneidero* *) collecta, nunc iterum digeſta et aucta, atque *Godofr. Hermanni* comment. de metris Pindari. — Simul ab eodem *Heynio* edita ſunt graece Pindari carmina, ſcholis habenda, iterum expreſſa, Gotting. 1797. min. 8. — Commoda, correcta, doctaque eſt Pindari edit. *Beckiana*, gr. cum ſcholiis integris, varietate lectionis et animaduerſſ. criticis; cuius I. tomus continet Olympia, Lipſ. 1792. tom. II. Pythia, Nemea, ſine notis, ibid. 1795. 8. tom. III. Iſthmia, fragmm. indices et alia comprehendens, adhuc exſpectatur. — Pindari carmina, ex recenſione Beckii, Vpſal. 1796. 8. — *Pindari* carmina, ex Heynii recenſione, gr. in Corpore poetarum graecorum edito a *Godofr. Henr. Schaefer*, Lipſ. 1810. in forma min. — *Pindari* Opp. gr. recenſuit, adnotatt. criticas, ſcholia integra, interpretationem, commentarium perpetuum et indic. adiecit *Aug. Boeckhius*, tom. I. Lipſ. 1811. maj. 4. Eſt critica et e multis codd. emendata edit. quae praecipue ob rationem metri habitam laudatur. — Vtilis eſt editio: *Pindari* carmina ſelecta, cum ſcholiis ſelectis ſuisque notis in vſum academiarum et ſcholarum edidit *Frid. Gedike*, Berol. 1786. min. 8. — *Pindari* Hymn. II. Olymp. illuſtrauit, et edendorum Pindari carminum loco propoſuit M. *Car. Wilh. Theoph. Camenz*, Penicii, ſ. anni nota, in mai. 8. — Τὰ τοῦ Πινδάρου Ὀλύμπια — *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia:* latinis

*) Qui carminum Pindaricorum fragmenta diligenter collecta eruditeque illuſtrata ediderat Argentorati 1776. 4.

latinis translata carminibus et illustrata a *Jo. Costa.* Patav. 1808. mai. 4. Latine reddita sunt metro alcaico, addita prosaica versione ex edit. Heyniana, et adnotatt. — Quaedam carmina sunt separatim edita atque illustrata, ex. gr. Olympicorum carmen IV. ab *Henr. Lud. Pfaff*, Jenae 1787. 8. et, iudicibus quibusdam censoribus, melius a *Jo. Guil. Süvern*, Lemgov. 1796. 8. — Pythiorum carmen primum in Heronem Aetnaeum ab *Ern. Car. Chr. Bach*, cum notis, Jenae 1805. 8. — *Pindars Sentenzen. Eine Sammlung moralischer Gedanken, aus Pindars Siegshymnen ausgehoben, u. mit einem Wortregister versehen von V. H. Lauts.* Lipf. 1797. 8. — In linguam germanicam translati sunt *Pind.* hymni, fide quidem, at ieiune atque inuenuste, a *Christ. Tob. Damm*, IV. sectt. Berol. et Lipf. 1770. et 1771. 8. — elegantius a *Frid. Gedike: Olymp. Siegeshymnen*, Berol. et Lipf. 1777. 8. — *Pythische Siegeshymnen*, ibid. 1779. 8. cum eruditis animaduerff. — et varii hymni Nem. et Isthm. a *Jo. Gurlitt*, additis notis, in *Wielandii deutsch. Merkur*, a. 1785. et 1786. in *Wiedeburg humanist. Magazin*, Helmstadt. 1787 sq. et Olymp. Hymnus I. cum adnotatt. in progr. Hamburg. 1806. 4. — tum tertius hymnus vsque ad decimum in programm. ib. 1807—1809. 4. et tres h. Pythici in III. progr. 1810. 4. — Hymni, metrice, cum adnotatt. historicis, mythicis, antiquariis et criticis, a *Gothofr. Fähse*, Penig. tom. I. 1804. tom. II. 1806. 8. — *Pindars olympische Oden in ihr Sylbenmass verdeutscht von F. H. Bothe*, cum adnotatt. etiam criticis, Berol. 1808. 8. — *Pindars erster olympischer Siegeshymnus, metrisch übersetzt von G. F. Grotefend*, in novis actis societat. lat. Jenenf. ab Eichstadt. editis, vol. I. p. 386 sqq. — In linguam gallicam a *L. C. Gin.* Parif. 1801. 8. — Olymp. in linguam italicam a *J. Baptista Gautier.* Romae 1762. et

Pyth.

Pyth. 1765. mai. 8. graecis ex aduerſo adpoſitis. — Odae Pindari, ab *Antonio Jerocades*, Neapoli 1790. 8. Vtraque verſio haud laudatur. — Plurimi hymni in linguam anglicam a *Gilberto West*. Lond. 1749. 4. rec. ibid. 1753. 8. II. voll. et 1766. 12. III. voll. Sex odae Olymp., quas ille omiſerat, cum notis, (per *Henr. Jac. Pye*,) ib. 1775. 8. Multa carmina anglice vertit notisque illuſtrauit *Eduard. Burnaby Greene*, Lond. 1778. 4. atque *J. Baniſter*, Lond. 1791. 8. Vt alias verſiones, editt. multaque varia ſcripta, Pindarum illuſtrantia, omittam: h. l. tantum memorare licet *Aemilii Porti* Lexic. Pindaricum, Hanov. 1606. 8. — *Jo. Corn. de Pauw* notas in Pindari Ol. Pyth. Nem. Iſthmia, Traiecti ad Rhen. 1747. 8. — *Chriſti. Tobiae Damm* nouum lexicon graecum etymologicum et reale etc. Berol. 1765. mai. 4. — *J. W. Knithan Verſuch eines Beweiſes, daſs wir in Pindars Siegeshymnen Urkomödien übrig haben, welche auf Gaſtmahlen geſungen wurden; und neue Grundideen über die griechiſche Proſodie:* ſectio I. *Dortmund u. Leipz.* 1808. 8. — *Frid. Aſtii* Obſeruatt. et coniecturae in Pindari carmina, ſpecim. II. in *Beckii* Commentar. ſocietatis philologicae, Lipſ. vol. II. part. I. pag. 1 ſqq. et vol. III. part. II. p. 193 ſqq. — et in *Beckii* Actis Seminarii regii — Lipſienſ. vol. I. Lipſ. 1811. 8. p. 232 ſqq. exſtant *d'Anſſe de Villoiſon* notae et emendatt. in Pindarum eiusque ſcholiaſtam ineditae, atque p. 121. 126 ſq. 222 ſqq. Pindari loca aut emendantur aut explanantur. — *Aug. Boeckh Ueber die Versmaſse des Pindaros.* Heidelberg. 1809. 8. — eiusd. Specimen emendatt. in Pindari carmina, ibid. 1810. 4. — eiusd. Obſeruatt. criticae in Pindari primum Olympicum carmen, ibid. 1811. 4. — *God. Hermanni* diſſ. de dialecto Pindari, Lipſ. 1809. 4. Contra Sturzium negat, Pindarum vnice ſcripſiſſe in dialecto dorica aut

aeo-

aeolica; ſed ex multis locis oſtendere ſtuduit, Pindarum vſum eſſe dialecto vulgari, ex omnibus dialectis compoſita etc.

33. *Corinna*, Thebana vel Tanagraea, poetria, temporibus Pindari, hoc tamen aetate paullo ſuperior, et quem in certamine quinquies viciſſe dicitur. E quinque libris, quos ſcripſiſſe fertur, pauca ſuperſunt fragmenta, quae reperiuntur in *Vrſini* carminibus IX. illuſtrium foeminar. p. 46. et 295. plura in *Jo. Chriſti. Wolfii* poetriarum octo fragmm. et elogiis, gr. et lat. cum notis p. 42 ſqq. vbi quoque p. 146 ſqq. in Olearii diſſ. de poetriis gr. de ea vberius agitur, et ex Suida diſtinguitur a *Corinna* Theſpia vel Corinthia, et a *Corinna* Thebana iuniore.

34. *Achaei* duo poetae memorantur; alter Syracuſanus, ante C. n. 480. (v. *Mongitor.* Bibl. Sicul. I. p. 2.) alter notior, Eretrienſis, ſec. *Saxium* in Onom. lit. I. p. 34. qui eum comicis poetis adnumerat. Sed tragoedias quoque et dramata ſatyrica compoſuit. V. quae adnotaui ad *Fabricii* B. Gr. II. p. 279 ſqq. vbi Fabric., fragmenta, inquit, quaedam alterutrius, vel vtriusque horum Achaeorum habes ap. *Hug. Grotium* in fragmm. Tragicorum et Comicor. gr. p. 441 ſqq.

35. *Themiſtocles*, dux Athenienſis exercitus celeberr., in exſilio exſtinctus eſt Magneſiae ante C. n. 470. Epiſtolae XXI. quae ſub eius nomine circumferuntur, ab aliis pro genuinis habentur; ab aliis autem rectius pro ſpuriis. Editae ſunt gr. ac lat. primum a *Jo. Matthaeo Caryophilo*, Romae 1626. 4. — rec. mutato tamen litterarum ordine, e biblioth. *Eliae Ehingeri*, Francof. 1629. 8. dein cum notis et indicibus *Chriſti. Schoettgenii*, Lipſ. 1710. 8. atque emendatius a *Jo. Chriſtph. Bremer*, cum adnotatt. grammaticis. Lemgov. 1776. 8.

36.

36. *Cratinus*, Atheniensis, veteris comoediae poeta, circ. a. ante Ch. n. 453. V. C. 299. multarum auctor comoediarum, quarum pauca fragmm. exstant gr. et lat. in *Hertelii* bibl. vetust. comicor. Veronae 1616. 8. p. 306 sq. gr. cum versione lat. *Hug. Grotii*, in Grotii Excerptis ex Trag. et Comoed. gr. Paris. 1626. 4. p. 488 sq. — Diuersus est a *Cratino* iuniore, itidem comico.

37. *Plato*, veteris comoediae auctor, floruit sec. quosdam ante C. n. 404. Multarum, quas composuit, comoediarum fragmm. reperiuntur in Hertelii et Grotii collectionibus modo laudatis. Distinguendus est a *Platone*, mediae comoediae principe, circ. Olymp. CXX.

38. *Bacchylides*, Ceus, ex Iulide ciuitate, Simonidis ciuis et sororis filius, poeta lyricus, et Pindari in aula regis Hieronis aemulus. Floruit ante Ch. n. 449. V. C. 303. Dorice scripsit varia, quorum pauca fragmm. post Neandrum et H. Stephanum collegerunt *Vrsinus* in carminib. IX. illustr. feminar. et lyric. Antwerp. 1568. p. 199 sqq. et 430. atque *Brunck.* in Analect. vol. I. p. 149 sqq. etc.

39. *Praxilla*, Sicyonia, poetria, circ. ante C. n. 448. Fragmm. collegerunt *Vrsinus* l. c. p. 35. et 269. *J. Chr. Wolf.* in poëtriarum octo fragmm. et elogiis p. 76 sqq. (vbi quoque p. 169 sqq. nr. LXIII. de illa agitur in *Olearii* diss. de poetriis gr.) *Brunck.* in Analectis p. 157. et *Wahl* in *Magazin für alte, besonders morgenländ. u. biblische Litteratur,* Cassel. 1789. 8. part. II. nr. 4. 6.

40. *Democritus*, Abderites, philosophus acutus et indefessus naturae indagator, de cuius risu perpetuo aliisque ineptiis multae narrantur fabulae. De eius aetate, et quamdiu fuerit in viuis, ipsi veteres auctores dissentiunt. Sec. *Saxium* in Onom. lit. I. p. 36 sq. floruit circ. a. ante Chr. n.

446.

446. V. C. 306. Add. *Wyttenbach.* in Biblioth. critica, vol. III. part. IV. p. 63 sqq. de aetate Democriti, Anaxagorae et Anaximenis, contra *Corsini* rationes in Fast. Attic. tom. III. p. 139. disputantem. — *Gabr. Timoth. Lütkemann* disp. Democritum, Eleaticae sectae antistitem, oculorum sua sponte luminibus se non priuasse, Gryphesw. 1739. 4. — Quaedam de eo aliisque magni nominis philosophis exposui in Introd. I. p. 283 sqq. Hoc loco tantum in censum veniunt: *Anaximander*, Milesius, et *Anaximenes*, Milesius, qui cum *Thalete* physici aut *ionicae* scholae philosophi vocantur: *Anaxagoras*, Clazomenius *), natus a. ante C. n. 500. (al. 498.) V. C. 254. qui primus, probabiliter duce praeceptore suo *Hermotimo*, fuit inter Graecos, qui supremum numen, mentem infinitam, (*νοῦν*,) quem deum vocauit, a materia, ipsi quidem etiam aeterna, seiungeret, illumque motorem partium infinitarum, quas *ὁμοιομερείας* nominabat, et ex quibus *νοῦν* omnia putabat construxisse, et caussam esse mundi efficientem doceret **). Porro *Leucippus*, incerta aetate, parens doctrinae de atomis: *Protagoras*,

---

*) Conf. *Heinii* de vita Anaxagorae commentat. gallice scripta, sed germanice versa ab *Hissmanno* in *Magazin für die Philosophie u. ihre Geschichte*, tom. V. p. 237 sqq. et eiusd. comm. de scriptis et doctrinis Anaxagorae, ib. p. 291 sqq. *Cari* progr. de Anaxagorae theologiae fontibus, Lips. 1796. 4. eiusd. exercitatio critica: *über die Sagen von Hermotimus aus Klazomene*, in Fülleborni *Beyträgen zur Geschichte der Philosophie*, part. IX. Jenae et Lips. 1798. 8. p. 58 sqq. Ibid. part. X. Jenae 1799. nr. 8. est commentat. *Anaxagoras aus Klazomene und sein Zeitgeist, eine geschichtl. Zusammensetzung.* add. *Cicer.* de N. D. I. 1. et 11. ibique Dauis.

**) Conf. *Anaxagoras* en systême, qui prouve l'immortalité de l'ame par la matière du chaos, qui fait le magnetisme de la terre, par M. *le Baron de Ramsay*, Hagae Com. 1778. 8.

tagoras, Abderites, circ. Olymp. 84. *) σοφία et λόγος dictus: *Zeno*: *Phaedo*: *Diagoras*, patria Melius. Conf. *Th. Goth. Thienemann* comm. *Ueber den Atheismus des Diagoras*, in *Fülleborn* citt. *Beyträgen* part. XI. etc.

41. *Herodotus* siue *Erodotus*, Halicarnassensis, Thurius quoque vocatus, natus est sec. Larcher in Chronologia Herodoti ante C. n. 484. V. C. 270. Princeps est historicorum, et reliquit *Historiarum libros* IX. Musarum IX. nominibus et ionice scriptos, omni laude et tam propter res, quas enarrauit, quam propter dicendi rationem, qua vsus est, simplicem suauemque lectu dignissimos: de eius vero fide historica ab omni tempore in vtramque partem disputari solet: in multis tamen excusandus erit. Prooemium autem libr. I. c. 1 — 5. quamquam veteribus iam cognitum, non ab Herodoto, sed, duce *Photio* in cod. 190. a Plesirrhoo, amico et herede Herodoti, fuisse praefixum, existimat *Nic. Falck* in diss. de historiae inter Graecos origine et natura, Kiliae 1809. 8. — Herodoto quoque Homeri vita tribuitur. De libris eius deperditis differit *Petr. Wesseling* in diss. Herodotea, Traiecti ad Rhen. 1758. 8. cap. I. et II. — *Herodotus* primum ex versione lat. *Laur. Vallae*, at ex cod. mutilo facta, prodiit

*) *Protagoram* a. 411. aut 410. ante Chr. n. fuisse, viuo Socrate, atheismi accusatum et liberatum quidem, at eius scriptum igni traditum, demonstratum iuit *Freret* in adpend. ad commentat. de caussis condemnationis Socratis etc. in Histoire de l'Académie des Inscr. et B. L. parte II. vol. XLVII. des Mémoires de Litterature etc. *de aetate Protagorae*. add. *C. Nürnberger* commentat. de Protagora: *Protagoras der Sophist über Seyn und Nichtseyn nach dem Theätet des Plato*, Dortmund. 1798. 8. Add. *C. G. Heyne* prolus. in narrationem de Protagora, Gellii N. A. V. 10. Apuleii Florid. IV. 18. Gottingae 1806. et de aetate morteque eius, annos fere LXX. nati, teste Platone in Menone p. 91. E. *Jen. allgem. L. Z.* 1809. nr. 21. col. 167 sq.

iit Venetiis 1474. fol. tum saepius repetita, at ab aliis emendatior et auctior facta est interpretatio. Graece autem ediderunt primum *Aldus* Venet. 1502. fol. dein *Joach. Camerarius*, praemissis paucis adnotatt. et additis II. libris *Georgii Gemisti Plethonis* de iis, quae post pugnam ad Mantineam gesta sunt, Basil. 1541. et 1557. fol. graece. — Ex vetustis exemplaribus recognouit, et ex coniectura hinc inde immutauit contextum gr. et addidit *Ctesiae* fragmm. *Henr. Stephanus*, 1570. fol. Calci quorumdam exemplarium adiecta et separatim edita est latina versio. Idem iterum recognouit contextum, additis Herodoti narratione de vita Homeri, lat. interpretatione, Ctesiae fragmm. et adpendice, 1592. fol. Alteram Stephani edit. sequutus est, et spicilegio Frid. Sylburgii aliisque praeclaris auxit additamentis *Gothofred. Jungermannus*, Francof. 1608. fol. Huius editionem recudendam curarunt V. quidam doctus, (qui vero varias *Aemilii Porti* suspiciones inculcauit orationi,) Geneuae, oliva Paulli Stephani, 1618. fol. et *Thomas Gale*, qui, codd. vsus, notas et castigationes aliaque adiecit ornamenta, Londini 1679. fol. Nouam instituit recensionem, cod. Medicei lectiones paene superstitiose tuitus, *Jac. Gronov.* in nitida edit. (quae vero multas excitauit tragoedias *),) cum lat. Laur. Vallae interpretatione, suis animaduersionibus atque subiunctis excerptis ex multis auctoribus priscis, Lugd. Bat. 1716. fol. — At multo praestantiorem editionem curauit gr. et lat. cum adnotatt. Thom. Galei, Jac. Gronouii, eruditis Lud. Casp.

---

*) Conf. Acta erudit. Lips. 1716. m. Mai. p. 193 sqq. m. August. p. 377 sqq. et m. Sept. p. 417 sqq. — *Petrum Horreum* in Obseruatt. criticis in scriptores quosdam graecos historicos, *Herodotum* praecipue, Thucydidem item, vt et Xenophontem ac Arrianum. Leoward. et Harlingae 1737. 8. a cap. 1. vsque ad 45. etc.

Casp. Valckenarii suisque doctis *Petrus Wesseling*: acced. praeter vitam Homeri varia ex priscis auctoribus excerpta. Amstelod. 1763. fol. Iusto tamen timidior in exterminandis spuriis et restituendis genuinis lectionibus saepe visus est Wesselingius viris quibusdam criticis, praecipue *Frid. Wolfgango Reizio*, qui nouam editionem ac recensionem contextus gr. parare instituit, at, morte absumtus, quatuor libros priores part. I. vol. I. tantum edere potuit, Lips. 1778. 8. — rec. Lips. 1807. 8. — Continuauit illam editionem edidit que vol. I. part. posteriorem *Godofr. Henr. Schaefer*, Lips. 1800. 8. iterumque, nouis curis recognitam, 1812. 8. qui denuo Herodoti textum recognouit, ex optimis exemplaribus, et comparata Larcheri versione, emendauit, Lips. tom. I. 1800. tom. II. 1801. tom. III. 1803. gr. mai. 8. Notae promissae, et alia, quae supersunt, adhuc restant. — In quatuor prioribus libris Reizianam, in reliquis Wesseling. recensionem sequutus Herodoti et Ctesiae, quae exstant, opp. et fragmm. gr. edidit *Aug. Christi. Borheck*, Lemgov. 1781. et 1782. II. tom. mai. 8. cum Gattereri commentat. de contexto historiarum Herodoti, ex bibliotheca historica vniversali, tom. II. p. 46 sqq. lat. versa; atque editionis alterius, quae, vt in praefat. p. 5. profitetur, noua est eaque accurata Herodotei operis recensio, tam ad veterum librorum fidem, quam e coniecturis virorum doctorum facta, tom. III. Lemgov. 1808 — 1810. 8. — Idem V. D. edidit: *Griechische Erzählungen aus Herodot, mit Anmerkungen und einem erklärenden Wortregister.* Colon. 1803. 8. — et Adparatum ad Herodotum intelligendum et interpretandum, cuius vol. I. Lemgov. 1795. 8. chronologiam Herodoti Larcherianam, latine versam, auctam et emendatam, vol. II —V. ibid. 1797—1800. 8. crisin Herodoteam continent. — In *Dan. Wyttenbachii* Selectis principum

pum historicorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii illustribus locis etc. Amstelod. 1794. 8. (ed. alt. auct. 1808.) ex III. prioribus Herodoti libris; et in *Aug. Matthiae* Historiae gr. capp. praecipuis, s. excerptis ex Herodoto, Thucyd. Xenoph. Altenb. 1804. 8. ex Herod. libris V—IX. multa Herod. loca sunt. — *Herodoti Halic.* Historiarum libri, [a cap. 94. libri VI.] qui enarrationem pugnarum inter Graecos et Persas complectuntur. Textum recognitum cum summariis, excerptis superiorum interpretum suisque animaduerss. et indic. edidit *Dav. Schulz*, Hal. Sax. 1809. mai. 8. II. voll. — Quorumdam librorum, separatim editorum, ac versionum omnium librorum notitia alibi a me et Borheckio aliisque data est. Hoc loco recentiorum tantum quarumdam versionum commemoratio sufficiat. Verterunt autem: *gallice*, *Larcher*, additis notis criticis atque historicis, disquisitione de chronologia Herodoti, tabulaque geographica, Paris. 1786. VII. voll. 8. et correctius auctiusque ibid. 1803 sq. IX. voll. in 4. et 8. — *anglice*, *Isaac. Littlebury*, Lond. 1709. 8. rec. 1723. 8. et 1737. 8. II. voll. — *Guil. Beloe*, Londini, IV. voll. 1791. 8. cuius quarta edit. auctior et emendatior prodiit Lond. 1806. 8. IV. voll. cum tabula Aegypti geographica. — et *Jo. Lempriere*, ib. 1792. 8. — *italice*, *Jul. Caesar Becelli*, Veron. 1733. II. vol. mai. 4. — anonymus, tom. I. Romae 1789. 4. — *germanice*, *Jo. Eustach. Goldhagen*, Lemgov. 1756. 8. *) — *Jo. Frid. Degen*, cum notis et canone chronologico etc. ex opere Larcheriano, Francof. ad M. 1783—1791. 8. VI. voll. — *Maximil. Jacobi*, Düsseldorf. III. voll. 1799. 1800. et 1802. 8. atque *Frid. Lange*, part. I.

---

*) At conf. *Jo. Dav. Heilmann* prolus. *Prüfung einer neulich herausgekommenen Uebersetzung des Herodots* etc. Osnabrug. 1757. 4. rec. in Heilmanni Opusc. ed. a Danov. part. II. Jenae 1778. 8. p. 1—86.

I. quae continet IV. priores libr. Berol. 1811. 8. — Multi VV. DD. in interpretando aut illustrando Herodoto versati sunt, quorum magnam copiam alibi protuli. Hic paucos nominabo. *Gabr. Godofr. Bredow* disput. Geographiae et Vranologiae Herodoteae specimina, Helmstad. 1804. 4. cum tabula geograph. s. tabula terrae e mente Herodoti descripta. — *Theoph. Christ. Breiger* de difficilioribus quibusdam Asiae Herodoteae, Gotting. 1793. 4. — *Chr. G. H. Frömmichen* Asiae Herodoteae difficiliora, ibid. 1794. — *C. A. Böttiger* progr. de Herodoti historia ad carminis epici indolem propius accedente, Vimariae 1792. et 1793. 4. — *A. H. L. Heeren Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt*, ed. II. Gotting. vbi in tomo I. a. 1804. p. 53. et tom. II. 1805. 8. p. 269. etc. fidem Herodoti historicam plurimis quidem locis probatam tuetur. — *G. Knoes* disquisit. de fide Herodoti, qua perhibet, Phoenices Africam nauibus circumuectos esse, cum recentiorum super hac re sententiis excussis, Gotting. 1806. 4. — De *Creuzeri* periculo etc. v. infra §. 56. de Thucydide. — (*De Volney* Comte etc.) Chronologie d'Herodote etc. Paris. II. tom. 1807. et 1809. 8. — *Franc. Xav. Werferi* obseruatt. crit. et grammat. in Herodot. P. I. in Actis Philolog. Monacens. T. I. 1812. 8. p. 71 sqq.

42. *Empedocles*, Agrigentinus, poeta et philosophus, circ. a. ante C. n. 442. V. C. 310. Pauca eorum, quae scripsisse dicitur, fragmenta e libris περὶ Φύσεως restant, quae post Stephanum edidit auctiora *Frid. Guil. Sturz* in libro inscripto: *Empedocles Agrigentinus: De vita et philosophia eius*, (in quo longo commentario docte disputatur de Empedoclis aetate, magistris, ingenio, poesi, eloquentia, magia, arte medica, musica, scriptis, diuitiis et luxu, moribus, morte,

pla-

placitis etc.) *exposuit, carminum reliquias ex antiquis scriptoribus collegit, recensuit, illustravit, praefat. et ind. adiecit.* Lips. 1805. 8. II. tom. et duo specimina animaduersionum in Empedoclis carmina antea proposuit in Chr. Dan. Beckii Commentariis societatis philolog. Lipsiensis, vol. I. part. I. p. 24 sqq. et part. II. p. 262 sqq. — *Empedoclis* et *Parmenidis* Fragmenta, ex cod. Taurinensis bibliothecae restituta ab *Amedeo Peyron* etc. Lips. 1810. 8. conf. ephem. litt. Gotting. 1811. nr. 14. et infra de *Simplicio.* — Poëma astronomicum, *Sphaeram*, quod Empedocli etiam vulgo tribuitur, primus gr. edidit *Fed. Morellus*, Paris. 1586. (al. 1584.) 4. *Q. Septimii Florent. Christiani* translationem, latinis iambis, cum quibusdam castigatt. idem Morell. separatim excudi fecit, Paris. 1587. 4. Idem carmen gr. cum versione notisque Q. Sept. Flor. Christiani recudi fecerunt *Jo. Chr. Heilbronner* in Historia vniuersae matheseos p. 124 sqq. praemissa notitia de Empedocle eiusque placitis mathematicis, ac seorsim *Beniamin. Hederich*, Dresdae 1711. 4. atque *Fabric.* in B. Gr. I. p. 816 sqq. vbi addidi plures notas *Beniam. Hederici.* — *D. C. L. Struve* scripsit de elementis Empedoclis, Dorpat. 1807. 8. Caue autem, ne inscriptione libelli: *Ger. Nicol. Heerkens Empedocles*, Gröning. 1783. 8. deceptus arbitreris, in eo agi de Empedocle. Insunt enim physicorum epigrammatum libri quinque, quorum primus liber iam prodierat Lugd. B. 1748. Cur vero *Empedocles* inscriptus sit liber, quia ille et poeta et physicus philosophus fuisset, caussa in nota p. 58. adfertur.

43. *Sophocles*, Atheniensis, excellens meliorque, quam Aeschylus atque Euripides, poeta tragicus: non solum dicendi agendique rationem, sed etiam formam theatri graeci aptius elegantiusque constituit, picturis ornauit, tertiam induxit per-

personam loquentem, et chorum mutatum fabulae actioni immiscuit; morum tamen castitati, et curae rei familiaris haud diligenter studuisse arguitur. Vixit secundum *Saxium* in Onom. I. p. 41. ab Olymp. LXX. 3. — XCIII. 3. Olymp. autem LXXXV. 3. ante C. n. 436. V. C. 316. dux Atheniensium lectus est cum Pericle. Alii vero aliter rationes subduxerunt. Conf. *G. E. Lessingii Leben des Sophokles, herausgegeben von Jo. Joach. Eschenburg*, Berol. 1790. min. 8. et eiusd. *Lessingii* commentat. de Sophoclis aetate etc. in eius Opp. tom. XIV. p. 277 sqq. 284 sqq. et 290 sqq. et in *G. E. Lessingii* obseruatt. criticis in varios scriptores gr. atque lat. ex operibus eius collectis, (latine versis,) atque in ordinem redactis a *Jo. Frid. Jac. Reichenbach*, Berol. 1794. 8. p. 6—35. et p. 128 sqq. Add. *Besenbeck* diss. de ingenio Sophoclis, Erlang. 1789. 4. — E multis Sophoclis tragoediis tantummodo septem ad nostram peruenerunt aetatem, quarum edd. hae sunt potiores; nonnullis autem scholia veterum quorumdam criticorum addita sunt. Princeps est Aldina, Venetiis 1502. 8. gr. Haec basis erat reliquarum edd. vsque ad Turnebum, ex. gr. Florentin. cum interpretationibus vetustis *), gr. (curante *Antonio Francino*, qui textum quoque castigauit,) per hered. Phil. Juntae 1522. 4. et gr. apud Bern. Junctam 1547. 4. Paris. ap. Sim. Colinaeum, 1528. 8. Francofurt. ex offic. Petri Brubachii gr. cum interpretationibus vetustis, 1544. 4. et 1555. 4. et sine scholiis 1549. in calce autem 1550. et 1567. 8. — Quatuor latinae versiones sunt memorandae: 1) Interprete *Jo. Baptista Gabia* Veronens. ad verbum facta, cum scholiis quibusdam, Venetiis 1543. 8.

*) Σχόλια παλαιά primum seorsim prelo exierunt Romae 1518. 4.

8. 2) *Viti Vinshemii,* Francof. excud. Petr. Brubachius, 1546. 1549. etc. 8. 3) *Thomae Naogeorgi,* tragoediae ſeptem latino carmine redditae et annotatt. illuſtratae, Baſil. per Jo. Oporinum, ſ. a. (epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt Stuttgard. 1558.) 8. et 4) *Georgii Ratalleri,* lat. carmine redditae, Antwerp. 1570. 8. ac ſaepius. — Noua, at ſatis famoſa, prauis lectionibus paſſim intruſis, aliisque mutationibus, praeſertim in canticis, factis, contextus gr. recenſio e codice, a *Demetrio Triclinio* recenſito, ducta, gr. cum Dem. Triclinii ſcholiis, apud Adrian. Turnebum, Pariſ. 1553. 4. Illam tamen recenſionem poſteri editores vsque ad Brunckium vt plurimum ſequuti ſunt, niſi vt *Henr. Stephanus* interdum diſcederet in ed. gr. cum omnibus gr. ſcholiis, (ſed emendatioribus et textui ſubiunctis,) et cum latinis *Joach. Camerarii,* (ad calcem poſitis) et adnotatt. *Henr. Stephani* in Sophoclem et Euripidem, ſeorſum excuſis, (quae tamen in meo deſunt exemplo,) 1568. 4. Stephani adnotatt. aliaque ſeparatim etiam prodierunt 1568. 8. — Eaedem Tragoediae gr. cum ſcholiis gr. et verſione lat. Viti Winſemii: — acceſſ. Joach. Camerarii et Henr. Stephani adnotatt. in Sophocl. Excud. Paul. Stephan. 1603. 4. — Inprimis *Guil. Canteri* merita in tollendis et corrigendis multis mendis et forma Sophocleorum dramatum rectius conſtituenda haud exigua ſunt. Antwerp. ex offic. Chriſtph. Plantini 1579. 12. graece. — Sophoclis tragoediae, in Britannia ſaepius, et quidem cura *Johnſoni* et cum eius notis in lucem exierunt: v. Brüggemann View etc. p. 99 ſqq. et Supplem. p. 26. Pinelli biblioth. II. p. 300 ſq. — Ex Johnſoniano exemplo reddidit contextum et ſcholia *Jo. Capperonnier,* quo defuncto edidit notas, praefationem et indicem adiecit *Jo. Franc. Vauvilliers,* qui plura praeſtitit, et Brunckii edit. quoque conſuluit, Pariſ. 1781. 4.

4. II. voll. — *Brunck.* autem, tertiae editionum aetatis parens, reduxit Aldinam lectionem, at e codd. plerumque, interdum ex coniectura, crebrius correctam aut immutatam, et ſcholia diſtinxit. Poſtquam praeluſerat quaſi, edendo *Sophoclis Electram*, cum Euripidis Andromache, gr. cum notis, Argentorati 1779. 8. — *Sophoclis Antigonen,* cum Aeſchyli tragoediis, Prometheo, Perſis et Septem ad Thebas, atque cum Euripidis Medea, gr. cum notis criticis, ibid. 1779. 8. et *Oedipum tyrannum,* cum Euripidis Oreſte, ib. 1779. 8.: poſtea ſeptem *Sophoclis* tragoedias ad optimorum exemplarium fidem emendatas, cum verſione et notis emiſit in lucem, Argentorati tom. I. II. 1786. tom. III. qui continet ſcholiaſtas gr. et fragmm. atque Lexicon Sophocleum, 1788. 8. cui acceſſit ſeparato volumine index; et in ſplendida editione, ibid. II. tom. 1786. 4. atque ex noua recognitione gr. et lat. cum ſcholiis vett. omiſſis Triclinii et recentioribus ſcholiis, ſplendida forma, ibid. III. tom. 1789. mai. 8. — *Soph.* tragoediae VII. correctore Harwoodio, et Morellio ampliſſimum conficiente indicem, Lond. 1786. 4. ſed calci lectt. variae ex edit. Brunck. demum a. 1788. adiectae ſunt. — In vſum ſcholarum, ad exemplar Brunck. gr. ſine verſione et ſcholiis, Halae Sax. 1790. 8. — cum animaduerſſ. *Sam. Muſgraue,* Oxon. 1800. 8. *) Baſis eſt ed. Johnſon. ſed quod poſt mortem Muſgrauii edit. prelo exiit, editor anonymus addidit V. L. editt. Aldinae, Florentinar. II. Colinaei, Turnebi et Brunckii. — *Sophocl.* Tragoediae VII. ex recenſ. Brunckii, cum eiusdem ſelectis paucisque ſuis notis edidit *Laur. Sahl,* Hauniae 1802. 8. II. partt. —

*) De hac aliisque quarumdam Sophocl. et Euripid. tragoediar. editt. v. *Beckii* comment. ſocietatis philolog. Lipſ. vol. II. part. 1. p. 169 ſqq.

Soph. Tragoediae septem ac deperditarum fragmm. emendauit, varietatem lectionis, scholia notasque tam aliorum, quam suas adiecit *Car. Gottlob Aug. Erfurdt*: acc. Lexicon Sophocleum et index. Lips. 1802—1811. 8. VI. voll. (tot enim hucvsque prodierunt.) Illorum singula peculiarem quoque habent inscriptionem, ex. gr. vol. I. *Soph. Trachiniae*, vol. VI. *Aiax* etc. Idem *Erfurdt* parare coepit paruo parabilem editionem, graece, iterum recensuit et breuibus notis instruxit. *Sophoclis Tragoediae*, vol. I. *Antigona*, Lips. 1809. vol. II. *Oedipus Rex*, ib. 1811. min. 8. — Denique *Sophoclis Dramata* etc. gr. et lat. denuo recensuit et Rich. Fr. Phil. Brunckii adnotatione integra, aliorum et sua selecta illustravit *Frid. Henr. Bothe*, Lips. 1806. mai. 8. II. tom. (conf. tamen *Jen. allgem. L. Z.* 1810. nr. 39. 40 et 41. et *Neue Leipz. L. Z.* 1808. nr. 117. m. Sept.) et *Soph. Tragoediae*, ad opt. libr. fidem emendatae cum breui notatione emend. edid. *Godofr. Henr. Schaefer*, Lips. 1810. min. 8. tom. I. II. — Separatim editae sunt quaedam tragoediae: omissis vero antiquioribus editt. iisque, quas §. 29. de Aeschylo memoraui, quasdam et recentiores potissimum laudabo. — *Aiax flagellifer*; cum obseruatt. *Balthas. Stollbergii*, Witteberg. 1668. 8. — cum scholiis antiquis et nouis, ac versione tam soluta, quam Scaligeri metrica, edid. *Jo. Gottfr. Hoerius*, ibid. 1746. 8. et mutato tituli folio, Lips. 1765. 8. — *Soph. Aiax*, graece, cum scholiis et commentario perpetuo edidit *Christ. Aug. Lobeck*, Lips. 1809. mai. 8. *) — Istam tragoediam germanice vertit, et obseruatt. varii gene-

*) Annotationes ad Sophoclis Aiacem, e scholiis graecis — vulgauit *Jo. Gottlob Jäger*, Altonae 1811. 8. et ipse *Lobeck* antea *Specimen* (I. Viteberg. 1804. et II. ibid. 1806. 8.) *obseruationum criticarum et grammaticar. in Sophoclis Aiacem Lorarium* ediderat.

generis ſubiunxit *Aug. Chriſtian. Borheck*, Gothae 1781. min. 8. — *Soph.* tragoediae, *Aiax* et *Electra*, noua verſione donatae, ſcholiisque veteribus, tam antehac, quam nunc primum editis, illuſtratae: acc. notae perpetuae et variae lectt. opera *Thomae Johnſon*, Oxon. 1705. 8. — *Electra*, gr. lat. et italice, Romae 1754. 4. — gr. ac lat. editore *Proſpero Petronio*, Neapoli 1737. 8. — cum antiquis ſcholiis (excerptis,) varietate lectionis et perpetua adnotatione *Ge. Ant. Chriſtoph. Scheffler*, Helmſtad. 1794. 8. — *Oedipus Tyrannus* in *Jo. Burtoni* Pentalogia, Oxon. 1758. 8. et in ed. II. quam *Thom. Burgeſs* curauit, Oxon. 1779. 8. et graece in *Wolfii* Tetralogia dramatum Graecor. Halae Sax. 1787. 8. — e recenſ. et cum notis ſelectis Brunckii, quibus ſuas adiecit *Alb. Chriſti. Meinecke*, Gottingae 1790. 8. — *Oedipus rex*, gr. et lat. ex rec. Brunckii, perpetua adnotatione illuſtrauit *Chriſt. Theoph. Kuinoel*, Lipſ. 1790. 8. (praefixum eſt *J. C. F. Manſo* iudicium de Sophoclis Oedipo, ex eius germanica huius tragoediae verſione, Gothae 1785. 8. min. p. 117 ſqq. ſumtum.) — graece, cum commentario perpetuo *Jo. Henr. Chriſt. Barby*, Berol. 1807. min. 8. (praemiſſo argumento, ex *Henr. Blümneri* disp. de Sophoclis Oedipo, Lipſ. 1788. 4. repetito.) — *Antigone*, e recenſ. Brunckii cum eiusd. et Camerarii notis ſelectis curauit *A. C. M(einecke,)* Gottingae 1788. 8. — cum commentario *J. H. C. Barby*, Berol. 1806. 8. — *Oedipus Coloneus*, cum notis et indice gr. lat. edid. *Alb. Ch. Meinecke*, Duisburg. 1791. 8. — *Philoctetes*, cum notis *Frid. Gedike*, Berol. 1781. 8. (in hanc edit. et tragoed. ſcholia breuiora conſcripſit *Jac. Struue*, Hannov. 1786. 8.) cum commentario *F. H. Koeppen*, Brunſwig. 1788. 8. — *Philoctetes*, *Euripidis* Hecuba, Medea, Iphigenia in Aulide, cum indice et mantiſſa varr. lectt.

lectt. cur. *Aug. Herm. Niemeyer*, Hal. Magdeb. 1781. 8. — altera ed. emendatior, cui indic. adiecit *J. P. Krebs*, ibid. 1797. 8. — *Philoctetes* et *Trachiniae*, in tragoediarum delectu a *Gilb. Wakefield* edito, Londini 1794. mai. 8. II. tom. — *Philoctet.* cum commentario *J. H. C. Barby*, Berol. 1803. 8. — *Trachiniae*, gr. cum ſcholiis gr. et commentario *J. Ge. Chriſti. Hoepfner*, Lipſ. 1791. mai. 8. (vid. idem in *N. Magazin für Schulen*, I. 2. et II. 1. atque in *Wiedeburg philolog. pädagog. Magazin*, I. 1. II. 2. et III. part. 1. et 2.) — *Trachiniae*, gr. in vſum ſcholar. edidit et notis illuſtrauit *Godofr. Ern. Groddeck* etc. Vilnae 1808. 8. — cum variet. lect. et comment. *Henr. Lud. Julii Billerbeck*, Hildeſiae 1801. 8. — *Trachin.* germanice vertit et adiecit obſſ. criticas atque exegeticus *Guil. Süvern*, Berol. 1802. 8. Conf. *Ergänz. Blätter zur allg. L. Z.* 1809. nr. 79. vbi comparatur cum verſ. germ. Aſtii et Solgeri. — *Antigone* cum Aeſchyli Prometheo gr. ed. ab *Aſtio*, Landshut. 1810. 8. — De verſionibus ſingularum tragoediar. et de commentatt. quibus Sophoclea illuſtrantur aut emendantur, alibi copioſius egi: hic tantum pauca adferre licebit. Cel. *de Matthaei* reperit quoddam fragmentum tragoediae, quod a Sophocle ſcriptum putabat, et edidit: *Clytaemneſtrae, tragoediae Sophoclis, fragmentum ineditum* *); ex cod. Auguſtano et apographo Alexandrino, additis animaduerſſ. et interpretatione latina primum edidit *Chriſt. Frid. de Matthaei*, Moſquae 1805. 4. ex qua editione id recudi fecit *Eichſtädt* in progr. *Clytaemneſtrae Sophocli adſcriptum fragmentum*, Jenae 1806. fol. idemque promiſit animaduerſiones in illud, et disquiſi-

*) Conf. *Beckii* comment. citat. vol. III. part. 1. p. 94 ſqq. Ibid. p. 63 ſqq. cenſuram *A. G. Gernhardi* Obſeruatt. in Sophoclis Philocteten, Lipſ. 1802. 8.

quiſitionem de authentia illius, de qua iam dubitauit: negat quoque, genuinum id eſſe Sophocleum, cenſor in: *Neue Leipzig. L. Z.* 1806. nr. 42. p. 665 ſqq. Vberius tamen, illam fabulam minime eſſe Sophoclis, docetur in libello: *Sophoclis, vt volunt, Clytaemneſtrae fragmentum*, poſt editionem Moſquenſem principem edi curavit notis adiectis *D. Car. Lud. Struue*, Rigae 1807. 8. In prolegg. editor pluribus euicit argumentis, Sophoclem non ſcripſiſſe fabulam aliquam, nomine Ctytaemneſtram, multo minus hoc fragmentum eſſe Sophocleum; ſed iſtum Pſeudoſophoclem Senecae fabulam, Agamemnona, ante oculos habuiſſe, ex ea plurima ſumſiſſe, et pauca, demtis vel additis quibusdam, mutaſſe, et corrupiſſe eam potius, quam emendaſſe, atque auctorem Clytaemneſtrae, vtpote hominem chriſtianum, latinum, monachum eccleſiae occidentalis, latinis litteris imbutum, non ante ſeptimum ſaeculum poſt C. n. vixiſſe: idemque in notis, quibus notas Matthaei inſeruit, ſaepius vberiusque corroborare ſtuduit ſuam ſententiam. Seriori aetati auctorem adſerit *Wolf* in *Intelligenzblatt* nr. 35. ad *Jen. L. Z.* 1807. — In linguam germanic. transtulerunt omnes tragoedias *Chriſti. Comes de Stollberg*, Lipſ. 1787. mai. 8. II. voll. — *Fr. Hoelderlin*, cum notis, Francof. ad M. 1804. 8. II. voll. (nec verſio, nec notae additae laudantur;) et *Car. Guil. Ferdinand. Solger*, cum notis, maximam partem criticis, Berol. 1808. II. voll. mai. 8. Add. verſiones german. *Steinbrüchel* in *Tragiſchem Theater der Griechen*, tom. I. Tigur. 1763. m. 8. *Georg. Chriſtoph. Tobler*, Baſil. 1781. 8. II. tom. et *G. Fähſii*, II. tom. 1809. 8. — *Sophocl. Philocteten* germ. vertit *Otto Martens*, Tubing. 1810. 8. — *Soph.* in linguam transtulerunt *gallicam Anna Dacier*, cum notis criticis, Amſtel. 1693. mai. 12. rec. Altenburg. 1764. 8. — *Rochefort*, cum animaduerſſ.

maduerss. et examine singularum tragoedd. in nova edit. operis Brumoiani, Le theatre des Grecs, Paris. 1788. 8. II. voll. — in *anglicam* linguam *Ge. Adams*, Londin. 1729. 8. II. tom. — *Thomas Franklin*, Lond. 1759. 4. II. voll. repet. cum dissert. de antiqua tragoedia, ib. 1766. 8. II. voll. et correct. ib. 1788. 8. — *Potterus*, ib. 1788. 4. — Denique pauca alia, in quibus Sophoclea vario modo explicantur, commemorabo: Varietas lectionis in tres Aeschyli tragoedias priores, ex cod. acad. Vitebergensis, edente *Car. Zeunio*, in Nouis act. erudit. Lips. pro a. 1776. m. Nov. edit. a. 1782. p. 506 sqq. — Obseruatt. criticae in Sophoclem, Euripidem, Anthologiam gr. et Ciceronem: adiuncta est e Sophoclis cod. Jenensi varietas lectionis et scholia maximam partem inedita; scripsit *Ludov. Purgold.* Auctarium subiecit *Henr. Car. Abr. Eichstädt*, Jenae et Lipsiae 1802. 8. — *G. G. Bredow* in Ciceronis, *Sophoclis*, Plutarchi aliquot locos criticae obseruatt. in Nouis actis societ. lat. Jenens. ab Eichstadt editis, vol. I. p. 139 sqq. — *M. J. H. C. Eggers* scripsit Animadversionum in Sophoclis Oedipum specim. I. Kilon. 1805. 8. (p. 63—65. etiam exstat adpendix in *Euripidis* Phoeniss. 1262.) Idem versionem germ. eiusd. tragoediae edidit ib. 1803. 8. etc. — *Ludov. Doederlein* Obseruatt. Criticae in Sophocl. Oedip. Col. in Actis Philolog. Monacens. T. I. p. 25 sqq. — De Sophocle et Euripide Boeckhii lib. v. ad Aeschylum.

44. *Euripides*, Atheniensis, natus Salamine ante C. n. 480. V. C. 283. *) die 20. Boedromionis, qua Athenienses ad Salaminem insulam et osti-

*) Sed in anno designando variant VV. DD. v. *Barnesii* vitam Euripidis in tom. I. et Chronologiam *Musgrauii* scenicam ab Euripidis nati tempore (Olymp. LXXV. 1.) ad eiusdem mortem (Olymp. XCIII. 3.) tom. III. ed. Barnes. Beckianae post praef. p. 5 sqq. item ad Fabr. B. Gr. II. p. 234. in cap. XVIII. de *Euripide.*

oſtium *Euripi* victoriam naualem de Perſis reportarunt, vnde *Euripides* nomen ſortitus eſſe dicitur. Arte athletica, ad quam a patre Mneſarcho inſtituebatur, haud delectatus, litteris ſe conſecrauit, et in arte orandi Prodicum Chium, in philoſophia Anaxagoram habuit magiſtros: arti quoque pictoriae operam dedit. Socrate, qui eum magni aeſtimauit, vſus eſt familiariter. Hinc in arte philoſophandi atque orandi adeo profecit, vt, quum animum ad tragoedias docendas adpelleret, etiam in his et orator, a *Quinctiliano* quoque I. O. libr. X. cap. 1. §. 67. eloquentiae ſtudioſis inprimis commendatus, et philoſophus fieret egregius, adeo tamen ſeuerus, vt in tragoediis ſuis interdum excederet modum, eiusque tragoedia diceretur philoſophia cothurnata. Praecipue miſericordiam excitare ſtuduit. Aeſchylo tamen audacia, et Sophocli, quocum etiam concertauit, ſublimitate dictionis, οἰκονομίᾳ et temperantia in exornandis characteribus ceſſit, cum Sophocle tamen Graecorum tragoediam perfecit. (Conf. *Jo. Frid. Haberfeld* comment. Euripidis ingenium ad Ariſtotel. poeticam, cap. XIII. §. 4. breuiter adumbratum, Lipſ. 1789. 8.) Ariſtophanem autem habuit obtrectatorem. Tandem a rege Macedoniae, Archelao, inuitatus, patriam reliquit; at tertio anno poſt, canum morſu vulneratus, animam efflauit ante C. n. 407. V. C. 347. Atque tam Archelaus, qui in vrbe ſua metropoli, Pella, honeſtum funus poetae curauit, alioque loco poſuit monimentum, quam Athenienſes, qui, poſtquam oſſa eius, in ſolo patrio tumulanda, a rege fruſtra repetierant, nobile condiderunt cenotaphium, vehementer luxerunt eius interitum, aliosque honores ei poſt mortem decreuerunt atque habuerunt. Nos autem tragoedias, (quarum ingentem numerum recenſet Fabricius,) nouemdecim habemus integras, et viceſimae initium. Harum potiores

tiores ſunt edd. *): Princeps eſt, litteris capitalibus, *Euripidis* Medea, Hippolytus, Alceſtis, Andromache. Graece, in 4. ſub finem ſaec. XV. — tum tragoediae XVII. ex codd. parum emendatis, Venetiis apud Aldum, 1503. 8. Sunt exemplaria, in quibus ſub finem addita eſt tragoedia, *Hercules furens.* — vitioſe repetita eſt Aldina edit. Baſil. per Jo. Heruag. 1537. 8. tum ibid. 1544. 8. gr. in qua tamen Oporinus multa nouaſſe arguitur: dein, addita trag. *Electra* ex editione et cum praefat. Victorii, (qui illam tragoediam primus e cod. ediderat Romae 1545. 8. et cum verſione lat. ib. 1546. 8.) Baſil. 1551. 8. (quae edit. libris rarioribus adnumeratur.) — *Scholia* in ſeptem Tragoedias, ex antiquis exemplaribus ab Arſenio collecta, gr. primum in lucem prodierunt Venet. in offic. Lucae Ant. Juntae 1534. 8. — emendatiora Baſil. per Jo. Heruagium, 1544. 8. — Tragoediae gr. cum *Caſpari Stiblini,* (qui ſingula dramata in actus diſtinxit,) verſione lat. notisque, et cum *Jo. Brodaei* adnotatt. (in vndecim tragoedias,) etc. Baſil. 1562. fol. — Multo plura praeſtitit primusque verſus in choricis illigauit modulis ſuis, et nouam duxit editionum claſſem *Gul. Canterus* in nitida raraque edit. Antverp. ex offic. Chriſtph. Plantin. 1571. 12. gr. — repet. gr. et cum verſione lat. *Aemilii Porti* notisque Canteri, addito viceſimae tragoediae, cui *Danae* nomen, initio. Heidelberg. apud Hier. Commelin. 1597. II. voll. 8. — *Aemilii Porti* notae in Eurip. ſeparatim editae ſunt ibid. 1599. 8. — Quae exſtant omnia; item fragmenta, et quinque epiſt., quae tribuuntur Euripidi, cum ſcholiis, et ſuis aliorumque ſelectis

*) Pleniorem et omnium, quas habemus, et ſingularum ſeparatim editarum, item verſionum atque libellorum, quibus illuſtratus eſt Euripides, catalogum contexuit cel. *Beck* in tom. III. edit. poſt praefationem. De quibusdam edd. v. ſupra in §§. de Aeſchylo et Sophocle, et de antiquioribus *Clement* in Biblioth. hiſtorique et critiq. T. VIII. p. 165 ſq.

ſelectis obſeruatt. aliisque multis acceſſionibus edidit *Joſ. Barnes,* Cantabrig. 1694. fol. Critici tamen multa deſiderant et in illa edit. et in ea, quam gr. cum interpretatione italica notisque partim latinis, partim italicis curauit *P. Carmeli,* Patav. 1731—1753. XX. voll. mai. 8. — Multo melior ſplendidaque edit. eſt et noua tragoediarum recenſio, ad fidem codd. veterumque editt. facta, cum fragmentis Euripid. variis lectt. interpretatione lat. emendata et ſcholiis gr. in VII. priores tragoedias, curante *Samuele Musgraue,* Oxon. 1778. IV. voll. mai. 4. *) — Barneſianam editionem, rogante bibliopola Lipſienſi, recudi fecit primum *Sam. Frideric. Nathanael Morus,* dein, primo volumine prope ad finem perducto, interim adpendice obſeruationum, e variis doctor. virorum libris collecta, accedente, cura operis a Moro demandata eſt *Chriſtiano Danieli Beckio,* qui edit. multis deinceps ornauit auxitque acceſſionibus. Tom. I. prodiit Lipſiae 1778. 4. — tom. II. cui accedunt fragmenta ex recenſione Sam. Musgraue, ib. 1779. — denique tom. III. continens Sam. Musgrauii notas integras in Euripidem: acced. praeter lectionis varietatem ſcholia auctiora, commentationes et animaduerſiones VV. DD. excerptae et index verborum copioſus, curante *Chriſti. Dan. Beckio,* ibid. 1788. 4. qui p. 444 ſqq. doctam inſeruit ſuam diatriben criticam *de Rheſo, ſuppoſititio Euripidis dramate,* iam quidem Lipſiae a. 1780. ſeparatim editam, ſed in iterata hac edit. illam et auctiorem reddidit et emendatiorem ac plane retractatam. Idem V. C. nouam

*) Conf. longam doctamque cenſuram in Bibl. critica, part. IV. Amſtel. 1779. 8. p. 1 ſqq. et part. V. ſ. volum. II. part. I. ibid. 1780. p. 36 ſqq. vbi quoque recenſetur ed. Brunckii: Aeſchyli Tragoediae— Sophoclis Antigone et *Euripidis Medea*, Argentor. 1779. min. 8. praecipue de Medea: ibid. p. 114 ſqq. de aliis editt.

nouam eamque minorem et criticam editionem parare coepit, gr. cum variis lectt. tom. I. Regiomonti et Lipſ. 1792. 8. — *Richard. Porſon* ſingulas tragoedias e codd. emendatiores pedetentim edidit, notisque inſtruxit, n. *Hecubam*, Londini 1797. 8. *) iterum Cantabrig. 1802. mai. 8. in qua edit. Porſon plures conſuluit codd. textus verba ſaepius emendauit, notasque auxit et emendauit. — *Oreſtem*, Lond. 1798. 8. — *Phoeniſſas*, ibid. 1799. 8. et *Medeam*, Cantabr. 1801. 8. Has quatuor tragoedias iunctim repetendas curauit *Schaeferus*, inſcriptione praefixa: *Euripidis Tragoediae.* — *edidit Ric. Porſon* —. *Editio altera correctior, indicibus locupletiſſimis aucta*, tomus I. Lipſ. 1802. 8. gr. — iterum: — *Editio in Germania altera* correctior et auctior, indicibusque locupletiſſimis inſtructa. gr. ibid. 1807. 8. Hinc inde immiſcuit adiecitque *S.* notas: idem p. 563 ſqq. dedit *addenda*, et *Erfurdt* in epiſt. ad Schaeferum p. 569. ſqq. paucas notas ſuppeditauit criticas. Conf. longam acutamque cenſuram in *Jen. A. L. Z.* 1808. nr. 248 et 249. m. Octobr. et *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 422 ſqq. vbi etiam aliae edd. recenſentur atque *Erfurdtii* Animaduerſſ. ex eius programmate repetuntur. — Nouam Euripidis editionem parare coepit *Ern. Zimmermann*, (et prodierunt voll. III. quae continent graecum dramatum textum,) cum ſcholiis, verſione latina, obſeruatt. et lexico, Francof. ad M. 1808. mai. 8. — *Euripidis* Tragoediae, graece, (pars Corporis poetar. graecorum, cur. *Godofr. Henr. Schaefer*,) tomm. IV. Lipſ. 1810. et 1811. min. 12. textu paſſim mutato, quarum mutatio-

*) In illam Hecubae edit. Diatriben compoſuit *Gilb. Wakefield*, Lond. 1797. 8. et in illam tragoediam ac Porſoni animaduerſſ. conſcripſit notas *Godofr. Hermann* in ſua *Hecubae* edit. Lipſiae, 1800. 8. qua Porſon in altera ſua edit. vſus eſt.

tationum specimen dedit ipse editor in praefat. ad editionem Lipsiensem Anacreontis Brunckiani. — Singularum tragoediarum editiones, quae multae sunt, quasdam tantum paucis nominare licebit. *Hecuba, Orestes* et *Phoenissae:* gr. ac lat. textum ac scholia, ineditis aucta, emendauit notisque etc. illustrauit *Jo. King,* Cantabr. 1726. 8. — repetita est illa editio, cura *Thomae Morell,* qui adiecit *Alcestin*, cum scholiis, noua versione, notisque, Londini 1748. II. voll. 8. — *Hecuba, Hippolytus, Phoenissae* et *Bacchae,* gr. ex noua recensione et cum notis *Rich. Fr. Ph. Brunckii,* Argentorati 1780. 4. et min. 8. Ex hac edit. cum Br. notis *Hecubam,* Lips. 1781. 8. — *Phoenissas,* ib. 1793. 8. — *Hippolytum,* ib. 1788. 8. gr. recudi fecit *Geo. Henr. Martini.* — Ἑκάβη e recens. et cum notis *Rich. Fr. Phil. Brunck.* — editio altera, auctior et emendatior, cum varietate lectionis Porson. (cura *Schaeferi,*) Lips. 1803. 8. — *Hecub.* selecta varietate lectionis et continua adnotatione illustrauit *Christ. Frid. Ammon,* Erlangae 1789. min. 4. (qui eam quoque vna cum *Andromache* germanice vertit notasque adiecit, ibid. eod. anno 8.) — *Hecuba,* ex recens. Brunckii, in vsum scholarum, ed. III. Lips. 1810. 8. — *Orestes,* gr. cum variet. lectionis notisque *J. F. Facii.* Coburg. 1778. 8. — *Medea* et *Phoenissae,* gr. et lat. cum scholiis gr. et notis *Wilh. Piers.* Cantabr. 1703. 8. — Antea ediderat *Phoenissas Hugo Grotius,* gr. emendatas, cum sua versione lat. Paris. 1630. 8. repet. Amstelod. 1631. 8. — Grotii interpretatio repetita est in optima et plenissima *Phoenissarum* editione, quam curauit *Lud. Casp. Valckenaer,* cum suis adnotatt. et scholiis gr. calci adiectis, et partim nunc primum euulgatis, Franequer. 1755. min. 4. — ita rec. est illa edit., vt praefationem exciperent Grotii prolegomm. et Valcken. notae post textum gr.

pone-

ponerentur, Lugd. B. 1802. m. 4. — *Phoenissae* e rec. Valcken. cum scholiis gr. varietate lect. indice vtili et copiosissimo, editae a *Christi. Gottfr. Schütz.* Halae 1772. 8. — *Phoenissae*, in vsum scholarum, Monaci, 1808. mai. 8. in praefat. quatuor loca emendantur. — *Medea*, cum scholiis, gr. et lat. Londini 1734. 1754. 4. sine scholiis, Glasguae 1775. 8. et ex ed. *S. Musgrave*, ib. 1784. 12. — *Medea* et *Alcestis*, gr. et lat. cum metaphrasi Buchanani, Edinburg. 1722. 12. et 1726. 8. — *Medea*, cum versione et notis Sam. Musgrave. Access. notae et animaduerss. Rich. Ph. Fr. Brunckii. Eton. 1785. 8. — ex rec. et cum notis Brunckii, cur. *Henr. Blümner*, Lips. 1794. 8. (qui etiam comment. german. in eamdem trag. antea ibid. 1790. 8. conscripserat, et Meinersii iudicium de illa sub iudicium vocarat.) — *Hippolytus*, cum vv. lectt. notisque editoris et *Jer. Marklandi* emendatt. Oxon. 1756. 4. — Praestantissima et critica est edit. *L. C. Valckenaer* cum eius adnotatt. et cum interpretat. *Georgii Ratalleri* metrica, Lugd. Bat. 1768. m. 4. acc. tom. II. s. diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias, ibid. 1767. — *Hippolytus*, gr. et lat. cum scholiis, varr. lectt. notis Valcken. integris et aliorum selectis, quibus suas (nec multas, nec valde vtiles) adiunxit *Franc. Henr. Eggerton*, Oxon. Cantabr. et Lond. 1796. 4. — in vsum scholar. e rec. et cum not. Brunck. gr. ed. II. Lips. 1810. 8. cura *Schaeferi*. — *Euripidis Hercules furens*: recensuit (et breues notas criticas subiecit) *Godofr. Hermannus*, Lips. 1810. min. 8. Lectionem conformauit ad fidem veterum librorum, et ad criticorum suasque ipsius coniecturas, vbi certa aut facili emendatione corruptio tolli poterat. In praef. multa de re metrica Graecorum, praecipue Euripidis et huius tragoediae, quae in melioribus est, acute disputantur. — *Alcestin* ediderunt *J. Fr.*

Sal.

Sal. Kaltwaſſer gr. et lat. cum ſcholiis gr. notisque *Joſ. Barneſii*, Gothae 1776. 8. — *Chriſti. Theoph. Kuinoel* gr. et lat. cum notis Barneſii, Musgravii, Reiskii, et aliorum ſuisque, Lipſ. 1789. 8. et *Gottlob Adolph. Wagner* emendatiorem, cum varr. lectt. coniecturis, egregioque commentar. et diatriba de Alceſtide Euripidea, (quam antea Lipſ. 1797. 8. ediderat,) h. l. correcta auctaque, Lipſiae 1800. m. 8. — *Supplices mulieres*, gr. et lat. cum notis vberioribus *(Jer. Markland.)* Londini 1763. m. 4. rec. ita, vt notae ſubiicerentur textui, et explicatio locorum aliquot ex auctt. gr. ac lat. omitteretur, ib. 1775. 8. Eandem fabulam recenſuit notisque et praefatione inſtruxit *Godofr. Hermannus*, Lipſ. 1811. min. 8. — *Iphigenia in Aulide et Iphigenia in Tauris:* recenſ. notasque adiecit *J. Markland*, Lond. 1771. 8. vitioſe rec. ib. 1783. 8. — *Iphigenia in Aulide*, gr. cum commentario *J. Ge. Chriſti. Hoepfner*, Halis Sax. 1795. 8. — *Cyclops*, (quod eſt drama ſatyricum,) graece, e rec. et cum adnotat. *J. G. Ch. Hoepfneri*, Lipſ. 1789. mai. 8. — et cum obſeruatt. *Ge. Fr. Dan. Goeſs*, Noriberg. 1799. 8. (Hoepfner quoque ſcripſit diſſ. ſ. ſpecimen vberrimi commentarii in Cyclopem Eurip. Lipſ. 1787. 4. et in *Neuem Magazin für Schullehrer*, Gotting. tom. I. part. 1. et tom. II. part. 2. diſſ. de Euripidis Cyclope. Idem german. vertit Cyclop. in: *Preuſſiſch. Archiv*, tom. II. p. 429—454.) — *Ion*, gr. ex recognitione, et cum commentario (iuſto ampliore) prolegomm. atque indicc. *Frid. Hülſemanni*, Lipſ. 1801. 8. — *Troades* ad optimor. libror. fidem recenſuit et breuibus notis inſtruxit *Aug. Seidler*, Lipſ. 1812. min. 8. — Verſiones omnium tragoediarum hae fere ſunt: 1) *germanica* a *Fr. H. Bothe*, cum adnotatt. criticis, Berol. 1800—1803. quinque partt. — In *Wielandi* Attico Muſeo ſunt quarumdam tragg. verſiones atque animaduerſſ.

maduerss. in illas, n. *Ion.* in tom. IV. fasc. 3. Lips. 1803. et in nouo Attico museo, tom. I. fasc. 1. Tiguri, 1805. vbi quoque p. 47 sqq. versio trag. *Helenae* exstat, et in tom. II. fasc. 2. ib. 1808. p. 1 sqq. argumentum illius trag. et Wielandi iudicium de ea legitur. — 2) *gallica*, a *Petro Prevost*, Paris. 1783. III. tom. 8. et cum notis, in noua Brumoy edit. Theatre des Grecs par Rochefort, du Theil, et M***. voll. IV—X. Paris. 1785 sqq. — 3) *anglica* a *Roberto Pottero*, Lond. 1781 et 1783. II. tom. 4. et a *Mich. Woodhall*, ibid. 1782. IV. voll. 8. Singularum vero tragoediarum versiones, vti etiam, quae multi VV. DD. siue in peculiaribus libris libellisque, siue in aliis opusculis ad emendandas aut illustrandas Eurip. tragoedias contulerunt, et ad Fabric. aut ab *Hoepfnero* in praef. ad ed. Eurip. Cyclopis, *de Blankenburg* ad Sulzeri Theorie etc. artic. *Euripides*, aliisque vberius excitantur, vt breuitatis studio praetermittam, in paucorum commemoratione acquiescam. — *Jo. Jac. Reiskii* ad Euripidam et Aristophanem animaduerss. Lips. 1754. 8. — *Euripidis* Hecuba, selectis obss. N. T. atticam puritatem et elegantiam comprobantibus — adornata a *Jo. Christ. Weidling*, Gerae 1758. 8. — *Frid. Jacobs* Specimen emendatt. in auctores vett. gr. et lat. Gothae 1786. 8. — eiusd. Animaduerss. in Eurip. tragoedias etc. ibid. et Amstel. 1790. 8. — eiusd. Curae secundae in Euripidis tragoedias, (cum peculiari quoque inscriptione: Exercitatt. criticae in scriptores vett. tomus I.) Lips. 1796. 8. — eiusd. Emendatt. in fragmm. Eurip. in *Biblioth. der alten Litterat. und Kunst*, part. IV. Gotting. 1788. 8. — Idem V. D. de Euripide egit in *Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie der Künste*, tom. V. part. 2. Lips. 1796. 8. — *(M. Jo. Chr. Kapp) Ueber den Charakter der Medea*, Altenburg. 1789. 8. — *Car. Aug. Böttigeri* prolusiones II. de Medea Euripidea cum

priscae

priſcae artis operibus comparata, Wimar. 1802 et 1803. 4. quarum prior recuſa eſt in *Aug. Matthiae* Miſcellan. philolog. vol. I. part. 1. p. 115 ſqq. et poſterior p. 308 ſqq. Altenburg. 1803. 8. — *Sam. Frid. Nathan. Mori* progr. de Euripidis Phoeniſſis, Lipſ. 1771. 4. rec. in eius Diſſ. theolog. et philolog. Lipſ. 1777. 8. — *Traugott. Freder. Benedict* Quaedam ad *Euripidis* Hippolytum notae: in quinque programmat. Torgav. 1792—1797. 4. — De *Boeckhii* libro: Graecae tragoediae principum etc. v. ad §. 29. de Aeſchylo. — In Beckii Actis Semin. paſſim plura loca emendantur. — *Godofr. Hermanni* obſſ. crit. in quosdam locos Aeſchyli et Euripidis, Lipſ. 1798. mai. 8. — Comparaiſon entre la Phèdre de Racine et celle d'Euripide par *Aug. Wilh. Schlegel*, Pariſ. 1807. 8. — Euripides ab odii aduerſus foeminas crimine, quo ille ſaepius accuſatus eſt, defenditur in: *Deutſche Monatsſchrift*, m. Februar. 1798. p. 151 ſqq. et in: *Hinterlaſſene Papiere eines philoſophiſchen Landpredigers — herausgegeben — von Karl Heinr. Heydenreich.* Lipſ. 1799. 8. nr. 1. Sed haec ſufficiant.

44. *Eupolis*, Athenienſis, Cratini imitator, circa a. ante C. n. 435. V. C. 317. et *Phrynichus*, circ. idem tempus: priſcae comoediae auctores, quorum fragmm. reperiuntur in *Hertelii* Bibl. vett. comicor. et in *Grotii* Excerptis ex Trag. et Comoed. graecis, Pariſ. 1629. 4. De his et aliis multis Comicis, quorum fabulae perierunt, v. *Fabric.* B. Gr. vol. II. libr. II. cap. 22. et quidem de *Eupolide* p. 445 ſqq. ac de *Phrynicho* p. 483 ſqq. atque *Godofr. Hermanni* epiſt. de dramate comico-ſatyrico in Chr. Dan. Beckii commentariis ſocietatis philologicae Lipſienſ. vol. I. part. 2. p. 248 et 250 ſq.

45. *Antiphon*, natus Olymp. LXXV. 1. vel 2. Rhamnuſius, Athenis patre Sophilo natus, a quo

arte dicendi imbutus, in hac poſthaec eos fecit progreſſus, vt magna floreret auctoritate, et ſummos conſequutus eſt honores. Primus fuit, qui artis rhetoricae praecepta componeret, primusque, qui ab iis, quibus orationes ſcripſiſſet, mercedem exigeret. In bello Peloponneſiaco etiam terra marique praefuit copiis, atque victorias aliquoties reportauit. Tandem proditionis accuſatus, capitisque damnatus periit Olymp. XCII. 2. ante Chr. nat. 411. — Multas concinnauit orationes iudiciales, deliberatiuas et, Gorgiae exemplo, ſophiſticas. Ex his tantum quindecim, (alii numerant ſedecim,) naufragium euaſerunt laudemque tulerunt. Editae ſunt ab *Aldo* in veterum rhetorum orationibus gr. Venet. 1513. fol. — ab *Henr. Stephano* inter orationes oratorum vett. 1575. fol. — a *Reiskio* in vol. VII. oratorum graec. in 8. pag. 603 ſqq. cum notis eiusque curis poſterioribus: idem adiecit *Petri van Spaan* diſſ. de Antiphonte, oratore attico, (Lugd. Batau. ſub praeſidio Dau. Ruhnkenii 1765. olim habitam, atque recuſam in *Dauid. Ruhnkenii* opuſculis oratoriis, philologic. criticis, coniunctim editis, Lugd. B. 1807. 8. p. 214 ſqq.) atque *Hauptmanni* ſpecimen tum ſuarum, tum Bayeri ac Gesneri obſeruatt. ad Antiphontem: in vol. autem VIII. p. 199 ſqq. Antiph. oratt. latine redditas. — Separatim editae ſunt Antiph. orationes, Regiomont. 1724. 8. — Quaedam Antiphontis gallice vertit *Auger* in III. parte ſuae Iſocratis verſionis.

46. *Philonides*, Athenienſis, circ. a. Olymp. LXXXVII. 1. ante C. n. 430. Pauca *comoediarum*, quas confecerat, fragmenta collecta ſunt a *Jac. Hertelio* in Bibliotheca L. vetuſtiſſimor. Comicorum, Veronae 1616. 8. p. 390 ſqq. et ab *Hugone Grotio* in Excerptis ex comoediis et tragoediis gr. Pariſ. 1629. 4. p. 554.

47.

47. *Hippocrates*, natione Cous, et medicorum princeps, tam in vita, quam poſt mortem in ſummis honoribus habitus, floruit Olymp. LXXXVII. 3. ante C. n. 428. Artem ſuam praecipue in Thracia et Theſſalia exercuit, atque, vltimam fere metam vitae humanae adſequutus, Lariſſae in Theſſalia diem obiit ſupremum. De anno tamen obitus VV. DD. in alia omnia transire ſolent. Atqui de eius patria, vita, itineribus librisque, tam genuinis, (qui etiam iam a longo tempore frequenter interpolati mutatique eſſe feruntur,) dubiisque, quam ſpuriis, multa ſunt incerta, aut inter viros doctos controuerſia orta eſt. Vt Hieronymum Mercurialem, Ludouicum Lomoſium, Jac. Sponium aliosque taceam, qui recentiore tempore operum Hippocrateorum, (atque ſub nomine Hippocratis LXXXVII. libelli circumferuntur,) cenſurae inprimis dederunt operam, nominabo *Halleri* Bibliothec. anatomicam, tom. I. Tiguri 1774. 4. p. 15 ſqq. et Bibl. medico-practicam, tom. I. Bernae 1776. p. 29 ſqq. (in quibus de libris Hippocratis genuinis, ſpuriis et dubiis, de editt. et de iis, qui Hippocratis vitam fataque et ſcripta illuſtrarunt, copioſe agit: adde eiusd. Bibl. botanicam tom. I. Tiguri 1771. 4. p. 16 ſqq. ac Biblioth. chirurgicam tom. I. p. 7 ſqq.) tum D. *Chriſti. Godofr. Gruneri* Cenſuram librorum Hippocrateorum, qua veri a falſis, integri a ſuppoſititiis ſegregantur; collegit ex optimis quibusque auctoribus, Erotiano, Galeno, Mercuriali, Foeſio, J. Alb. Fabricio, Hallero aliisque, omnia recenſuit, diiudicauit nouumque in ordinem redegit, Breslau. 1772. 8. — D. *Jo. Frid. Car. Grimm* in verſione Hippocr. Opp. german. tom. I–IV. Altenburg. 1781—1792. 8. cum notis; inprimis D. *Jo. Chr. Gottl. Ackermann* in mea edit. J. A. Fabric. Bibl. gr. lib. II. cap. 23. vol. II. p. 506—610. qui omnia diligenter lateque expoſuit, praeterea codd. msst. editiones verſiones-

que, primum singulorum, et genuinorum et spuriorum, tum omnium librorum, atque commentarios in illos confectos vberrime recenset. Quare potiores tantum edd. paucis memorabo: 1) *operum omnium*, (quorum edd. non paucae iam Galeni temporibus exstabant, atque non paruum interpretum antiquorum numerum dederunt Erotianus ac Galenus,) princeps est *Aldina*, Venet. 1526. fol. gr. — castigatior est *Jani Cornarii*, tribus codd. vsi, Basil. 1538. fol. graece. — *Cornarius* etiam post alios latine vertit Opp. Hippocr. (De latinis Cornarii, saepe edit., aliorumque versionibus vid. *Fabr.* B. Graec. l. c. p. 603. quibus addes: *Hippocr.* Opp. per M. Fabium Rauennat. Guil. Copum Basil. Nic. Leonic. et Andr. Brentium latinitate donata etc. Basil. in offic. Andr. Cratandri, a. 1526. fol. teste *Panzer.* A. typogr. vol. VI. p. 256. nr. 633.) — Tum *Hieronym. Mercurialis* gr. et lat. edidit Opp. *Hippocrat.* veterum codd. (quibus tamen nimiam tribuit fidem,) collatione restituta, in quatuor ordines librorum digesta, scholiisque illustrata, addita quartae classi Hippocratis vocc. explanatione gr. latina Erotiani, Galeni et Herodoti, Venet. ap. Juntas 1588. fol. — Nouam, eamque optimam Opp. textus e codd. recensionem dedit, opera, quae exstant, in VIII. sectiones ex Erotiani mente distribuit, nouaque lat. interpretatione et suis aliorumque adnotatt. illustrauit *Anut. Foesius*, Francof. ap. Andr. Wechelii haeredes, 1595. fol. 1621. 1624. 1645. et, quae editio nouis, iisque insignibus aucta ornataque est accessionibus, Geneu. typis et sumtib. Sam. Chouet. 1657. fol. II. tom. — Commoda et ad vsum aptissima est *Jo. Antonidae van der Linden*, (qui vero textum temere mutauit,) edit. quam filius Henricus Antonides post mortem patris ad finem perduxit, gr. cum lat. Cornarii versione, at turpiter foedata, Lugd. B. 1665. 8. II. voll. — rec. Neapol. 1754. 4.

4. et Venet. 1757. 4. II. voll. — Splendida, at mendoſa eſt, nec ſatis critica, neque commoda edit. *Hippocratis Coi* et *Claudii Galeni* Opp. quam *Renat. Charterius* curauit, gr. et lat. Lutet. Pariſ. 1679. fol. XIII. voll. — *Hippocr. opp.* cum variis lectionibus non modo hucusque vulgatis, verum ineditis potiſſimum, depromtis ex codd. Vindobon. atque Mediceis Laurentianis, edere incepit *Steph. Mackius,* (qui tamen haud ſatisfecit criticorum exſpectationi,) Viennae Auſtriae, tom. I. 1743. tom. II. 1749. fol. ſed plures deſiderantur. — *Hippocratis* Coi Opera omnia, quae exſtant, in ſectiones VII. diuiſa, ex interpretatione Anutii Foeſii recudi curauit, prolegomena — et verborum difficilium minusque cognitorum indicem explicantem adiecit *Jo. Frid. Pierer* M. D. et cum titulo generali: Bibliotheca iatrica, vſui medicorum omnis aeui dicata etc. vol. I—III. Altenburgi 1806. m. 8. In fine vol. III. dedit ſupplementa etc. ad Ackermanni litteraturam in Fabr. B. Gr. — 2) Separatim illuſtrata quaedam prodierunt opuſcula, praecipue *aphoriſmi.* Hic nominare ſufficiat edd. *Jo. Heurnii,* gr. lat. Lugd. B. 1601. 12. 1607. 12. 1609. 12. etc. rec. Jenae 1677. et 1690. 12. ac ſaepius. — cum aliis Hippocr. libellis gr. et lat. pleraque ex interpretat. *Heurnii,* Lugd. B. 1607. 12. — Aphoriſmi, accurante *Theod. Janſſon ab Almeloueen,* Amſtelod. 1685. 24. gr. et lat. — rec. Argentor. 1756. 12. Lipſiae 1756. 12. — acceſſerunt Ludou. Verhoofd index, notaeque et alia, cur. *An. Car. Lorray.* Pariſ. 1784. 16. — cum commentario *Mart. Liſteri* gr. lat. Londini 1703. 12. — cum notis *Jo. Jac. Fickii,* Jenae 1729. 8. — a *Jo. Chriſt. Rieger,* cum notis varior. gr. lat. Hagae Com. 1767. (et, mutato tantum primo folio, Lugd. Bat. 1778.) 8. — ad fidem vett. msst. caſtigati, latine verſi a *J. B. Lefebvre de Villebrune,* Pariſ. 1779. 12. et ab eod. gallice verſi,

versi, Paris. 1786. 12. — *Aphorismi* et *praenotionum liber*, e recens. et cum notis *E. F. M. Bosquillon*, Paris. 1784. 16. II. voll. — Aphorismorum germanica versio prodiit Bremae 1744. 8. — alia, paraphrastica, cum notis, Helmstadt. 1778. 8. — *A. H. Hinze's Proben einer Uebersetzung der Aphorismen des Hippocr. nebst Commentar u. einer andern Abhandlung. Stendal* 1807. 8. — Critica et praestans est edit. *Hippocr.* περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων· graece cum noua versione gallica, notisque criticis, historicis et medic. *Coray.* Paris. 1800. 8. II. voll. *) — Eiusd. *Corayi* emendationes in Hippocrat. in *Burgessii* Musei Oxoniens. litterarii conspectu, Oxon. 1792. p. 11 sqq. et in Fascic. II. — Περὶ ὄψιος, *de visu* libell. gr. et lat. Emendatius edidit, notisque et aliorum et suis illustrauit *J. H. Jugler*, Helmstad. 1792. 8. — Reliquis, quae multa adhuc sunt et alibi animaduersa, omissis, notari possunt *G. Manuelis*, Byzantini, libri περὶ φύσιος ἀνθρώπων, qui inter Hippocraticos exstat, censura, disp. Jen. 1797. 4. Ostendit auctor in sect. II. librum illum haud genuinum esse Hippocrat. foetum. — *Theodor. Georgiadis*, Stephanopolitani, diss. de morbis vteri secundum libr. Hippocrat. περὶ γυναικείης φύσιος, (quem libr. spurium esse docet,) disp. Jenae 1797. 4. — *Ern. Godofr. Baldinger* prolus. de lectione Hippocratis, medicis summe necessaria, Jenae 1768. 4. Idem edidit Selecta doctor. virorum opuscula, in quibus Hippocrates explicatur, Gottingae 1782. 8. — *Nicol. Hieronym. Gundling* in part. II. Otiorum cap. 3. scripsit commentat. Hippocrates ἄθεος· quem quidem *Christi. Rabe* ab illius iniuriis defendit

---

*) German. versio in: *Abhandlung des Hippocrates von der Luft, den Wassern und den Gegenden, nach der französisch. Bearbeitung des D. Coray, von Ge. Ritter von Högelmüller, Wien* 1804. 4.

fendit in disp. Hippocratem barbaris operam negantem etc., Lipſ. 1722. 4. At Hippocrates barbaris, quia Graeciae hoſtes eſſent, rogantibus operam denegauit. — *Kurt Sprengel Apologie des Hippocrates u. ſeiner Grundſätze,* Lipſ. partt. II. 1789. 1792. mai. 8. — *P. S. C. Preu* diſſ. de interpretibus Hippocratis graecis, Altdorf. 1795. 4. — *Chriſti. Godofr. Gruner* in *Bibliothek der alten Aerzte, in Ueberſetzungen und Auszügen,* II. partt. Lipſ. 1781. 1782. 8. dedit epitomen operum quorumdam Hippocratis, et in aliis libr. aliquoties Hippocratica explicuit aut illuſtrauit. — De libris quoque, praeſertim ſpuriis Hippocratis, egit meus filius, *J. Chriſti. Frid. Harleſs* in Hiſtoriae neurologiae veterum ſpecim. I. II. Erlangae 1795. 1796. 8. — Inprimis commendanda eſt *Anutii Foeſii* Oeconomia Hippocratis, alphabeti ſerie diſtincta, Francof. 1588. fol. min. et Geneu. 1662. fol. mai. Sed haec ſufficiant.

Hippocratis diſcipulus ac gener fuit *Polybus,* cui multi Hippocrat. libri adſcribuntur.

48. *Socrates,* Athenienſis, Sophroniſci, lapidarii, et Phaenaretae, obſtetricis, filius, floruit circ. Olymp. LXXXIX. 1. ante C. n. 422. V. C. 330. philoſophiae ethicae parens. Quando natus ſit, disceptat *Corſin.* in Faſtis attic. tom. II. p. 46 ſqq. et tom. III. p. 280 ſq. de anno, quo periit, n. Olymp. XCV. 1. ſecundum *Hamberger.* in *Zuverl. Nachricht.* I. p. 177 ſqq. aut alios Olymp. XCIV. 2. ante C. n. 398. anno aetatis ſeptuageſimo. A Critone, diuite philoſopho, in domum receptus et ad philoſophiam acrius perdiſcendam incitatus, audiuit Prodicum alioſque ſophiſtas, et adiit omnium fere artium ac diſciplinarum magiſtros peritiſſimos, atque ex Anaxagorae libris ſaniorem hauſit de deo doctrinam. Stipendia quoque meruit, et prouecta iam aetate in ſenatum lectus eſt. At perpetuo ciuium meliora docendorum atque emendando-

dandorum ſtudio famam ſibi parauit immortalem. Doctrinam de moribus inprimis tractauit, eamque non in ſcholis, ſed circumeundo et quaſi ludendo more dialogi nouaque ratione, (quae adhuc vocatur ars Socratica,) docuit ciues et *ironia* ſuaui grataque homines ad acre virtutis ſtudium ſcite exhortatus eſt. Adeo grata fuit eius diſciplina, vt multi eum ſequerentur; in his haud pauci, poſtea ſummam nacti auctoritatem et nouarum quarumdam ſectarum, inter ſe tamen diſſentientium, parentes. Genio ſuo, de quo tamen alii aliter iudicarunt, multum tribuere ſibi viſus eſt. Quod vero ſophiſtarum loquacitatem ac fraudes ſaepe oppugnauit, malorumque hominum mores flagitiaque et democratiam praecipue aperte reprehendit: in multorum, praecipue democraticorum, incidit inuidiam. Ab Ariſtophane, in comoedia Nubibus, et ab aliis comicis palam exagitatus, tandem a Melito atque Anyto vt corruptor iuuentutis, deorum irriſor nouaeque religionis auctor eſt adcuſatus, et in carcerem coniectus *): in quo quum nullo modo ſe ab iniuria defendere ac liberare vellet, cicutam bibere iuſſus eſt, et, exhauſto veneni poculo, placide obiit. Hanc tamen crudelitatem et omnium bonorum per totam Graeciam indignatio ſequuta eſt, et Athenienſes ipſos mox ita poenituit conſilii atque malignitatis, vt eius adcuſatores grauiter punirent, et Socrati ex aere ponerent ſtatuam. Vxor eius *Xanthippe* fere in prouerbium abiit. Ipſe vero nihil ſcripſit. Nam *epiſtolas* Socratis, quas cum Antiſthenis et aliorum Socraticorum epiſtolis *Leo Allatius* primus graece vulgauit, latine vertit, notas-

*) Poſt *Tychſenium* in *Bibliothek der alten Litteratur*, part. I. II. conf. *Freret* obſſ. in cauſſas et nonnullas res condemnationis Socratis, in Mémoires de Littérature, part. altera vol. XLVII. Hiſtoire de l'Académie des Inſcript. et B. L. Pariſ. diſp. III. p. 209—282.

notasque adiecit, et dialogum de Socratis ſcriptis praefixit, Pariſ. 1637. 4. ſpurias eſſe, omnesque illas ſophiſtarum longe ſeriorum foetus, *Gottfried Olearius* in Exercitatione ad Leon. Allatii de ſcriptis Socratis dialogum, (in qua exercitatione epiſtolas illas, quales in cod. Barocc. repererat, cum verſione ſua edidit, et ex eod. cod. binas epp. ἀνεκδότους addidit,) Lipſ. 1696. 4. et alii oſtenderunt. De Socrate v. *Clerici* ſiluas philolog. cap. III. ſubiunctas eius editioni Aeſchinis Socratici dialogg., p. 177 ſqq. et varii varie ſcripſerunt de eo. Conf. *Matth. Fremling* de genio Socratis, Lund. 1793. 4. et de eodem genio *J. C. Nachtigall* in libello menſtruo: *Deutſche Monatsſchrift*, Berol. 1794. m. Dec. p. 326 ſqq. — *Jo. Schweighäuſeri* II. diſſertatt. Theologia Socratis ex Xenophontis Memorabb. excerpta, et diſſ. Mores Socratis ex Xenophontis Mem. delineati, Argentor. 1785. 4. rec. in eius Opuſculis academicis, part. I. p. 134 ſqq. Argentor. 1806. 8. — *Geiſt der Sokratik, ein Verſuch — von Fr. Mich. Vierthaler*, Salisburg. 1793. 8. — et Herbipoli, edit. II. 1810. 8. — *Jo. Luzac* Lectiones Atticae: de Διγαμίᾳ Socratis diſſ. Libri edendi curam poſt mortem auctoris ſuscepit et praefatus eſt *Otto Sluiter*, Lugd. Bat. 1809. mai. 4. — *Sokrates, als Menſch, als Bürger, und als Philoſoph: oder Verſuch einer Charakteriſtik des Sokrates, von D. G. Wiggers*, ed. II. emendatior et auctior. *Neu-Strelitz* 1811. 8. — *Jo. F. Ch. Gräffe* in vol. II. *des neueſten Katechet. Magazins*, Gotting. 1790. 8. de arte Socratica: *Die Sokratik nach ihrer urſprünglichen Beſchaffenheit in katechetiſcher Rückſicht;* quae pars ſeparatim recuſa et emendatior prodiit Gotting. 1792. 8. et tertia ed. multo auctior atque emendatior, ibid. 1798. 8.

49. *Ariſtophanes*, ciuitate Athenienſis, patria vero incerta, quando natus et mortuus ſit, non con-

conſtat: floruit ſecundum Saxium circ. a. ante Ch. n. 422. V. C. 330. aequalis Socratis atque Euripidis: antiquae, mediae et nouae comoediae auctor ingenioſus, qui vt omnes comicos vi comica, venuſtate, ſalibus, leporibus, gratia, popularitate atque ſermonis elegantia, ita vt norma quaſi et regula ſit attici dicendi generis, ſuperauit, ita quoque dicacitate, ſermonisque acerbitate ac petulantia omnes fere vicit, legesque aequitatis et decori (qui non ſolum malos ciues perditosque eorum mores, ſed etiam probos homines ipſosque deos in ſcenam produxit, et ſpectatorum riſui expoſuit,) pudorisque, et praeter mores reliqua praecepta, Comicis praeſcripta, ſaepe migrauit. — Ex Ariſtophanis comoediis, quae multae fuerunt, *vndecim* integrae aetatem tulerunt; reliquarum autem deperditarum haud pauca ſuperſunt fragmenta. Atque illarum multae ſunt edd. quarum nonnullae ſcholiis antiquis graecis, quae ſunt quadruplicia, ſtipatae ſunt. Ego vero, quum et in praefatione ad Nubes Ariſtoph. vberiorem editt. hiſtoriam criticam, et pleniorem tam omnium, quam ſingularum comoediarum ad Fabr. B. Gr. II. p. 379 ſqq. dederim; mihi h. l. eo breuiori eſſe licebit. Princeps eſt *nouem comoediarum* edit. *Aldina*, gr. cum ſcholiis graecis, Venet. 1498. fol. curante *Marco Muſuro*, Cretenſi. — interdum correctior, Florentina gr. ap. Phil. Juntam, 1515. 8. et Bernard. Junta ex cod. Vrbinate primus edidit *Ariſtoph.* Theſmophoriazuſas et Lyſiſtratam. — In ſequentibus edd. varia fortuna lectiones hinc inde ſunt mutatae, n. ab *Ant. Fracino* (qui ex Aldino exemplo nouem tantum reddidit fabulas, ſcholia gr. auxit et in comoedia, *Pax* inſcripta, ad LX. verſus repertos reſtituit,) Flor. per haered. Phil. Juntae, 1525. 4. — correcta XI. fabb. edit. ap. A. Cratandrum et J. Bebelium, cum praefat. Simon. Grynaei, Baſil. 1532. 4. quae plurium inſequentium

tium edd. basis facta est. — Memorabiles sunt *Jo. Farrei*, Venet. 1542. 8. gr. — *Brubachiana*, Francof. 1544. 8. gr. — *Angeli Caninii*, gr. excud. Jo. Gryphius, 1548. 4. — *Nicodemi Frischlini*, gr. et lat. Francof. ad M. 1586. 8. rec. 1597 et 1625. — *Aemilii Porti*, gr. et lat. cum scholiis gr. et nouis *Biseti* scholiis gr. aliorumque adnotatt. aucta, (habet multa bona, at plura paene vitia,) Aurel. Allobrog. 1607. fol. — Nitida est ed. com. XI. gr. et lat. cum emendatt. VV. DD. praecipue Jos. Scaligeri, (antea ineditis) access. fragmm. deperditarum comoediar. Aristoph. Lugd. Bat. 1624. 12. — rec. interdum curatius, saepius minus diligenter; et access. notae et obss. ex variis auctoribus collectae, atque noua Tan. Fabri versio Ecclesiazusarum, eiusque notae, Amstel. 1670. 12. — Locupletissima est, et multis notis VV. DD. in omnes comoedias, nouisque Is. Casauboni in Equites, Ezech. Spanhemii in tres priores, et Rich. Bentleii in duas priores comoedias obseruatt. ornata a *Lud. Küstero*, qui ipse notas in nouem comoedias, et IV. indices in fine adiecit, gr. et lat. cum scholiis gr. Amstelod. 1710. fol. — Comoediae XI. gr. et lat. cum noua octo comoediar. interpretatione lat. notisque *Steph. Bergleri* et *Caroli Andr. Dukeri* ad IV. priores, editae a *Petro Burmanno* II. Lugd. Bat. 1760. 4. II. tom. — Noua recensio ex codd. et edd. atque de coniectura facta est in ed. *Rich. Franc. Ph. Brunckii*, Argentor. 1783. 8. Tres tomi continent graec. contextum; totidem nouam Brunckii vers. latin. et totidem notas atque emendatt. Brunckii, fragmm. Aristophanis auctiora et supplementa. — Noua recensio comoediarum XI. auctoritate codd. Ravennat. et Borgiani emendatarum, ordine quoque fabularum mutato, facta est a *Philippo Inuernizio*, Icto romano; acc. criticae animaduerss. scholia gr. indices et VV. DD. adnotatt. et, curante

Beckio,

Beckio, priora duo voll. prodierunt Lipsiae 1794. m. 8. Tertium volum. commentarios interpretum complexum, curauit *Christi. Dan. Beckius,* Lips. 1809. m. 8. Hoc vol. continet comm. in *Plutum.* Praemissa est curata amplaque codd. atque editionum, versionum et interpretationum tum omnium fabularum Aristoph. tum in specie editionum atque interpretationum Pluti recensio. — Pari modo edidit ille vol. IV. qui continet commentarios in *Nubes,* ib. 1810. et vol. V. continens commentar. in *Ranas* et *Aues,* ib. 1811. 8. — Quaedam comoediae sunt seorsum editae: recentiores edd. hae fere sunt. *Plutus,* gr. cum scholiis gr. atque egregiis notis *Tiberii Hemsterhusii,* Harlingae 1744. 8. — rec. cum doctis epimetris et adpendice, (cur. *Godofr. Henr. Schaefer,*) Lips. 1811. mai. 8. — Eamd. fabulam cum Bergleri ac Dukeri integris, Kusteri vero atque Hemsterhusii selectis notis, et *Coluthi* raptum Helenae edidi, measque animadverss. adieci, Noriberg. 1776. 8. gr. — cum selectis variorum suisque notis edidit Plutum *Jo. Dieter. Albert. Münter,* Cellae 1784. 8. gr. et cum lat. Brunckii versione. — *Plutus,* gr. cum commentariis *Jo. Frid. Fischeri* edidit *Christi. Theoph. Kuinoel,* Giessae, II. tom. 1804. 1805. 8. Praemissus etiam ex arbitrio librarii est index: *Aristoph.* Opp. quae supersunt omnia: vol. I. II. contin. *Plut.* cum comment. Fischeri. — German. vertit, notisque illustrauit *C. P. Conz,* Tubingae 1807. 8. — *Nubes* *) cum scholiis antiquis, e recens. L. Kusteri, Harderov. 1744. 1752. 8. — rec. Lips. 1753. 8. cum docta *Ernesti* praef. in qua multa

*) De consilio Aristophanis in conscribenda comoedia, *Nubes* inscripta, in quatuor prolusionib. egi, Erlangae, 1787. 1788. fol. — *Jo. Aug. Ernesti* Obseruatt. philologico-criticae in Aristoph. Nubes, et Flauii Josephi antiquitatt. iudaic. etc. post mortem eius editae a Jo. Chr. Gottlieb Ernesti. Lips. 1795. 8.

multa ſcholiorum loca acute emendantur aut illuſtrantur. — cur. *Chr. Godofr. Schütz* cum varietate lectionis, Halis Sax. 1770. 8. — iterum e Brunck. potiſſimum recenſione, gr. cum notis, ibid. 1786. 8. — *Ariſtoph. Nubes*, iterum in vſum lectionum, adhibitis Brunckii, Inuernizii, Hermanni recenſionibus, edidit *C. Godof. Schütz*, Halae 1805. 8. — *Plutus* et *Nubes* editae a *Wolfg. Jägero*, iteratis curis recenſ. emendatae additisque variorum variis notationib. redditae auctiores a *God. Chriſtph. Rannero*, Noriberg. 1811. 8. — *Nubes*, gr. et german. Berol. 1811. 4. cum paucis notis et erudita introductione. — et german. in *Schützii Litterariſchen Spaziergängen*, Halis Sax. 1784. m. Apr. ſeparatim atque correctius, Halis 1798. 8. — Eamdem fabulam edidi gr. ac lat. cum ſcholiis gr. meisque animaduerſſ. Lipſ. 1788. 8. — Critica et praeſtans eſt edit. *Godofr. Hermanni*, graece, cum eius et Erneſtii adnotatt. ſubiuncta ſunt ſcholia gr. et praemiſſa eſt longa eruditaque praefatio, Lipſ. 1799. 8. — Pluti et Nubium verſio gallica *Annae Dacier*, cum obſeruatt. Pariſ. 1692. 12. Lugd. 1696. 12. Altenburg. 1762. 8. eſt haud contemnenda. — *Aues* gr. cum erudito commentario *Chriſti. Dan. Beck*, Lipſ. 1782. 8. — *Ranae* cum varietate lection. ſcholiisque gr. ed. a *Jo. Ge. Chriſti. Hoepfner*, vol. I. Halis Sax. 1797. 8. Commentarius promiſſus, ſ. vol. II. lucem, quantum equidem ſcio, nondum adſpexit. — Idem pari modo edidit *Acharnenſes*, gr. pars I. ibid. 1798. 8. Commentar. quoque ſiue pars II. nondum comparuit. — *Aus Ariſt. Acharnern, gr. u. d., m. einig. Scholien*, Berol. 1812. 4. — Variae comoediae germanice verſae aut illuſtratae ſunt in aliquot partt. *Attici Muſei Wielandi* et in *Neuem teutſchen Merkur*, et in *Neuem Attiſch. Muſeum* tom. I. faſc. 3. ac tom. II. faſc. 1. Ariſt. *Ranae*. — *Ranarum* verſio a *Schloſſero,*

ro, in eius *Kleinen Schriften,* tom. III. — Omnium Ariſtophan. comoediarum verſionem german. conficere coepit et cum adnotatt. primam partem, quae continet *Nubes*, edidit *F. G. Welker*, Gieſſae et Darmſtadt. 1810. 8. — ſecundam partem, quae continet *Ranas,* Gieſſae 1812. (iam vulgatam 1811.) 8. — Comoediae gallice verſae a *Lud. Poinſinet de Sivry* in eius Theatre d'Ariſtophane vol. I—IV, Pariſ. 1784. 8. et ab alio in Theatre des Grecs par le P. Brumoy, nouvelle édition par MM. de Rochefort, Dutheil, et par M. — tom. X—XIII. Pariſ. 1787 ſqq. 8. vt alias multas aliorum interpretationes librosque, in quibus de Ariſtophane agitur aut loca fabularum explicantur, praetermittam. Adde *Ludov. Hotibii* Lectiones Ariſtophaneas: edition. curauit *Frid. Henr. Bothe,* Berol. 1808. 8.

50. *Teleclides,* Athenienſis, veteris comoediae poeta. Fragmenta perpauca exſtant in Grotii Excerptis ex Trag. et Comicis gr. p. 872. ac 706. De eo et multis aliis gr. comicis deperditis, quos omnes nominare non vacat, v. *Fabric.* B. G. II. p. 405 ſqq.

51. *Sophron,* Syracuſanus, Euripidis aequalis, comicus et celeb. mimographus. *Mimos* vero in viros et foeminas ſcripſit dorica dialecto, et oratione quidem ſoluta, ſed tamen rhythmis quibusdam et colis poetarum illigatos. Praeter *Fabr.* B. Gr. II. p. 493. conſules *Valcken.* ad Theocriti Adoniazus. p. 193 ſqq. et *Comit. de Finkenſtein* in *Verſuch über das bukoliſche Gedicht*, praemiſſ. eius libro egregio, *Arethuſa, oder die bukoliſch. Dichter des Alterthums,* tom. I. Berol. 1789. 4. p. 19 ſqq. rec. ibid. 1806. 8.

52. *Ariſtippus,* Cyrenaeus, auditor Socratis, a cuius tamen doctrina fecit diſceſſionem, exſtititque *Cyrenaicae* philoſophiae auctor, homo lautus, facetus, elegantis vitae atque ingenii omniumque horarum. Sub illius nomine circumferuntur

qua-

quatuor epiſtolae, in *Leon. Allatii* Epiſtolis Socratis etc. Pariſ. 1637. 4. V. ad §. 48.

53. *Antiſthenes*, Athenienſis, Gorgiae Leontini primum, dein Socratis auditor, atque ſectae *Cynicae* princeps. Varia ſcripſit: hodie autem ſuperſunt duae declamationes, *Aiax* et *Vlyſſes*, graece editae ab Aldo, cum Aeſchinis et aliorum orationibus, Venet. 1513. fol. ab H. Stephano inter oratores vett. a. 1575. et *Reiskio* in orator. gr. collect. vol. VIII. p. 52 ſqq. Sub eius nomine legitur epiſtola, inter Socraticorum epiſtolas a Leone Allatio euulgata.

54. *Cebes*, Thebanus, Socratis auditor et adſecla, grauisque philoſophus. E tribus, quos ſcripſit, dialogis tertius, Πίναξ inſcriptus, ad noſtram peruenit aetatem. At num hic noſtro Cebeti, an alii iuniori ſit adtribuendus, et quodnam philoſophi in eo concinnando fuerit conſilium, alii aliter ſentiunt, de qua controuerſia, de editionibus ac verſionibus alibi plura disputavi. Eum fuiſſe Stoicum, probare ſtuduerunt *Meiners* in Comment. Soc. ſc. Gotting. tom. V. p. 54. et *J. J. Garnier* in Mém. de Litter. de l'Acad. des Inſc. et B. L. tom. 47. Par. 1808. 4. p. 455. de libello illo: *Garn.* ſuſpicatur quoque, auctorem fuiſſe Cebetem Cyzic. Stoicum, cuius Lucian. et Athenaeus primum fecerunt mentionem, atque τὸ Cebes ἐκεῖνος apud Lucianum ortum eſſe ex Κυζικηνός: vixit igitur ſub Marco Aurelio. — Cebetis autem tabula ſaepe cum Epicteto aliisque libellis, frequenter quoque ſeorſum edita eſt atque illuſtrata. Poſt Relandum ac Schillingium *Schweighäuſer* in edit. ſua Epicteti et Cebetis p. XIV ſqq. diligentem dedit editionum recenſum. Equidem potiores ſuperiorum ſaeculorum atque recentiores breuiter commemorabo. *Ludov. Odoaxius* ſub finem ſaec. XV. ex bono cod. latine vertit Cebetem, eiusque verſio cum Cenſorino aliorumque

que opuſculis primum prodiit ſine notis typographicis, in 4. paruo. — cum ſcholiis per Huldrich. Fabri, ſine l. et a. in 4. Praefat. Viennae ſcripta eſt. — tum Bonon. 1497. fol. et deinceps ſaepius. — Princeps gr. edit. eſſe videtur initio ſaec. XVI. absque vlla nota, forſan Venetiis aut Romae, cum Baſilii M. orat. paraenetica etc. typis Zachar. Calliergi, in 8. — Aldus Manut. ſine nota loci et anni in 4. edid. Conſtantini Laſcaris Byzantini de octo partibus orationis et alia opuſcula: in medio volumine male poſita inſertaque eſt *Cebetis* tabula: gr. et lat. Hinc in meo exemplo plura deſunt Cebetis tabulae folia. — Rariſſimam edit. tantum memorabo: *Heſiodi* libri II. O. et D. *Catonis* Romani moralia inſtituta, *Tabula Cebetis* et al. Jo. Knoblouch formulis excuſit, *Argentoraci* (ſic) gr. et lat. in 4. ſine anni nota. — Nouam editionis, (quae mater multarum inſequentium editt. facta eſt,) claſſem conſtituit *Hieron. Wolſius*, qui *Epicteti* Enchiridion et *Cebetis* tabulam gr. et lat. Baſil. ap. Jo. Oporin. in tomo I. (1560.) et in tom. II. (1563.) et III. (1560.) 8. Simplicii et Arriani commentar. in Epictetum lat. verſos cum ſuis adnotatt. edidit, aliaque duobus prioribus tomis adiecit. — Repetita eſt illa edit. Colon. 1595. 8. et Arriani commentario additus eſt textus graecus. — rec. Cantabrig. 1655. 8. ac Londini 1670. 8. — *Ceb.* cum verſione et notis Jo. Caſelii, per *Geuerhart. Elmenhorſt.* gr. et lat. Lugd. Bat. 1618. 4. — In *Heinſii* edit. *Simplicii* comment. in Enchiridion Epicteti cum Hier. Wolſii verſione, et Cl. Salmaſii animaduerſſ. Lugd. Bat. 1640. 4. vltimum locum cum peculiari inſcriptione occupant *Tabula Cebetis*, graece, arabice, latine, item Aurea carmina *Pythagorae*, cum paraphraſi arabica, lat. verſa, auctore Jo. Elichmanno, cum praef. Cl. Salmaſii. — Nitidae ſunt, at a mendis typogr. non liberae, edd. Epicteti at-

que

que Cebetis, in forma minima, gr. et lat. Lugd. B. 1634. 1646. 1651. (cuius de exemplo Casauboni et Berkelii edd. sunt expressae), Roterodami 1654. cum notis Snecani, Lugd. Bat. et Amstelod. sine notis; Amstelod. 1670. cum notis et saepius. — *Epicteti Enchir.* vna cum *Cebetis* tabula, gr. et lat. cum notis *Merici Casauboni* etc. Lond. 1659. 12. — *Abrah.* autem *Berkelii* editio *Epicteti* et *Cebetis* gr. et lat. cum eius et aliorum notis, atque graeca paraphrasi prodiit Lugd. B. et Amstelod. 1670. 8. et Delphis Bat. 1683. 8. — Iidem cum *Simplicii* comment. in Epicteti enchiridion et Arriani comment. de Epicteti disputatt. lib. IV. gr. cum latina Hieron. Wolfii interpretat. Londini 1670. 8. — Meliorem sortem nactus est contextus Cebetis graecus studio *Jac. Gronouii*, gr. et lat. cum eius notis atque emendatt. Amstelod. 1689. 12. aut min. 8. (sed conf. *Jo. Jac. Wippelium* in epistola: De Cebetis Thebani tabula verisimilia, Altonae 1744.) — Gronouii recensionem vt plurimum sequutus est *Tib. Hemsterhus.* edendo *Luciani colloquia et Cebetis tabulam*, Amstel. 1708. 8. et saepius. — *Cebetis tabula*, — obseruatt. grammaticis, criticis atque moralibus illustrata a *M. Augustino Bischoffen*, gr. Jenae 1710. 12. — Nouam molitus *Epicteti* et *Cebetis* editionem, quaedam in Cebetis contextu mutauit, plura in notis tentauit, latine vertit *Marcus Meibomius*, post cuius mortem edit. absoluit *Hadrian. Relandus*, gr. et lat. Traiecti Batav. 1711. 4. — Laudatur Cebetis tab. editio, graece et lat. cum notis, opera *Thomae Johnson*, Londini 1720. 8. — Repetitio edit. Berkelianae, at sublatis vitiis et typographicis et interdum verborum in notis commentariorum, est ed. *Jo. Caspari Schroederi*, qui ipse quasdam adiecit animaduerss. gr. et lat. Delphis 1713. 8. — Cum Epicteto gr. et gallice, per *Lefebvre de Villebrune*, Paris, l'an troi-

 sième

ſième (1795.) 12. cum notis. (v. Magaſin Encyclopédique, tom. I. 1795. p. 241 ſq.) — *Cebes* gr. et lat. cum notis germanicis (*Leonhardi Chriſtph. Rühlii)*, Francof. et Lipſ., et (forſan mutata tantum tituli inſcriptione) Goslariae, 1727. mai. 12. et cum lexico ed. *Jo. Chriſti. Meſſerſchmid.* Lipſ. 1757. 1773. 8. — cum notis et copioſo verborum indice *(C. D. Beckii)* Lipſ. 1784. 8. — *Cebes et Epictet.* gr. cum ind. german. a *Jo. Henr. Jacobi.* Hamburg. 1784. iterum 1786. 8. — *Cebes* cum notis germanicis et indice *M. H. Thieme,* Berolini 1786. 8. ed. II. emend. 1810. 8. — cum notis german. et indice *Jo. Dav. Büchling.* Miſen. 1796. 8. — gr. Parmae, apud Bodon. 1793. 8. et ibid. eodemque anno, La Tavola di Cebete Thebano. — Critica, emendata et praeſtans *Epicteti* et *Cebetis* notisque criticis inſtructa edit. curata eſt a *Jo. Schweighäuſero*, Prof. Argentorat. Lipſ. 1798. 8. gr. et lat. et eod. anno in 12. gr. cum ſelecta lectionis varietate. — In linguam graeco - vulgarem ex antiquo cod. translatus eſt, et typis ſumtuque *Joan. Karatzu* (Καρατζα, Leucoſia in Cypro orti), Vienn. Auſtriae excuſ. 1792. min. 8. — *Cebetis* tabula et Epicteti manuale, lib. traducti ex Graeco in Slauo - Serwicam linguam per *Demetrium Nicolaowicz Darwar* et editi per fratrem illius *Jo. Nicolaowicz Darwar,* (typis Cyrill.) Budae impreſſ. litteris regg. vniverſit. Peſtanae 1799. 8. (v. *Alter* in *A. L. Anz.* Lipſ. a. 1801. nr. 177. p. 1712.) — In linguam germanicam ſaepius conuerſa eſt Cebetis tabula, a *Grillo,* Halberſtad. 1771. 12. — a *Baumgärtnero,* Noriberg. 1781. 12. — ab *Erneſtina Chriſtina Reiskia* in libro: *Zur Moral, aus dem Griech. überſetzt,* Lipſ. 1782. 8. p. 257 ſqq. — a *Kippio,* Kehl 1788. 8. — a *Schulteſſio* in: *Bibliothek der Philoſophen,* tom. IV. Tiguri 1782. — a *Jacobi,* Hamburg. 1786. 8. — a *J. F. W. Motz,* Halis Sax. 1789.

1789. 8. — *Clericus* in ſiluis philologic. ſubiectis eius edit. Aeſchinis Socrat. dialog. cap. VIII. p. 258 ſqq. loca aliquot Cebetis tabulae illuſtrauit. — M. *Flade* epiſt. de Cebete eiusque tabula, Freiberg. 1794. 4. Docet, Cebetem reuera eſſe auctorem, ſuamque tabulam ſcripſiſſe aetate prouectum.

55. *Aeſchines*, Athenienſis, Socratis auditor et cultor, diſtinguendus ab Aeſchine, oratore. Sub eius nomine circumferuntur tres dialogi, ob ſcribendi rationem puram, ſimplicem, perſpicuam, raro ineptam, morumque praecepta commendabiles, n. de virtute; Eryxias ſ. Eraſiſtratus, de diuitiis; Axiochus *) ſ. de morte. Illos tamen ab Aeſchine Socratico non fuiſſe conſcriptos poſt alios demonſtrarunt *Meiners* in iudicio de quibusdam Socraticorum reliquiis etc. (in Commentatt. regiae ſociet. Gottingenſ. doctrinarum, vol. V. hiſtor. et philol. claſſis tom. V. p. 45 ſqq.) qui illos a recentioribus quibusdam ſophiſtis confictos eſſe cenſet, atque *Jo. Frid. Fiſcher* in praef. et notis ad II. et III. ſuas editt. et poſt praef. Meinerſii (a quo tamen fecit diſceſſionem,) recitationem curauit recudendam. Huic auctor dialogorum haud longe ab Aeſchinis aetate dimouendus videtur. Olim cum Platone, aut ſub nomine illius, cui interdum ſunt adtributi, edebantur. Separatim vero eos ediderunt *Jo. Clericus* gr. et lat. cum verſione notisque ſuis et ſiluis philologicis, ad calcem additis, Amſtel. 1711. 8. — *Petrus Horreus* gr. cum ſua verſione ſuisque animaduerſionibus, Leouard. 1718.

---

*) Hic tamen dialogus olim Platoni quoque fuit adſcriptus, ex. gr. *Platonis Axiochus aut de morte, Joach. Perionio* interprete, gr. et lat. cum Perionii obſeruatt. Pariſ. 1542. 4. — *Boeckhius* in praefatione ad ſuam edit. p. VI. Axiochum et Eryxiam ab alio antiquo Attico ſcriptore profectos, et Axiochum quidem inter ſpurios iſtius farinae dialogos facile principem eſſe cenſet; multa tamen culpat damnatque.

1718. 8. atque *Jo. Frid. Fischer*, qui quater bene meruit de illis dialogis, 1) in vsum scholarum, gr. cum varr. lectt. Lipsiae 1753. 8. 2) ex noua recensione, gr. cum animaduerss. criticis atque egregio indice grammatico, Lips. 1766. mai. 8. 3) ex iterata recensione ad codd. editionesque facta, gr. et cum auctioribus tam animaduersionibus, quam indice, Lips. 1786. mai. 8. — 4) ex recensione sua, gr. sine notis, cum indice plenissimo, Miseni 1788. mai. 8. Idem *Fischer* Axiochum, (qui antea seorsum aliquoties in lucem prodiit,) recensuit, separatim cum notis indiceque pleno, et cum Hieron. Wolfii versione lat. notisque edidit Lips. 1758. 8. — Noua plane recensio et critica editio est in libello, inscripto: *Simonis Socratici, vt videtur, dialogi quatuor* de lege, de lucri cupidine, de iusto ac de virtute: additi sunt incerti auctoris dialogi *Eryxias* et *Axiochus*: graeca recensuit et praefat. criticam praemisit *Aug. Boeckhius*. Accedit varietas lect. Stephanianae. Heidelberg. 1810. 8. — In linguam german. conuersi sunt III. dialogi Lips. 1779. 8. et a *Schultessio* in *Bibl. der griech. Philosophen*, vol. III. nr. 2. Turic. 1779. 8. a *J. M. Heinzio*, cum Platonis Critone, Dess. 1783. 8. et cum nouo tantum titulo adiuncti sunt illius versioni Ciceronis III. libr. de legibus, Gottingae 1788. 8. et *Axiochus* a *Car. Phil. Conz* in: *Museum für die griech. und röm. Litteratur*, part. I. nr. III. p. 70 sqq. Tiguri et Lips. 1794. m. 8. etc.

Axiochus olim quoque *Xenocrati* tributus, et sub eius nomine aliquoties editus est. v. *Panzeri* Annal. typograph. vol. XI. in indice, pag. 195.

56. *Thucydides*, Atheniensis, natus sec. Dodwelli rationes ante C. n. 471. Olymp. 77. ½. V. C. 283. quando mortuus sit, haud constat. Post praeturam apud Amphipolin male gestam exsilio punitus, Scaptesulam, Thraciae ciuitatem, vnde vxo-

vxorem diuitem duxerat, se contulit. Otio et opibus vsus, *historiam belli Peloponnesiaci*, quod XXVII. annos durauit, eleganter scripsit; certe in colligendo ad eam sincere, curate pleneque componendam adparatu diligenter versatus, nulli labori, nullisque largitionibus pepercit. In patriam demum ab exsilio reuocatus est: at, num Athenis, an in Thracia, (vbi forsan opus suum immortale composuit et ad exitum perduxit,) diem obierit supremum, haud liquet. Quum esset philosophus in arteque rhetorica exercitatus, acri iudicio valeret, et in administratione reipublicae aeque versatus esset ac in bello gerendo, et omnia, quae ad veram absolutamque belli illius historiam conducerent scribendam, summo studio collegisset: optimi et, vt dicere solent, pragmatici, grauis, fidi, subtilis acutique historici et prudentis rerum explicatoris, scribendaeque vere atticae rationis exemplar factus multosque nactus est admiratores atque imitatores, quamquam non deerant obtrectatores. Eleganti suauique, at conciso quoque, nimisque presso, hinc interdum obscuro difficilique, vsus est dicendi genere. *) Eius historia vulgo in VIII. libros distributa est; octauus tamen liber a nonnullis alii tribuitur, ab aliis Thucydidi vindicatur. — Edita est primum ab *Aldo*, Venet. 1502. fol. et anno post *scholia* graeca in fol. separatim edita sunt et subiecta Xenophontis Hellenicis, Georgio Gemisto et Herodiano. — *Florentiae* ap. Bernard. Juntam cum scholiis 1506. et 1526. in fol. gr. — emendatius, cum scholiis antiquis et castigationibus *Joach.*

Ca-

*) Breue quidem, at verum et ad laudem Thucydidis plenissimum iudicium de eo tulit *Wyttenbach* in praefat. ad Selecta principum histor. Herodoti, Thucydidis etc. Amstel. 1794. 8. Lectu digna est commentat. *Heilmanni: Kritische Gedanken von dem Character u. der Schreibart des Thucydides*, Lemgou. 1758. 4. rec. in eius Opusc. vol. II. Jenae 1778. 8.

Camerarii,) gr. Basileae, ex offic. Heruagiana 1540. fol. — ab *Henr. Stephano* cum scholiis emendatioribus 1564. fol. iterum emendatius, cum accessionibus quibusdam, 1588. fol. gr. et cum Laur. Vallae interpretatione lat. a Stephano recognita. Posterior Stephani editio repetita est gr. et lat. ab *Aemilio Porto* cum patris Franc. Porti animaduerss. Francof. ap. Wechel. 1594. fol. et a *Jo. Hudson,* gr. et lat. cum scholiis antiquis, lectionibus, et adnotatt. tam suis quam virorum doctiss. Oxoniae, 1696. fol. Ex Hudsoni edit. recusa, at pluribus accessionibus ornata, prodierunt: *Thucydidis* de bello Peloponnesiaco libri VIII. cum adnotatt. integris H. Stephani et Jo. Hudsoni: recensuit et notas suas addidit *Josephus Wasse:* editionem curauit, suasque animaduersiones adiecit *Carol. Andr. Duker,* cum variis diss. msstor. collationibus et indicibus nouis locupletissimis. Amstelaed. 1731. fol. Quamquam Critici in hac, alias venusta et praestanti, editione multa desiderant: tamen recusa est Glasguae 1758. 8. VIII. voll. et, textu autem, scholiis et notis, (hinc inde auctis,) minus commode dispersis, gr. et lat. Biponti. 1788. et 1789. VI. voll. Vltimum volumen continet H. Stephani Proparasceuen, adnotatt. in scholia gr. et indices. — Ad edit. Dukeri sunt expressi libri VIII. graece Viennae 1785. 8. II. tom. curante *Altero,* qui varias lectiones codd. Vindobon. aliorumque, et specimen s. Lexicon Graecitatis Thucyd. atque indicem geographicum addidit. — Optima et plenissima est editio, ad ed. quidem Duker. cum omnibus auctariis recusa, at nouis adnotatt. duorumque codd. VV. lectt. locupletata, quam parare coeperat *Jo. Christoph. Gottleber,* et opere vix coepto post mortem eius perficere studuit *C. L. Bauer,* qui primo volumini praefatus est, et, hoc quoque denato, vol. II. a libro sexto, meliore fortuna absoluit, multa praeclara addidit

et

et pag. LIV sqq. praefatt. subiecit elenchum codd. Thucydidis collatorum, editionum, versionum, et libellorum ad eum illustrandum spectantium *Christ. Dan. Beck.* Lips. vol. I. 1790. vol. II. 1804. 4. — Graece in vsum scholarum edidit Thucydidis libros, ad optimas edd. expressos, *Bredenkamp,* Bremae II. part. 1791. et 1792. 8. — Singulae etiam quaedam particulae sunt editae: ex. gr. *Thucyd.* funebres oratt. gr. et lat. Glasguae 1755. 12. — *Thucydidis* oratt. cum animaduerss. et indice *Car. Lud. Baueri,* Lips. 1759. 8. (qui iam Lips. 1753. 4. praeclaram ventilarat Exercitat. de lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina.) — Platonis Menexenus, et Periclis *Thucydidei* oratio funebris; recensuit et animaduersionibus illustrauit *Jo. Christ. Gottleber,* Lips. 1782. 8. — Add. §. 70. — Germanice vertit libros VIII. et obseruatt. criticis illustrauit *Jo. Dau. Heilmann,* Lemgou. 1759. 8. — ed. II. cum animaduersionibus, correctionibus et supplementis *G. G. Bredow.* Lemgou. 1808. m. 8. atque animaduersiones peculiarem quoque acceperunt inscriptionem: *Anmerkungen zu Thucydides, besonders Berichtigungen u. Nachträge zu Heilmanns deutscher Uebersetzung desselben von G. G. Bredow,* ib. eod. anno. — *Max. Jacobi* versionis german. II. tom. Hamburg. 1804. et 1806. m. 8. — Oratt. Thucyd. germanice vertit, et notas latin. in omnes Thucyd. libros adiecit *Jo. Jac. Reiske,* Lips. 1761. 8. qui etiam in Animaduerss. ad gr. auctores vol. III. Lips. 1761. 8. p. 1 sqq. multa in gr. contextu more suo correxit. — Gallice vertit Thucyd. et adiecit notas atque illustrationes atque Corayi permultas emendationes et adnotationes *Petr. Carol. Levesque,* Paris. 1795. 8. IV. voll. item *J. B. Gail,* Paris. 1807. X. voll. in 4. et 8. Tom. IX. et X. addidit Mémoire sur Thucydide, in cuius sectione IV. nr. 2. agit Gail de

XIII.

XIII. codd. Parif. ab ipfo collatis, nouemque codd. varr. lectt. funt textui ftatim fubiectae. Idem enim edidit fimul Thucydid. gr. et lat. et cum VV. LL. textui fubiectis, VIII. voll. accedit tom. IX. et X. Mémoire etc. ex ed. verfionis fumta. conf. Gotting. ephem. litt. 1809. p. 653. et 1810. nr. 70. p. 695. — Hic quoque laudandi funt *Henr. Dodwelli* Annales Thucydidei et Xenophontei, praemiffo adparatu cum vitae Thucyd. fynopfi chronologica, Oxon. 1702. 4. rec. in ed. Dukeri, et a Beckio tom. II. ed. Lipf. — *Herodot u. Thucydides. Verfuch einer nähern Würdigung ihrer hiftorifchen Grundfätze, mit Rückficht auf Lucians Schrift, wie man Gefchichte fchreiben müffe, von G. Fr. Creutzer,* Lipf. 1798. 8. et, mutato tantum tituli folio, Marburg. 1803. Eft quafi explicatio loci Thucyd. I. 22. fin. — De Thucydide, eius hiftoria, edd. verfionibus librisque, ad eius explicationem fpectantibus plura fuppeditaui ad *Fabr.* B. Gr. II. p. 721. (vbi quoque in not. *d.* de vita Thucyd. gr. fcripta, cuius auctor *Marcellinus* vulgo creditur, quaedam traduntur, et p. 744. de quinque aliis, licet diverfae aetatis, hiftoricis breuiter egi,) in Introd. I. p. 350 fqq. et p. 355. de feptem aliis antiquis gr. hiftoricis, poetis atque oratoribus, atque in Supplem. I. p. 175 fqq.

57. *Agatho,* Athenienfis, Euripidi et Paufaniae peramatus, floruit fecundum Saxium circiter Olymp. CX. 1. ante Ch. n. 418. V. C. 334. poëta tragicus et comicus, cuius nonnulla fragmenta collegit *Grotius* in excerptis Tragic. p. 436.

58. *Andocides,* Athenienfis, natus Olymp. LXXVIII. 1. ante C. n. 468. homo turbulentus, et orator, quamquam Lyfiae et Demofthenì multum cedit, tamen fubtilis grauisque, atque ad hiftoriam graecam cognofcendam vtilis. In exfilio demum mortuus eft. Quatuor orationes funt fuperfti-

perstites, quae exstant in collectionibus oratorum graec. Aldina, Stephaniana, Wecheliana et Reiskiana vol. IV. post pag. 274 sqq. ac *Reiske* in vol. VIII. p. 455 sqq. dedit curas posteriores ad Andocidem indicemque Graecitatis Andocideae; p. 535 sqq. *Jo. Gottfr. Hauptmanni* libell. de Andocide, oratore graeco, fecit recudi. — Oratorum Graeciae praestantissimor. *Antiphontis, Andocidis* et *Isaei* oratt. XXX. gr. et lat. *Alphonso Miniato* interprete. Hanou. typ. Wechel. 1619. 8. — Quartam orationem in Alcibiadem *Taylor* in Lection. Lysiacis, (vbi cap. V. et VI. copiose agitur de Andocide,) ab Andocide ad Phaeacem traducere conatus est; sed rationes Taylori intelligenter excusserunt et grauiter refellerunt *Ruhnken.* in histor. critica orator. graecor. p. LII sqq. (vbi a p. XLVII. de *Andocide* et *Phaeace* vberius disputat,) et *Jan. Otto Sluiter* in libro docto: *Lectiones Andocideae:* interiectae sunt Lud. Casp. Valckenarii ineditae et Jo. Luzacii in Andocidem animaduerss. item nonnulla ex codd. MSS. excerpta, Lugd. Bat. 1804. 8. p. 16 sqq. et ex Aduersariis Valckenarii longam illius disputationem ad orationem Andocidi vindicandam excerpsit. Conf. longam censuram in Biblioth. critica vol. III. part. III. Amstelod. 1805. p. 75 sqq.

59. *Lysias,* Atheniensis, Cephali, Syracusani, hominis diuitis, qui Athenas commigrarat, filius, natus Olymp. LXXX. 2. ante C. n. 458. obiit Olymp. C. 2. vel 3. ante C. n. $3\frac{78}{77}$. anno aetatis 80. vel 81. *) Atheniensibus Sybarin siue Thurios coloniam deducturis, se colonis adiunxit heredi-

*) Sed in annis designandis non omnes critici consentiunt. V. de Lysia *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. II. p. 25 sqq. *Taylor.* in vita Lysiae, praemissa eius edit. Londin. p. 29 sqq. in Reiskii autem orator. graec. vol. VI. p. 100 sqq. et alios.

reditatis adeundae gratia, et in noua vrbe condita *Tisia* atque *Nicia*, rhetoribus Syracusanis, vsus est magistris, sed rebus Atheniensium in Sicilia adflictis, in patriam rediit. Enimuero inde quoque, XXX. tyrannorum crudelitate coactus, aufugit. Rebus compositis, Athenas reuertit, et reliquam vitam priuatus exegit: artem dicendi professus vltra ducentas orationes easque fere omnes in aliorum, quibus dicendas suppeditauit, vsum conscripsisse dicitur: sed ad nostram aetatem tantum quatuor et triginta oratt. peruenerunt. At orationem sextam *contra Andocidem* falso tribui Lysiae, pluribus ostendere sustinuit, eamque saepius emendauit *Sluiter* in Lectionibus Andocideis, paullo ante laudatis, cap. 8. p. 166 sqq. Constanti veterum et recentiorum iudicio habitus est subtilis, acutus, elegans et disertus orator atticeque venustissimus: vi tamen ingenii et eloquentiae cedit Demostheni; venatur etiam antitheses, et nimis paene studiose amat sectaturque quamdam membrorum structuram, dictionis breuitatem vinculaque ratiociniorum. Editae sunt orationes: inter Oratt. vett. gr. apud Ald. 1513. fol. et ap. *H. Stephan.* (e codd. et coniecturis emendatae,) 1575. fol. — e recensione et cum notis *Andr. Schotti*, Antwerpiensis, ad calcem libri positis, (qui textum Stephan. suis coniecturis contaminauit,) lat. redditae et politicis notis illustratae a *Jod. van der Heidio*, Hanou. typ. Wechel. 1615. 8. — Haec ed. notis tamen Schotti omissis, repetita est cura *Jo. Burc. Maii*, Prof. Giessensis, gr. et lat. Marburgi Cattor. 1683. 8. — Sed superiorum diligentiam vicit, orationes ad fidem codd. msst. aut de sua coniectura recensuit, fragmenta collegit, notis nouaque interpretatione, (sed hiulca,) instruxit atque *Jer. Marklandi* notas criticas, item commentar. de vita Lysiae atque Lectiones Lysiacas addidit *Jo. Taylor*,

Lon-

Londini 1739. m. 4. *) — Idem poftea minorem edit. curauit in vfum iuuentutis, gr. et lat. ex fua interpretatione, hinc inde correcta, et cum breuibus notis, ex maiore exemplo vt plurimum contractis, nec non indice attico, variisque lectt. cod. Veneti. Cantabrig. 1740. 8. — Maiorem et minorem Taylori edit. ad vfum lectorum multo commodius, fua autem verfione lat. fubftituta, recudi fecit, textum e codd. de nouo recenfuit, aut de coniectura fua correxit, notis fuis multisque aliis auxit ornamentis *Jo. Jac. Reiske* in vol. V. et VI. oratorum graecorum, aut Lyfiae vol. I. et II. Lipf. 1772. 8. — *Lyfiae* opp. gr. et lat. cum verfione noua, triplici indice, variantibus lectt. et notis edidit *Athanaf. Auger,* Parif. excud. Franc. Ambrof. Didot. 1783. 8. II. tom. — Denique curante *F. C. Altero* prodierunt *Lyfiae* quae exftant ad cod. Vindobonenfem expreffa. Viennae 1785. 8. Ipfe *Alter.* de hac fua edit. et cod. Vindobon. multus eft in *Allgem. litterar. Anzeiger* Lipf. a. 1799. nr. 50. col. 501 fqq. — Quaedam Lyfiae oratt. feparatim editae funt graece aut latine expreffae, (v. Taylori praefat. ad Lyf. in Reiskii oratt. gr. vol. VI. p. 72 fqq.) ex. gr. eius *funebris oratio* et *Platonis Menexenus*, cum verfione Philelphi et breuibus notis *Mich. Bufteed*, Cantabr. 1696. form. min., atque ego eamdem oration. dedi atque explicui in Anthologia gr. profaica, Norimberg. 1781. 8. — Add. §. 70. de Platone. — Germanice eam vertit, et cum verfione fua orat. Demofthen. de corona edidit *Ge. Frid. Seiler*, Coburgi 1768. 8. atque *(Frid. Schlegel)* in Wielandi Attico Mufeo, tom. I. fafc. 2. Tiguri 1796. p. 213 fqq.

*) Conf. *Paulli Schaffshaufii* diff. epiftolar. de infignibus Jo. Taylori in Lyfiam, oratorem, meritis, ex praeftantiffima orationum Lyfianar. editione, a V. C. adornata, comparatis. Hamburgi 1741. 4.

213 sqq. cum praeclara introduct. de Lysia potissimum, subiectis animaduerss. p. 255 sqq. et examine, (p. 260 sqq.) et p. 277 sqq. versione orationis, 'Ολυμπιακός, et in: *Neues Attisches Museum* etc. tom. III. fasc. 2. p. 1—102. Tiguri 1810. 8. *Lysiae* oratt. contra Eratosthenem et Agorat. eiusd. orat. in qua se defendit etc. cum adnotatt. — Lysiae oratt. *Auger* gallice, Paris. 1781. m. 8. et *J. Gillies* anglice, Londin. 1778. m. 8. verterunt.

Commode adiungi possunt *Corax* circ. Olymp. LXXVI. et *Tisias*, eius discipulus, vterque Siculus, artis orandi inuentores et principes. (*Cic.* de Orat. I. c. 20. Brut. c. 12.) Conf. *Mongitor* Bibl. Sic. I. p. 146 sqq. et II. p. 767. atque de *Nicia* ib. p. 85.

60. *Theophilus*, poëta comicus, vixit circiter Olymp. XCII. 3. ante Ch. n. 480. V. C. 344. Fragmenta quaedam deprehenduntur in sententiis vett. Comic. Paris. 1553. 8. p. 125. in *Hertelii* sententiis L. Comic. p. 878. et *Grotii* Excerptis p. 706. Ex cod. olim Vatic. nunc Paris. fragmentum publicauit *St. Croix* in: Examen des Historiens d'Alexandre le Grand, ed. II. p. 864.

61. *Philistion*, poëta comicus et mimicus. Num vero temporibus Socratis vel Isocratis, an extremis Augusti imp. vixerit, et de paucis eius, qui superesse dicuntur, versibus non omnes consentiunt.

62. *Chaeremon*, poeta tragicus, Philippo in Macedonia regnante. Eius fragmenta collegit *Grotius* in Excerptis com. gr. p. 844. v. *Hermann* ad Aristotel. de arte poet. p. 96 sq. — *Fabric.* in B. Gr. II. p. 292. de *Choerilo*, Atheniensi, circ. Olymp. LXIV. auctore quondam CL. tragoediarum, et de *Choerilo*, Samio, poeta epico, circ. Ol. LXX. huiusque fragmm. egit, et ego quaedam adnotaui.

63. *Antiphanes*, Rhodius, circ. Olymp. XCIII. 1. ante C. n. 406. V. C. 346. mediae comoediae et multorum dramatum auctor clariſſimus. Eius reliquias poſt alios optime collegit, atque explicuit *Petr. Henr. Koppiers* in Obſeruatis philolog. in loca quaedam Antiphanis etc. Lugd. B. 1771. 8. p. 1—58.

64. *Iſocrates*, Theodori filius, Athenienſis, natus Olymp. LXXXVI. 1. ante Ch. n. 435. et, nuntio cladis Athenienſium in proelio apud Chaeroneam adlato, centenarius prope fame mortem ſibi accelerauit Olymp. CX. 3. ante C. n. 338. (v. *Corſini* Faſtos attic. tom. II. p. 67 ſqq.) A patre liberaliter educatus audiuit Prodicum Ceum, Protagoram, Gorgiam Leontinum, et Tiſiam Syracuſanum. Aetate prouectus, a muneribus reipublicae abſtinuit, et eloquentiae docendae, quae illi valde fructuoſa fuit et quaeſtuoſa, vacauit et diſcipulos primus adduxit ad modum et numerum quemdam in ſoluta oratione ſeruandum. Primum vero apud Chios, deinde Athenis ludum aperuit, tantamque ſibi comparauit gloriam, eaque floruit nobilitate diſcipulorum, vt domus Iſocratis officina eloquentiae haberetur. (v. *Cicer.* in Orat. cap. 13. de Oratore II. cap. 22. in Bruto cap. 8.) Ipſe tamen nullas conciones habuit iudiciales, multas autem orationes, ſed forenſes, pro aliis ſcripſit; ſuperſunt vero XXI. *oratt.* (inter quas eminet *Panegyricus*, cui elaborando plures annos impendiſſe fertur,) quae a concinnitate, iucunditate, elegantia, pulcra ſtructura aliisque virtutibus aeque laudari ſolent, ac propter nimium anxiumque delectus, collocationis et numeri ſtudium iam ab antiquioribus auctoribus eſt, interdum paullo ſeuerius, vituperatus. Praeterea decem *epiſtolae* ſunt ſeruatae, et *artem rhetoricam* ab eo fuiſſe conſcriptam, valde probabile videtur. — Editionum potiorum haec eſt ſeries. Princeps eſt et emen-

emendata orationum Mediolani, curante *Demetrio Chalcondyla*, 1493. fol. — Discrepat interdum et fundus est reliquarum editionum Aldina, Venetiis 1513. et 1534. fol. Ad calcem edita sunt quaedam *Alcidamantis*, *Gorgiae* et *Aristidis*, et posteriori adiectum est Lexicon *Harpocrationis*. — Critica est oratt. vna cum epistolis et Harpocrationis ac Suidae difficiliorum ap. eumdem dictionum explicatione editio, graece, cum nonnullis varr. lectt. et coniecturis Wolfii in margine positis, Basil. per Thom. Guarinum, 1565., et paullo emendatior, 1579. 8. — *Hieronymus Wolfius*, optime de Isocrate meritus, primum euulgauit versionem latinam orationum, addita epistolarum versione etc. Basil. 1548. fol. Postea ex noua illius recognitione ter emendatius prodiit versio latina: et sic, mutato orationum ordine, cum textu gr. oratt. et epistolas primum dedit 1551. vti ex praefat. ad meliorem illius versionem Lutetiae Paris. 1553. 8. adparet. — Ex recensione Wolfiana orationes et epistolae Basileae et alibi, modo graece, modo gr. et lat. in 8. saepius exierunt prelis. In ed. Basil. 1546. 8. gr. depromta ex Aldina, quibusd. locis exceptis, editor adiecit primus epistolam X. ad Dionysium. Interea edita sunt omnia *Isocratis scripta*, graeco-latina, cum noua Wolfii versione eiusque adnotatt. nouis, iusto vberioribus, ac multis castigationibus et coniecturis, collatis pluribus edd. et cod. Fuggeriano; coniecturas autem multas in textum recepit Wolfius; Basil. 1570. fol. — *Henr. Stephanus* lectionem Aldinam saepe reuocauit et optimam, quae etiam quaedam singularia habet, curauit editionem *Isocr.* orationum et IX. epistolar. cum versione lat. Wolfii. Insunt etiam Stephani in Isocratem diatribae septem; Gorgiae et Aristidis quaedam, eiusdem cum Isocraticis argumenti, *Guil. Cantero* interprete, 1593. fol. — Oratt. et episto-

epiſtolae, (ſec. recenſionem Wolfii,) gr. Londini 1615. 8. — *Guil. Battie* primum edidit orationes Iſocr. VII. et epiſtolas IX. cum verſione ſua noua et hiſtoricis animaduerſionibus, quibus adiecit paucas Wolfii notas, et vv. lectt. ex Aldina et Stephan. atque ex ſeptem codd. excerptas, Cantabr. 1729. 8. ſecundis curis, Londin. vol. I. 1749. 8. eodemque anno vol. II. quod Orationes XIV. complectitur: quae duo volumina coniunctim edita ſunt et inſcripta: *Iſocr. Opera* — omnia. Varias lectt. verſionem nouam ac notas adiunxit *Guil. Battie*, ſed criticis parum probauit facultatem, operam atque ſollertiam ſuam. — Nouam quodammodo recenſionem, ex codd. Pariſ. vett. editt. et adparatu editoris Cantabrig. factam, et textum emendatiorem, (multis tamen vitiis typographicis inquinatum,) dedit addiditque Iſocr. epiſtolam ad Archidamum, atque ſingulis fere paginis ſubiecit notas, pleraſque de lectione, quasdam de ſenſu et verſione, *Athanaſ. Auger*, gr. cum verſione ſua lat. Pariſ. 1782. 8. III. voll. ſed eruditi multa deſiderarunt. Idem *Augerius* edidit verſionem opp. Iſocrat. gallicam cum diſſertationibus, Pariſ. 1781. mai. 8. III. voll. et Penſées morales d'Iſocrate, extraites de ſes Oeuvres et traduites, Pariſ. 1782. 8. — Critica atque correcta eſt editio *Iſocr.* Operum, quam varietate lectionis, (collatis II. codd. Auguſtano et Bauarico,) animaduerſionibus criticis, ſummario et indice inſtruxit *W. Lange*, graece, tom. I. Halae 1803. mai. 8. Tomus II. qui nondum lucem adſpexit, comprehendet commentarios. Idem *Lange* opp. Iſocr. german. vertere et illuſtrare coepit, Berol. et Stralſund. 1798. 8. I. tom. — Nouam eamque criticam adcuratamque textus gr. recenſionem, ductam ex antiquiſſimo cod. nunc gallico, fecit, et *Opp. Iſocrat.* in vſum Graecorum, gr. cum notis edidit *Coray*, Pariſ. ex typogr. Firmin.

Firmin. Didoti, part. I. II. 1807. 8. quae consti-tuunt duo prima voll. *Hellenicae Bibliothecae*, a Corayo indicatae in Prodromo 1805. publica-to. Conf. *Beckii* Acta Seminarii regii Lipsiens. vol. I. p. 460 sqq. — Separatim quaedam oratio-nes atque epistolae sunt publicatae: h. autem loco paucas, et potissimum recentiores commemorabo. Oratt. ad Demonicum, de regno ad Nicoclem, et Nicocles in vsum scholarum frequenter sunt edi-tae, aut Plutarcho de puerorum educatione ad-iunctae. Eas cum Plutarcho *Jo. Christi. Clemann* notis german. illustrauit, Hamburg. 1745. 8. — *Isocratis* oratt. IV. ad Demonicum, Euagorae lau-datio, ad Nicoclem, Trapezitica, in vsum Gr. L. studiosorum separatim editae, (a *J. F. Facio*, se-quuto edit. Augerianam, paucis tantum mutatis, vel aliter interpunctis,) gr. Coburg. 1790. 8. — *Ad Demonicum* libell. quem tamen critici qui-dam ad alium Isocratem iuniorem referre malue-runt, editus et praeclare explanatus est ab *Anto-nio Schoro*, gr. et lat. in libro: *De ratione di-scendae docendaeque L. Gr.* Argentorat. 1557. 8. et deinceps aliquoties; cuius recentissima edi-tio est inscripta: *Anton. Schori liber aureus de ratione docendae discendaeque L. Gr. Emenda-vit et auxit Frid. Wilh. Jon. Dillenius*, Stutt-gard. 1780. 8. — *Jac. Facciolatus* in libro in-scripto: *Monita Isocratea* ad priuatorum et prin-cipum institutionem, gr. et lat. cum animaduerss. Patau. 1737. 8. et in ed. altera locupletiore, ibid. 1741. 8. excerpsit monita ex orat. ad Demonic. et duabus aliis. — rec. cum obseruatt. et indice *Jo. Frickii*, Jenae 1764. 8. — Germanice vers. Brunsuici 1717. 8. — Hamburg. 1744. 8. — a *Jo. Jac. Meyer*, Memmingae 1790. 8. — *Isocr. ad Nicoclem* or. gr. et lat. notis illustrauit *J. Christ. Frid. Bährens*, Halae Sax. 1787. 8. — li-bera versio *Isocr. von den Pflichten eines Mo-*

narchen

narchen, an Nicocles, von J. M. Affprung, Vlmae 1785. 8. Idem V. D. germanice vertit *Ifocr. Areopagit.*, Francof. et Lipf. 1784. 8. — Optima editio *Panegyrici* prodiit ex recenfione et cum animaduerff. *Sam. Frid. Nath. Mori,* gr. Lipf. 1766. min. 8. — multo auctior et correctior (collatis cod. Bauarico et ed. Augeriana,) Lipf. 1786. mai. 8. et paucis additis obferu. poft eius obitum, ib. 1804. m. 8. — Praeftans interpretatio germ. cum erudita introductione eruditisque notis *C. M. Wielandi* exftat in huius *Attifchem Mufeum,* tom. I. fafc. 1. p. 1 fqq. — In eod. tomo, fafc. 3. p. 125 fqq. eft verfio *(Schlegelii) Kunfturtheil des Dionyfios über den Ifokrates,* cum examine illius iudicii. — *Euagoras* (fiue orat. funebris in laudem Euagorae, regis Cypriorum,) gr. cum varietate lectionis, animaduerff. et indice *Chr. Godofr. Findeifen*, Lipf. 1777. 8. — Parum laudatur edit. M. *Heynig,* gr. cum verfione et adnotatt. Lipf. 1798. 8. — Ex codd. atque editt. ducta eft ed. X epiftolarum Ifocratis et aliorum, infcripta: *Ifocratis, Demetrii Cydonii* et *Mich. Glycae* aliquot epp. nec non *Dionis Chryfoftomi* oratio *περὶ λόγου ἀσκήσεως*, partim ex cod. Helmftadienfi, partim ex codd. Mosquenfibus edidit, et animaduerff. adiecit *C. Fr. Matthaei,* Mofcou. 1776. m. 8. — Conf. *Gottlob Bened. Schirach.* II. diff. de vita et genere fcribendi Ifocratis, additis nonnullis ad loca quaedam Ifocratis obferuatt. Halae Magd. 1765. 4. — *Frid. Gotthilf Freytag* oratorum et rhetorum graecor. quibus ftatuae honoris cauffa pofitae fuerunt, decas. Lipf. 1752. p. 22 fqq.

65. *Alcidamas,* ex Aeolica Afiae ciuitate, difcipulus Gorgiae, et Ifocratis aequalis, rhetor atque orator planus facilisque. Eius oratt. *Vlyffis contra Palamedem* et *contra Sophiftas* poft

Aldum et Stephanum editae ſunt in collect. orator. graec. Reiskiana, vol. VIII. p. 64 ſqq.

66. *Xenophon*, Athenienſis, natus Olymp. LXXXII. aut ſecundum *Corſin.* in Faſtis attic. tom. II. p. 279. circ. Olymp. LXXXIV. et obiit Olymp. CV. Floruit ante C. n. 399. V. C. 353. Vir in toga ſagoque et litteris clariſſimus, philoſophus Socraticus. Ex ſchola autem Socratis hauſit philoſophiae vtilitatem et ſubtilitatem, atque dialogi artem ac ſuauitatem, Socratisque doctrinam atque diſciplinam optime et ſincerrime reddidit. Idem praeclarus hiſtoricus et praeſtans, elegantis, ſuauis, dulcis iuſteque ornatae ſcribendi rationis exemplum, ita vt iam a veteribus Muſa et Apis attica diceretur, atque Cicero in ſtructura periodi et verborum atque orationis collocatione eum imitaretur. Attamen plura vocabula poetica, quam quemdam Atticorum, qui in ſoluta ſcripſerunt oratione, eum frequentaſſe, Hemſterhuſ. et Ruhnken. obſeruarunt. Idem diuerſis locis proeliis interfuit variis et inſignem belli ducisque peritiam declarauit, variaque expertus eſt fata. Patriae fuit amantiſſimus, etiam quum a ciuibus ſuis exſilio multatus eſſet; atque in receſſu ſuo philoſophiae conſcribendaeque hiſtoriae vacauit. Multa autem ſcripſit partim hiſtorici ac politici, partim oeconomici, partim philoſophici argumenti. — Vniuerſorum *Xenophontis* librorum editiones hae ſunt: Princeps eſt *Florentina* in aedibus Phil. Juntae 1516. fol. e cod. interdum mutilo vitioſoque ducta. Deſunt vero lib. de Ageſilao rege, Apologia, de Vectigalibus (praeter fragmentum quoddam,) atque poſterior pars de rep. Athen. Hi libelli additi ſunt in meliore et correctiore edit. *Aldina* 1525. fol. curante Aſulano, qui Ageſilaum, a Junta inter Plutarchi vitas editum, Xenophonti reddidit, librosque in meliorem redegit ordinem. — Ed. ex officina *Juntina* 1527. fol. conuenit cum prima

prima Juntina, nisi vt ex Ald. edit. accederent lib. Agesilaus, et de vectigalibus, item quaedam Dionis opuscula. Textus Juntinae primae ed. repetitus est in edd. *Halae Sueuor.* 1540. 8. III. tom. cum praefat. Melanthonis, et *Basileae* ap. Nic. Brylinger. cum praefat. Albani Torini, et variorum lat. interpretatione, 1545. fol. — Non ita multo post, sine anno, (procul dubio, vti versio latina, 1551. Basil. apud Isingrin.) graece Basil. ap. Isingrin. in 8. II. tom. prodiit ex edit. Juntina; sed textus est multis locis a *Castalione* siue coniectura, siue codicum auctoritate mutatus. — repet. ibid. gr. et cum latina variorum interpretatione apud Nic. Brylinger. curante M. *Jo. Petri,* 1555. fol. — Nouam recensionem ope codd. editionum et ingenii fecit *Henr. Stephanus* 1561. fol. Latina interpretatio separatim excusa est. Idem ex noua recognitione edidit *Xen. Opp.* notasque auxit, 1581. fol. — Ex Stephani recensione, paucis mutatis, gr. et lat. cum adnotatt. calci adiectis, edidit *Jo. Leonclauius,* Basil. 1569. fol. rec. ibidem 1572. fol. — Idem, perpaucis in textu, pluribus in versione lat. mutatis auctisque notis, edere coepit, sed, morte impeditus, non absoluit, et Frid. Sylburgius praefatus est, Francof. ap. Wecheli heredes 1594. fol. — cum nouo tantum titulo, adhaerent tamen calci *Aemilii Porti* et *Fr. Porti* notae cum indice, gr. 1596. et Paris. typis regiis per Ant. Steph. 1625. fol. — *Eduard. Wells* parum religiose edidit Opp. *Xenoph.* gr. et lat. cum Dodwelli chronologia Xenophontea et IV. tabulis geographicis. Oxon. 1703. 8. V. voll. — Haec Wellsiana cura *Car. Aug. Thieme* correctior et auctior, (in vol. I. et II. praemissis Thomae Hutchinsoni dissertatt.) Lips. 1763. 1764. IV. voll. — iterum ib. 1801—1804. mai. 8. Thieme promiserat in vol. V. indicem verborum graecor. et in vol. VI. Obseruatt. vv. doctorum criticas cum

 varia-

varietate lectionis addere, et multa quidem collegit, ſed tandem totum ſuum adparatum ante obitum tradidit *Frid. Guil. Sturzio*, cuius diligentiae inſignique litterarum graecarum ſcientiae debemus *Lexicon Xenophonteum*, (quod etiam vicem commentarii ſuſtinet,) Lipſ. 1801—1804. mai. 8. IV. voll. — Opp. gr. et lat. Glasguae 1762. 12. XIV. voll. — Critica bonaque opp. edit. curata eſt a *Beniamin Weiske* cum eius commentariis ad rerum et verborum intelligentiam vtilibus, Lipſ. 1798—1804. mai. 8. VI. voll. In praemiſſis introductionibus in ſingulos Xenoph. libellos de his varia ratione iudicat. — *J. B. Gail* Xenoph. Opp. edidit gr. cum verſione lat. ſuaque gallica notisque criticis, additis tabulis geographicis et figg. aeri inciſis, et XXV. ſpeciminibus Msstor., notitiaque Msstor. Thucydidis ac Xenophontis, Pariſ. tom. I—VII. 1795—1809. 4. (an. 1810. integrum opus forſan abſolutum fuit.) — Nitida eſt *Xen.* Opp. editio, gr. curante *Godofr. Henr. Schaefero*, Lipſ. 1811. 12. V. tom. textu ſaepius refecto ad fidem librorum coniecturasque virorum doctorum. Suarum quidem coniecturarum ſpecimen dedit editor in praefat. ad edit. Lipſienſ. Anacreontis Brunckiani. — Opp. in linguam german. conuerſa ſunt ab *Aug. Chriſt.* et *Conrad. Borheck*, fratribus, Lemgou. 1778—1794. 8. V. voll. Sextum vltimumque vol. adhuc forſan deſideratur. — Singulorum opuſculorum editiones, (quarum haud ſpernenda eſt copia,) potiores aut recentiores hae fere ſunt: *Cyropaedia*, ſiue de vita et diſciplina Cyri, de cuius fide in vtramque partem disputatum eſt: eſſe autem videtur libellus hiſtoricus romanenſis, ita tamen, vt ipſa veraque Cyri hiſtoria ornate explicetur. Magnus autem numerus eſt editionum ac verſionum. — A ſplendore et praeſtantia, (quamquam non vbique ſatisfactum fuerit eruditis,) laudatur edit. e recognitione *Thomae Hutchinſon*, ex cod. Oxon. editisque

tisque libris emendata, cum verſione lat. Leunclauii, at ſaepius mutata, cum obſeruatt. Hutchinſoni, praemiſſis tabula geographica, binisque diſſertatt. ac notis plurimis Stephani, Leunclauii, Ae. Porti et Mureti, delectuque variantium lectt. Oxon. 1727. 4. Repetita eſt haec edit. contractis notis et diſſertatt. Londini 1730. 1735. 1738. 1747. 1756. 1765. 1773. et 1782. 8. *) — ex ed. Th. Hutchinſon, gr. Glasguae 1767. 12. tom. IV. — e recenſione Hutchinſoni, cum ſelectis eiusd. notis, acceſſit index Graecitatis, (curante *Moro*,) graece. Lipſ. 1774. 8. et 1784. 8. — Editt. gr. cum indice, Francof. et Lipſ. 1776. 8. Stuttgard. 1789. 8. cum notis german. et cum ind. graeco-germanico, ſtudio *C. C. H. Weckherlin*, Stuttgard. 1798. 8. et gr. ac lat. Baſil. 1790. 8. paucis indicabo. — Inprimis commendandae ſunt edd. e noua recenſione, ad libros ſcriptos editosque factae, et praeclaris doctisque notis indiceque graecitatis ampliſſ. inſtructae, *J. Car. Zeunii*, Lipſ. 1780. mai. 8. graece, et *J. G. Schneideri*, ib. 1800. mai. 8. gr. — Zeuniana recenſio, quibusdam locis maxime primi libri mutatis, cum indice graecitatis germanico repetita eſt ſtudio *Mart. Henr. Thiemii*, Berol. 1784. 8. — Adiungi debet *Jo. Frid. Fiſcheri* commentarius in Xenophontis Cyropaediam: edidit *Chriſti. Theoph. Kuinoel*, Lipſ. 1803. m. 8. Eſſe tamquam Schneiderianae editionis adpendicem, et Fiſcherum ſuſpicatum eſſe, idque collegiſſe ex diuerſitate lectionis plurium locorum, quae vix Grammaticorum inge-

*) De editionibus Xenophonteorum opuſculorum in M. Britannia excuſis ac verſionibus anglicis pluribus v. *Brüggemann* A View of the Engliſh editions, translations and illuſtrations of the ancient Greek and Latin Authors, Stettin. 1797. 8. p. 132 ſqq. et Supplement etc. ib. 1801. 8. p. 52 ſqq. — *Wurm* progr. ſ. Obſeruatt. ad aliquot Xenophont. Cyropaed. locos. Stuttgardt. 1807. 8.

ingeniis deberi videretur, et ex collatione codd. Guelferbytani et Altdorfini, Xenophontem libros ſuos de Cyri vita ac diſciplina bis recenſuiſſe, Kuinoel in praefatione adnotauit. In lectt. et accentibus ſaepe disceſſit a Schneidero aliisque *C. E. F. Weckherlin* in edit. cum paucis breuibusque, maximam partem exegeticis et germanice ſcriptis adnotatt. et indice graeco - germanico, Stuttgard. 1807. mai. 8. — e recenſione *Hutchinſoni* etc. Lond. 1811. 8. — Germanica verſio *Frid. Grillo*, Lipſ. 1785. 8. *) — *De Cyri minoris expeditione* libr. VII. quos ediderunt e noua recenſione *Hutchinſon* cum notis et praemiſſa de auctore Cyri expeditionis diſſertatione, Oxon. 1735. 4. repet. ſine diſſertatione et varietate lectionis, Oxon. 1745. mai. 8. Cantabrig. 1772. 1777. et a Porſono, cum paucis adnotationibus, 1785. 8. — ex *Hutchinſon.* edit. gr. et lat. Glasguae 1764. 12. IV. voll. gr. Oxon. 1772. 8. — poſtea *Morus* cum notis ſelectis Hutchinſ. et ind. graecitatis: acceſſerunt *Xenoph.* libelli de republica Lacedaemonior. et Athenienſium multum correctiores, graece, Lipſ. 1775. mai. 8. — tum *J. Car. Zeunius*, qui ad codd. tres Pariſ. **) aliosque libros recenſuit et in doctis notis explicuit, Lipſ. 1785. mai. 8. — Zeunii edit. paucis locis mutatis reddidit *F. H. Bothe* graece, adiecitque indicem graeco - germanic. Lipſ. 1804. m. 8. ſine notis. — Superiorum tamen editorum diligentiam vicit *Jo. Gottlob Schneider* in edit. gr. cum notis eruditis et indice Graecitatis, Lipſ. 1806. m. 8. Prae-

---

*) *J. F. Roos* ſpicileg. obſervatt. in Cyropaediam Xenophontis. Gieſſae 1795. 4. — *Dauid. Schulz* diſſ. I. praeſide *Schütz*, de Cyropaediae epilogo, Xenophonti abiudicando; diſſ. II. adſumto ſocio *Jo. Schulze*, Halae Sax. 1806. m. 8.

**) Quorum lectionem *Larcher* in notis ad ſuam verſionem Anabaſeos gallicam, quae laudatur, commemorauit, Pariſ. 1778. 12. II. voll.

Praemiſſa eſt longa epiſtola critica, acute ſcripta, et poſt textum gr. epimetrum ad obſeruat. ad libr. V, 3, 8. de Scilluntio agro Xenophonti a Lacedaemoniis donato. — Ἀνάβασις Κύρου, cura *F. H. Bothe*, cum indice graeco-german. Lipſ. 1811. 8. — e recenſione et cum notis *Hutchinſoni:* acceſſ. libelli *Xenophont.* de rebus publicis Lacedaemon. et Athenienſium, cum indice graecitatis, Londini 1811. 8. — in vſum ſcholarum, gr. cum indice graecitatis, Halae Sax. 1811. 8. (cura *Guil. Lange*, Schneideri recenſionem vt plurimum ſequuti.) — In linguam germanicam transtulerunt libros de exped. Cyri et notis illuſtrarunt *Frid. Grillo*, Francof. ad M. 1781. (ſiue in parte II. collect. nouiſſimar. verſionum proſaicorum graec. auctor. in cuius collect. tom. II. 1783. eſt quoque verſio *Xenoph. hiſtoriae gr.* german. ab *Aug. Chriſti. Borheck* facta.) — *A. G. Becker*, Halae 1802. 8. et melius, iudicibus criticis, *Car. Guil. Halbkart*, Jenae 1804. m. 8. — Laudantur verſiones cum notis *gallicae Nicol. Perrot d'Ablancourt*, Pariſ. 1648. 8. et nôviſſime Amſtelod. 1744. 8. atque *Comitis de Luzerne*, Pariſ. 1777. mai. 8. 1778. 12. II. voll. et 1786. 12. II. voll. atque *anglica Eduard. Spelman*, Londin. 1742. 8. II. voll. 1749. 8. II. voll. et auct. 1776. 1778. 8. — Ἑλληνικῶν, *de rebus Graecorum libri* VII. Optimae ſunt editt. ex recenſione et cum animaduerſſ. *Sam. Frid. Nathan. Mori:* acc. Leunclauii verſio, Lipſ. 1778. m. 8. et *Jo. Gottlob Schneideri*, qui denuo recenſuit, notas Jo. Car. Zeunii in librum I. ſuasque in omnes libros indicesque adiecit: in praef. de interpolationibus textus ipſaque Xenophontis hiſtoria eiusque fide iudicauit, et plura animaduertit, tum Dodwelli chronologiam Xenophonteam, ſuas curas ſecundas, et *Fr. Aug. Wolſii* epiſtolam criticam ſubiunxit, Lipſ. 1791. m. 8. — Germanice ver-

vertit notisque illuſtrauit libros gr. hiſtoriae *J. E. Goldhagen*, Berol. 1762. 8. *Borheckii* verſionem paullo ante memoraui. — *De republica Lacedaemoniorum* et *de republ. Athenienſium* libelli, a Moro cum libr. de Cyri expeditione editi, et a *Boltono Simpſone*, gr. ac lat. cum *Xenoph. Ageſilao*, *Hierone*, et *de reditibus*, cum adnotatt. et variis lectt. Oxon. 1754. 8. — Gallice verſi ſunt duo illi libri a *Jo. Baptiſta Gail*, Pariſ. 1786. et 1795. 8. — *de republ. Athenienſium*, a *Jo. Henr. Wackero*, graece et germanice, cum adnotatt. Dresdae ac Lipſ. 1744. 8. — *Lib. de reditibus* cum aliis opuſculis Xenoph. a Simpſon. et Zeunio editi; german. verſus a *D. Ge. Henr. Zinken* cum copioſis hiſtoricis, politicis aliisque adnotatt. Guelph. 1753. 8. — *Memorabilia Socratis* *) ſeparatim ſunt a viris doctis ſaepius edita atque explanata. Inter antiquiores ob praeſtantiam non minus quam raritatem memoranda eſt ed. *Petri Victorii*, ap. haeredes Juntae annis aliquot ante a. 1561. — De *Rutgeri Reſcii* edit. gr. Louanii 1529. 4. v. *Panzeri* annal. typogr. vol. VII. p. 267. nr. 86. et *Allgem. litt. Anzeiger* Lipſ. a. 1800. nr. 34. p. 334 ſq. Recentiores ſunt: Apologia et Memorab. Socratis cum notis variorum a *Jo. Gillmann*, gr. et lat. Londini 1720. 8. — *Jo. Aug. Erneſti* quinquies recenſuit notisque illuſtrauit Mem. Socratis, Lipſ. 1737. 1742. 1755. 1763. in qua *Reiskii* coniecturae acceſſerunt, 1772. 8. quae, partim ex codd. partim aliis ſubſidiis correctior facta, ſuperioribus longe praeſtat. Acceſſerunt etiam Ruhnkenii et Valckenarii obſeruationes, et ſe, fatetur in praefatione, vſum

*) Multa in his fuiſſe interpolata, addita et translocata librariorum vitio, docet *Weiske* in not. ad ſuam illorum verſionem germanicam, multis animaduerſion. philoſophici et critici generis inſtructam, Lipſ. 1794. m. 8.

vſum eſſe admonitionibus *Hindenburgii.* *) — Erneſtinam edit. cum notis et indice, adſperſis paucis notis, additaque Leonclauii verſione latina *Bolton Simpſon* quinquies Oxon. repetiit anno 1741. **) 1749. 1769. 1780. 1788. 8. In quarta et quinta edd. ſub calcem acceſſerunt paucae anonymorum adnotatt. et coniecturae. — Erneſtina ed. quinta repetita eſt et denuo recenſita a *J. C. Zeunio*, additis eiusd. animaduerſionibus et triplici indice, Lipſ. 1781. mai. 8. — De Socrate commentarii, et Socratis Apologia, Glasguae 1761. 4. et 12. in ima pagina emendatt. nonnullae proponuntur. — *Edwardus Edward* ***) auſpicatus eſt nouam *Mem. Socr.* recenſionem nouamque textui ſubiecit verſionem lat. variisque lectt. auxit: poſt mortem illius praefatus eſt et adnotatt. ac variarum lectionum, ex XI. codd. msst. excerptarum, indicem calci libri adiecit *Henr. Owenus*, Oxon. 1785. 8. Hanc ed. conſuluit, et quae meliora viderentur, in ſuam edit. quae noua eſt Memorab. textus recenſio, retulit, atque Erneſti, Zeunii, ſed modo contractas, modo reſectas, et ſuas adnotatt. adiecit *Jo. Gottlob Schneider*, Lipſ. 1790. m. 8. — Idem plane nouam recenſionem fecit, dum *Memor. Socratis* iterum, cum *Apologia Socratis, eidem auctori* (Xenoph. vt ſcribit,) *vulgo adſcripta*, ex fide librorum editorum ſcriptorumque et virorum dd. coniecturis adnotationibusque recenſuit et interpretatus eſt, Lipſ. 1801. m. 8. — Textum

*) Qui edidit eruditas *Animaduerſiones, quibus Xenophontis Memorabilium Socratis — libri emendantur et illuſtrantur*, Lipſ. 1769. 8.

**) De hac ed. v. Noua acta erudit. m. Sept. p. 499 ſq. a. 1745. vbi loca quaedam emendantur.

***) Idem edidit The Socratic ſyſtem of Morale, as delivered in Xenophon's Memorabilia, Oxon. 1773. 8. Conf. *Schneider.* in praefat. ad priorem ipſius editionem. Add. *L. Diſſen* de philoſophia morali in Xenoph. de Socrate comment. tradita. Gotting. 1812. 4.

Textum recognouit, et animaduersiones adiecit *Guil. Lange,* Halis Sax. 1806. 8. — Minores editt. *Memorabilium* sunt: graece cum notis, in vsum scholarum, *Frid. Andr. Strothii,* Gothae 1780. 1788. et emendatior 1796. 8. *) — melior, eaque critica et correcta, *Chr. Godofr. Schütz,* Halae 1780. 8. et auctior atque emendatior, ib. 1793. 8. — *Laur. Sahlii,* cum selectis variorum notis paucisque suis, Hafniae 1792. 8. — *Jo. Dau. Büchlingii,* cum germanicis notis et indice, Lips. 1802. 8. et sine notis, cum indice, gr. maximam partem ex ed. II. Schneideri, Halae 1802. 8. — In linguam theotiscam verterunt illos libros et illustrarunt *Jo. Mich. Heinze,* Vinar. 1777. 8. — auct. et emendatior, recuso programmate, in quo Apologia Socratis vindicatur Xenophonti, Vinar. 1784. 8. et in eius syntagmate opusculor. scholast. Gotting. 1788. 8. p. 157 sqq. 162 sqq. — *J. C. Künzel,* Jurauiae 1777. 8. — *(J. G. Ch. Neide)* Lips. 1789. 8. — *Kunhardt,* Lubec. et Lips. 1802. 8. — Cumprimis *Wieland,* qui vertit quosdam dialogos et illustrauit animaduersionibus lectu dignis, in *Attischem Museum,* tom. III. fasc. 1. p. 101 sqq. fasc. 2. p. 296 sqq. — *Blochii* danica versio, praecipue eius notae eruditae, Hafniae 1792. 8. laudantur. — *Apologiam Socratis ad iudices* **) cum aliis libris quoque editam esse, iam vidimus. — *Oeconomicus, Apologia Socratis, Symposium, Hiero, Agesilaus,* cum animaduerss. *Jo. Aug. Bachii,* praemissa epistola critica *Jo. Aug. Ernesti,*

---

*) Tamquam adpendicem ad Strothian. editionem confecit anonymus quidam: *Griechisch-Teutsches erklärendes Wörterbuch über Xenophons Memorabilien des Sokrates,* Gothae 1798. 8.

**) Illam Xenophonte indignam esse, statuit Valcken. Schneidero in praef. ad Xen. M. S. in Addendis ed. I. et not. p. 249. ed. II. Apologia videtur olim partem fecisse extremam Memorabilium, casu inde diuulsa, mutilata et interpolata.

ſti, Lipſ. 1749. 8. repet. contractis aut reſciſſis quibusd. Bachii notis, nouis autem adhibitis ſubſidiis, et calci adiectis fragmentis epiſtolar. Xenophontis, ex recenſione et cum notis *J. C. Zeunii*, Lipſ. 1782. 8. — et ex noua recenſ. atque cum notis *J. Gottlob Schneider*, Lipſ. 1805. 8. Omiſit vero Apologiam Socratis et fragmm. epiſtolarum. — *Oeconomicus*. Edidit (Pſeudo-) *Guilelmus Kuſterus* (i. e. Chriſtianus Carolus Reiſigius). Lipſiae 1812. mai. 8. Editio infamis licentiâ conviciandi vere Pauwianâ. *) — Apologie de Socrate, d'après *Platon* et *Xenophon*, avec des remarques ſur le texte grec et la traduction françaiſe par *Fr. Thurol*, en grec et en franç. Pariſ. 1808. 8. — *Apologiam* teutonice vertit et notas addidit *Aug. Guil. Pohlmann*, Lipſ. 1790. 8. — *Oekonomikus, Apologie des Sokrates, Sympoſium und Hiero überſetzt von M. C. J. W. Moſche*, Francof. ad Moen. 1799. 8. etiam ſub titulo: *Sammlung der neueſten Ueberſetzungen der griech. proſaiſchen Schriftſteller*, vol. III. tom. II. — Idem *Moſche* ſcripſit epiſtolam ſ. ſpecimen animaduerſionum (et criticarum et exegeticarum) in Xenophontis Oeconomic. Francof. ad M. 1793. m. 8. — *Sympoſium* ſeorſim edidit et adiunxit locorum difficilium explicationem et cenſuram *Guil. Lange*, Halae 1802. min. 8. — germanice vertit *Seybold*, Lemgou. 1773. 8. atque *Wieland* cum expoſitione in: *Attiſches Muſeum* tom. IV. faſc. 1. p. 67 ſqq. ac faſc. 2. p. 99 ſqq. — *Sympoſium* et *Oeconomicum* vertit teutonice et expoſuit *A. G. Becker*, Halae Sax. 1795. mai. 8. **) — *Oeconomi-*

*) V. *Beckii* Acta Seminarii etc. II. 1. p. 257.

**) Idem *Becker* edidit *Auszüge aus Xenophons Schriften* etc. gr. cum notis german. et indice graeco-german. Halis Sax. 1794. m. 8. — *Conuiuium Xenoph.* eſſe ſubtilem criticam in Sophiſtas et ipſum Platonem, ſtatuit *Gail* in *Gin-*

nomicum germanice vertit, et cum textu graeco e recens. Welsii edidit *Barthold. Henr. Brockes*, Hamburg. 1734. 4. Verterunt etiam germanice *Fr. Gu. Jonath. Dillenius*, Tubingae 1778. 8. atque *G. A. von Halem* in libro menstruo, *Irene*, m. Febr. 1803. 8. — *Agesilaus* *), (quem tamen Valckenarius ingenio Xenophontis indignum esse pronuntiauit, at refutatus est a *Kühnio* in Fragmentis vindiciarum Agesilai Xenophontei, Lips. 1777. et a *Reizio* in comm. de prosodiae gr. accentus inclinatione, p. 38 sq.) nec non *Hiero* cum aliis opusc. Xenoph. editus est. — Plutarchi Agesilaus et *Xenophontis Encomium Agesilai.* In scholar. vsum edid. notis et indice illustrav. *Detl. Car. Guil. Baumgarten-Crusius.* Lips. 1812. mai. 8. — *Hieronem* gr. cum versione gallica notisque criticis edidit *Petrus Coste*, Amstel. 1711. 8. quam edit. recudendam curauit *Max. Rud. Helvetius*, versione Costiana et notis germanice redditis, Noriberg. 1736. 4. — *Ueber die Könige*, versio *Schlosseri* in eius *Kleinen Schriften*, tom. II. Basil. 1780. 8. — *De re equestri* lib. germ. vertit, notis adspersis, *F. E. H. Heubel*, Lips. 1796. 8. Illum libr. et libell. de Lacedaemon. republ. de reditibus siue vectigalibus, de praefectura s. disciplina militari et de venatione *Zeune* edidit: *Xenophontis opuscula politica, equestria et venatica, cum Arriani libello de venatione, recensuit et explicauit J. Car. Zeunius*, Lipsiae 1778. 8.

67.

Ginguené Rapport sur les travaux de la classe d'Histoire et de Littérature ancienne, Paris. 1810. repudiatque reliquorum sententias. Add. *Aug. Boeckhii* commentat. de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berol. 1811. 4.

*) *J. H. Koeppen* progr. ad Xenoph. Agesilaum notae et emendatt. Hildes. 1788. 8. Idem scripsit progrr. III. in quibus Hellenica Xenoph. emendantur, ibid. 1786—1788.

67. *Ctesias,* Cnidius, Xenophontis aequalis, medicus et historicus, at fabulosus, vanus fideque indignus a multis habetur; ab aliis tamen vindicatur aut excusatur. Varia scripsit ionice. Sed ex libris XXIII. *historiae de rebus Persarum,* et libro vno *de rebus Indicis* excerpta tantum nobis seruauit Photius in Bibliotheca cod. 72 et 73. Excerpta cum aliis aliorum excerptis historicis primum edidit *Henr. Stephanus,* graece, 1557. 8. — cum recenti accessione, gr. et latine, partim ex *H. Stephani,* partim ex *Laurent. Rhodom.* interpretatione, (separatim edita,) 1594. *H. Stephan.* 8. — Fragmenta illa sunt quoque addita editionibus Herodoti Stephanianae, Jungermann. Galei, Wesseling. ac Borheck. Conf. praeter alios *Tychsen Versuch einer Erläuterung der vom Ctesias angeführten Indischen Wörter aus dem Persischen,* in *Heeren Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt,* ed. II. p. 961 sqq.

68. *Timaeus,* Locrus, circa Ctesiae aliorumque tempora: eum tamen post Jamblichi demum aetatem enatum esse, statuit *Tiedemann* in: *Geist der speculativen Philosophie von Thales bis Sokrates* p. 90 sq. sed de hac opinionum diversitate, et num Timaeus libell. dorice scriptum *περὶ ψυχᾶς κόσμου καὶ Φύσιος,* (qui adhaeret nonnullis Platonis editionibus,) a Proclo seruatum, confecerit, nec non de falsa opinione, Platonem dialogum suum, quem Timaeum inscripsit, ex Timaei libello descripsisse, pluribus alibi a me disputatum est. Atque *Boeckhio* in progr.: Explicatur Platonica corporis mundani fabrica, conflati ex elementis geometrica ratione concinnatis, Heidelb. 1809. 4. videtur Timaei libellus aliquot saeculis post Socratem a quodam homine ex Platonis Timaeo compilatus, diu tamen ante Proclum et Simplicium exstitisse, et Simplicius legisse non genui-

nuinum, quod numquam fuerit, sed suppositititium opusculum etc. De editt. v. supra ad §. 27. de Ocello Lucano.

69. *Archytas*, Tarentinus, philosophus Pythagoreus, et Platonis in accipienda disciplina Pythagorica magister, in republica prudenter, moderate sapienterque versatus, Tarentinorumque per multum temporis summus imperator, philosophus acutissimus, mathematicus subtilis, inuentor duplicationis cubi *) et aliarum artium. Tandem prope Apuliae litus naufragio periit. (v. *Horat.* I. od. 28. ibique Janium in argumento.) Multa scripsisse dicitur: pauca tamen supersunt, aut ei tribuuntur. Fragmentum e libro *de mathematica scientia*, in Aristotelis et Theophrasti scriptis quibusdam, Paris. ap. Henr. Stephanum 1557. 8. p. 80. et cum disquisitione chronologica de aetate Archytae, disp. *Jo. Grammii*, in specimine II. cogitationum ad loca SS. antiq. Hauniae 1707. 4. *de bono viro et beato*, item *de sapientia*, gr. et lat. inter fragmm. Pythagoreorum in Opuscul. mytholog. *Tho. Gale* p. 673. 697. 701 sq. ed. Amstelaed. 1688. 8. et p. 695 sq. ex *Archytae* libro *de morum doctrina*. — Περὶ τοῦ παντὸς Φύσιος libellus, (siquidem genuinus est,) a *Joach. Camerario*, Lips. sine temporis nota in 8. et sec. Hamberger. 1564. 8. Add. *C. G. Bardili* de Archyta Tarentino disquisition. in Nouis actis societatis lat. Jenens. ab *Eichstädt*. editis, vol. I. Lips. 1806. 8. p. 1 sqq.

70. *Plato*, sic nominatus a Socrate, aut ab Aristone Argiuo palaestrita, quum a patre Aristone aui nomen, *Aristocles*, sortitus esset, Athenien-

*) Conf. *Nicolai Theodori Reimer* Historiam problematis de cubi duplicatione, siue de inueniendis duabus mediis continue proportionalibus inter duas datas. Gottingae 1798. 8. cap. VIII. p. 48 sqq.

nienſis, natus Olymp. LXXXVII. 4. (ſiue ſec. *Corſin.* *) Olymp. 87. 3. ante C. n. 429.) obiit Olymp. CVIII. 1. octoginta et vnum annos natus. Floruit Olymp. XCV. 1. ante C. n. 398. V. C. 354. *Saxio* in Onom. lit. I. p. 61. vbi multa de Platone adnotat citatue, illas rationes ſubducente. Poſtquam artem athleticam, pictoriam, muſicen et poeticam, qua iuuenis valde delectabatur, haud leuiter adtigerat, anno aetatis ſuae viceſimo Socrati ſe adiunxit, et alios audiuit philoſophos. Socrate defuncto, Megaram ſe contulit et ab Euclide didicit dialecticam. Ad placita Pythagoreorum curatius intelligenda aliorumque artes atque doctrinas pernoſcendas in Italiam, Cyrenen, Aegyptum, Siciliam profectus eſt, vbi Dioni iucundus fuit, at propter dicendi libertatem a Dionyſio tyranno tam crudeliter habitus eſt, vt is Platonem venumdari iuberet. Poſt longum temporis, quod in itineribus conſumſit, interuallum Athenas rediit, et totum philoſophiae interius cognoſcendae et docendae ſe conſecrauit. In Academia autem, quod erat gymnaſium ſuburbanum arboribus conſitum, et vbi hortum, in quo conſedit, exiguum habuit, ſcholam, ad quam multi, in his etiam, qui poſtea maximam famae laudem ſunt conſequuti, confluxerunt, aperuit et condidit: vnde eius philoſophandi ratio et ſecta *academica*, (quae tamen poſtea in diuerſas abiit familias,) non minus quam *Platonica* eſt cognominata. Docuit quidem more Socratico; attamen in multis a doctrina et diſciplina magiſtri ſui diſceſſit, multaque ex ſchola Pythagorica, aut ex Orphicis, aut ex religione populari hauſta immiſcuit, mythosque ſuis intexuit dialo-

*) V. *Corſini* diſſ. de natali die Platonis, eius aetate et in Italiam itineribus, in *Gorii* Symbolis litterariis, opuſculis variis philologicis etc. vol. VI. Florent. 1751. 8. p. 80 ſqq. et in *Corſini* Diſſertatt. quibus antiqua quaedam inſignia monumenta illuſtrantur, ſine nota l. et a. in 8. p. 32 ſqq.

dialogis. *) De mythis Platonis scr. *Jo. Christi. Hüttner*, Lips. 1788. 4. item *Garnier* in commentariis acad. Paris. Inscript. tom. 32. p. 164 sqq. german. vers. in *Hissmanni Magazin für die Philosophie*, tom. III. p. 341 sqq. *Henr. Lud. Hartmann* in prolus. de mytho Aristophanis in Symposio Platonis, Guben. 1799. 4. et in prolus. de mytho Socratis in Symposio Platonis, ib. 1803. 4. et alii. Reliquit autem Plato magnum dialogorum numerum philosophici, physici, ethici et politici argumenti: quidam tamen ei perperam olim tribuebantur: quaedam scripta sunt dubia aut supposititia: sub eius nomine circumferuntur epistolae, epigrammata et testamentum. Ille autem, viuido, feraci et luxuriante ingenio praeditus, quod amore atque lectione poetarum exercitioque maturo nutriuit atque incitauit, postea, quum se ad acrius philosophiae studium converteret, in dialogis suis inde colorem duxit poeticum, florido et diffuso scribendi genere vsus, poeticaque imitatione multa ornauit atque illuminauit, interdum obscurauit. Dialogum ad dramatis formam redegit, sequutus poetas comicos, tragicos et mimicos. Sed de his, eiusque placito decantato obscuroque, cuius explicatio viros doctos mire torsit, de rerum formis, quas Plato vocabat *ideas*, et

*) Omissis multis aliis, qui de Platone egerunt, h. l. laudabo de eius vita, itineribus, ingenio, doctrina disciplinaque *Guil. Gottlieb Tennemann* in opere inscripto: *System der Platonischen Philosophie*, III. tom. Lips. 1792—1794. in tomo I. p. 29 sqq. de Platonis itineribus: et *Car. Morgenstern* in *Entwurf von Platons Leben, nebst Bemerkungen über dessen schriftstellerischen und philosophischen Charakter, aus dem Englischen übersetzt, mit Anmerkungen und mit Zusätzen über Platon, Aristoteles und Bacon versehen.* Lips. 1797. 8. Est potius pars libri, Remarks on the Life and Writings of Plato, Edinburg. 1760. 8. at valde mutata, emendata egregiisque Morgensternii ornata animadversi.

et aliis opinionibus, de quibus a variis hominibus in vtramque partem disputatum eſt, alibi copioſius egi, et multorum VV. DD. iudicia librosque collegi. Quamuis igitur alii multa in eius libris et doctrina culparint; plura tamen in dictione ornatiſſima ſuauiſſimaque et placitis nitent, et eius honos, nomenque et laudes ſemper manebunt. *) Quare haud mirandum eſt, cum opera, in quae etiam ſcholia graeca et commentarios gr. iam veteres ſcripſerunt, tum inprimis dialogos ingenium, diligentiam manusque VV. DD. frequenter exercuiſſe. De ſcriptis vero, in quibus ordinandis diuerſam rationem ſequuti ſunt editores, de placitis quibusdam Platonis, interpretibus, editionibus et verſionibus qui plura ſcire cupiant, ii praeter *Fabricium* adeant *Fiſcher.* in praefatt. ad ſuas dialogor. edd. et *G. C. Crollium* in Notitia Fabriciana, melius digeſta, emendata, aucta et continuata, quae praefixa eſt tomo I. et pluribus ſequentibus Opp. Plat. ed. Bipontinae. — Primum opera prodierunt e verſione latina et cum commentariis *Marſilii Ficini, Florentini,* ſuperſtitioſi paene admiratoris, et ſtudioſi platonicae ſcholae ac philoſophiae ſectatoris atque inſtauratoris, Florentiae ſine a. nota (circiter a. 1482. aut prius,) per Laurent. Venetum, fol. II. tom. charactere gothico minuto; tum, veſtitu elegantiore ornata, Florent. 1491. fol. et ſaepius deinceps. — Editio graeca princeps eſt *Aldina,* Venet. 1513. fol. II. tom. Iuuit Aldum Manut. auum in corrigendo recenſendoque Platone *Marcus Muſurus,* Cretenſis. Ex illa manauit, curante Jo. Opo-

*) Conf. *Guil. Gottlieb Tennemann Geſchichte der Philoſophie*, tom. II. Lipſ. 1799. 8. p. 190—528. et p. 543 ſqq. nubes librorum ad Platonem eiusque philoſophiam ſpectantium excitatur. V. *Tiedemann Geiſt der ſpekulativ. Philoſ.* tom. II. p. 63 ſqq.

Oporino, variis locis, at magnam partem ex coniectura, emendatior, interdum corrupta ed. *Opp. cum commentariis Procli in Timaeum et Politica*, gr. et cum tribus indicibus, Basil. ap. Jo. Valderum, 1534. fol. quae repetita est, at in nonnullis tantum dialogis aut locis ex codd. msst. (sed minus curate collatis) correcta, omissis tamen Procli commentariis, Basil. per Henr. Petri, 1556. fol. — Nouam recensionem ex superiorum aliorumque, praecipue *Cornarii* *), subsidiis suoque ingenio instituit, nouam *Jo. Serrani*, qui in Syzygias VI. distribuit Platonis opp., interpretationem latin. eiusque notas addidit suumque de quorumdam locorum interpretatione iudicium subiecit *Henr. Stephanus*, Paris. 1578. fol. gr. et lat. III. tom. Ex Stephaniano potissimum exemplo fluxerunt edit. Lugdun. ap. Guil. Laemarum, 1590. fol. gr. cum Ficini versione lat. emendata, quae ordinem scriptorum Ficinianum retinet, multaque bona aliarum editt. habet coniuncta, tum edit. (in qua ordo scriptorum, a Serrano institutus, seruatur,) gr. cum Marsilii Ficini interpretatione lat. Francof. ad Moen. ap. Claud. Marnium et haeredes Jo. Aubrii, 1602. fol. Tandem nostra aetate *Croll* atque *Exter* nouam omnium Platonis operum editionem eamque adcuratam vtilemque curarunt gr. ad edit. H. Stephani expressam cum Marsilii Ficini interpretatione, et cum varietate lectionis, a Mitscherlichio collecta, Biponti 1781—1786. voll. XII. mai. 8. Vol. autem duodecimo additus est singularis isque valde vtilis liber, velvti introductio in lectionem scriptorum Platonicorum: Dialogorum Platonis argumenta, exposita et

*) *Janus Cornarius* latine vertit et illustrauit Platonis Opera, quae iunctim edita sunt cum eiusd. Eclogis decem, additis Ficini argumentis et commentariis, Basil. ex off. Froben. 1561. fol. — *Cornarii Eclogas in dialogos Platonis omnes* separatim edidit *Jo. Frid. Fischer* etc. Lips. 1771. 8.

et illuſtrata a *Diet. Tiedemann*, Biponti 1786. In notitia tom. I. ed. Bipontinae praefixa et in pluribus tomis continuata eſt nubes editionum ſingulorum Platonis ſcriptorum excitata. Nobis vero h. l. tantummodo quasdam, cumprimis recentiores edd. breuiter commemorare licet. Junctim quidam dialogi editi ſunt: *Platonis Gorgias aut de rhetorica, Socratis Apologia, Crito aut quid faciendum ſit. Joan. Sturmii praeſatio* etc. Argentor. per Vuendel. Rihelium 1541. 4. graece. — *Sex dialogi*, (Alcibiad. I. Laches, Protagoras, Theages, Alcibiad. II. et Eraſtae,) gr. cum verſione german. a *Jo. Samuel. Müllero*, vna cum Dacierii praefat. notisque germanice redditis. Hamburg. 1736. 4. — Quinque dialogi, (Euthyphron, Apologia Socratis, Criton, Phaedon et Eraſtae,) quos gr. et lat. edidit et obſeruatt. ſuis aliorumque illuſtrauit, et Olympiodori in Phaedonem commentariorum particulas e cod. bibl. Bodleianae adiecit *Nathan. Forſter*, Oxon. 1745. et 1752. it. 1765. et 1772. mai. 8. — Dialogi tres, (Alcibiades I. et II. et Hipparchus,) gr. et lat. opera et ſtudio *Guil. Etwall*, Oxon. 1771. m. 8. — *Euthydemus* et *Gorgias:* recenſuit notasque ſuas adiecit *Martin. Joſ. Routh*, Oxon. 1784. 8. — *Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo*, graece, e recenſ. H. Stephani, varietate lectionis, animaduerſſ. criticis breuibus illuſtrati a *Jo. Frid. Fiſchero*, Lipſ. 1760. 8. — iterum, collatis pluribus exemplaribus, prodiit editio multo locupletior, variisque acceſſionibus auctior, Lipſ. 1770. 8. — Tertium, graece, ex noua recenſione ad fidem codd. Msst. Tubing. Auguſt. aliorumque et librorum editorum veterum cum nouis acceſſionibus notisque vberioribus, Lipſ. 1783. m. 8. — Ab eodem Fiſchero editi ſunt *dialogi duo, Cratylus et Theaetetus*, gr. varietate lectionis, animaduerſſ. criticis breuibus illuſtrati,

 Lipſ.

Lipſ. 1770. 8. Pari modo *dialogi tres, Sophiſta, Politicus, Parmenides*, ibid. 1774. 8. — ac *Philebus* et *Sympoſium*, ibid. 1779. 8. — *Meno, Crito* et *Alcibiades* I. II. ex rec. Stephani cum animaduerſſ. Gedikii *), Gottleberi et Schneideri etc. curante *Bieſtero*, Berol. 1780. 8. — auct. et emendatior edit. ib. 1790. et 1811. m. 8. tertia editio multo locuplet. cur. J. Bieſter. et Ph. Buttmann. — *Alcibiades I. II.* e cod. mst. Bibl. D. Marci emendati, gr. cum verſione Ficini, et adnotatt. ſuis aliorumque interpretum editi a M. *Car. Nürnberger*, Lipſ. 1796. 8. cum commentat. de conſilio Platonis in ſcribendo vtroque Alcibiade. — Dialogi IV. *Meno, Alcibiades I. Phaedo* et *Phaedrus:* edidit *F. C. Alter*, (cum lectt. quorumdam codd. Vindobon.) Vindobonae 1784. 8. — M. *Ludov. Frid. Heindorf*, qui praeſide *Jo. Aug. Eberhard* defenderat disputat. Specimen coniecturarum in Platonem, Hal. Sax. 1798. 8. poſtea in quatuor voluminibus, Berol. 1802—1810. 8. graece edidit *Selectos Platonis dialogos*, cum duplici inſcriptione, ita vt altera etiam ſpeciatim indicaret dialogos; ex. gr. in vol. I. *Platonis dialogi quatuor, Lyſis, Charmides, Hippias maior, Phaedrus: annotatione perpetua illuſtrauit L. F. Heindorf* **), et pari ratione in ſingulis voll. Volumini ſecundo adiectum eſt *Phil. Buttmanni* auctarium animaduerſionum in Platonis Gorgiam et Theaetetum. Idem edidit *Platonis* libros IV. Gorgiam, Apologiam Socratis, Charmidem, Hippiam maiorem, in vſum ſcholarum, Berol. 1806. 8. atque epiſtolam criticam in *Platonis* Theaetetum

*) Qui illos IV. dialogos german. vertit Berol. 1780. 8.

**) Conf. *Frid. Aſtii* obſeruatt. in nonnullos Platonis dialogos, per occaſionem Heindorfianae eorum editionis exortae, in *C. D. Beckii* Actis Seminarii regii etc. Lipſienſis, vol. I. p. 249 ſqq. add. p. 444 ſqq. de Heindorf. Aſtiique editt.

tum in Nouis actis ſocietatis lat. Jenenſ. vol. I. p. 17 ſqq. — *Platonis* libri VIII. Apologia Socratis etc. ſcholarum in vſum, partic. I. Hauniae 1810. 8. — Platonis Dialogorum Delectus. Pars I. *Euthyphro, Apologia Socratis, Crito.* Ex recenſ. et c. lat. interpretat. *Frid. Aug. Wolfii.* In vſum praelectionum. Berol. 1812. min. 4. et ſeorſum: Platonis *Apologia Socratis.* Ex recenſ. et c. lat. interpretat. *Frid. Aug. Wolfii.* In vſum gymnaſiorum. Berol. 1812. min. 8. Prodromi ſunt hae editiones nouae editionis integri Platonis, et maioris et minoris, quam Wolfius ſe curaturum nuper promiſit. *) — *Frid. Schleiermacher* Platonis opera in linguam german. cum obſeruatt. II. tom. in pluribus partibus melius transtulit Berol. 1804—1809. 8. quam *Kleuker,* Lemgov. 1780—1797. 8. VI. voll. Num verſionis Schleiermach. aeque ac verſionis germ. *Frid. Schlegelii,* tom. I. Jenae 1801. 8. plures partes prelo exierint, et quando? dicere nequeo. De dialogis Platonicis, quorum nonnulli aut vere ſpurii, aut certe in dubitationem adducti ſunt, *Schleiermacher* ad verſionem ſuam acute iudicauit. Atque quos ille defendit, aut quorum authentiam ipſe impugnavit, late retulit cenſor in Actis Seminarii regii Lipſ. editis a *C. D. Beckio,* vol. I. p. 345 ſqq. — Nonnullorum ſcriptorum, ſeorſum, et quidem recentiore aetate, editorum adiiciam notitiam. *Apologia Socratis,* gr. et germanice a *Jo. Samuele Müller.* Hamburg. 1739. 4. — gr. in vſum ſcholarum, Lipſ. 1805. 8. — *Apologia Socratis,* a Platone et Xenophonte ſcripta, gr. cum obſervatt. in textum et gallica verſione per *F. Thurot,* Pariſ.

*) De aliis editionibus integri Platonis nuper promiſſis v. *C. D. Beckii* Acta Seminarii regii etc. Lipſienſis, vol. II. part. I. p. 244.

Parif. 1806. 8. *) Continet quoque Criton. et partem Phaedonis. — *Phaedo*, siue de animae immortalitate, gr. et lat. dialogum ex ipso Platone illustrauit et commentatt. philosophicas adiecit *Jo. Henr. Winkler*, Lipf. 1744. 8. — gr. ed. a *Jo. Dav. Büchling* cum amplioribus commentar. german. Halae 1804. 8. et sine commentar. in vsum scholarum, ib. eod. anno. — Πλάτωνος — *Platos Phaedon — zum Gebrauch für Schulen*, gr. Herbipoli 1807. 8. — *Platonis Phaedon* explanatus et emendatus prolegomenis et annotatione *Dan. Wyttenbachii*, Lugd. Bat. 1810. 8. — Germanice reddiderunt Phaedonem *Bernhard Köhler*, cum notis criticis in contextum gr. Lübec. 1769. 8. — *Aug. Guil. Ortlob*, cum notis, Francof. et Lipf. 1771. 8. atque *L. F. Lindau*, Berol. 1804. 8. — *Ueber das Wahre, Gute und Schöne, drey Dialogen, der Theaetetos, Philebos, Hippias d. gr. nach einem berichtigten Texte übersetzt* a *Frid. Hülsemann*, cum eius introductione et subiuncto commentario, Lipf. 1807. 8. — *Symposium*, cum obseruatt. criticis atque exegeticis, germanice scriptis, a *Frid. Aug. Wolf*, Lipf. 1782. m. 8. — *Symposium* et *Alcibiades primus*, e recensione et cum adnotatt. cum grammaticis tum maxime criticis *Frid. Astii*, Landishuti 1809. 8. — *Frid. Thiersch* diss. s. specimen editionis *Symposii Platonis* etc. Gotting. 1808. 4. Eius vero editio Symposii minor, textum emendatum continens, (Gotting. 1809. 8.) et *H. C. A. Eichstädt* edit. *Phaedri* in vsum praelectt. acad. cum adnotatione critica, (Jen. 1809. 8.) nuper adnuntiatae, nondum exierunt prelo. — *Frid. Jac. Bastii*

*) Conf. *Fr. Schoell* Repertoire de Litterature ancienne, tom. I. p. 119. Paris 1808. 8. vbi quoque aliae Platonis editt. et libelli quidam, in quibus plura Platonis illustrantur loca, commemorantur.

ſtii Kritiſcher Verſuch über den Text des Platoniſchen Gaſtmahls, nebſt einer beurtheilenden Anzeige merkwürdiger Leſearten aus den drey Handſchriften der K. K. Hofbibliothek zu Wien, Lipſ. 1794. min. 8. — *Frid. Aſt* de Platonis Phaedro, Jenae 1801. 8. — Idem V. D. *Platonis Phaedrum* recenſuit, *Hermiae* ſcholiis e codd. Monac. XI. ſuisque commentariis illuſtrauit, Lipſ. 1810. mai. 8. — *Alcibiades* II. editio gr. cum notis potiſſimum criticis, germanice ſcriptis a *Jo. Henr. Köppen*, Brunsuici 1786. 8. — *Platonis Gorgias*, gr. ad fidem codd. Msst. recenſuit, emendauit, explicauit indicemque verborum gr. copioſ. adiecit *Chriſt. Godofr. Findeiſen*, (quo mortuo pauca ſub finem addidit *Jo. Gottlob Haaſius* et praefationi Findeiſenianae ſuam praemiſit,) Gothae 1796. mai. 8. — *Gorgias oder von der Redekunſt*, — *mit einem Anhange, herausgegeben von Ludw. Hörſtel*, Gottingae 1797. 8. — cum notis, germanice vertit *J. G. Schulteſs*, Tiguri 1775. 8. — *Io, ſiue de furore poetico*, gr. et lat. animaduerſſ. illuſtratus (et cum varr. lectt. cod. Veneti D. Marc.) a *Marco Guil. Müller*, Hamburgi 1782. 8. — *Tres Plat. dialogi, Protagor. Ion et Theages* gr. cum notis german. et comment. *Arnaldi* *) de Ione Platon. curante *Frid. Aug. Wolfio*, Nordhuſae 1782. 8. — *Plato de philoſophia, vel dialogus, qui inſcribitur* Ἐρασαὶ, gr. et lat. et cum animaduerſſ. atque commentat. de ingenio philoſophiae Platonicae. Edidit *Jo. Joſ. Stutzmann*, Erlangae 1806. 8. — *Thucydidis* et *Platonis* oratt. funebres, cum obſervatt. anglicis, Oxon. 1746. 8. — Eaedem cum ver-

*) *Arnaud* gallice vertit in Mém. de la Literature, Paris, tom. XXXIX. p. 249. et in tom. XXXVII. p. 1 ſqq. edidit Mémoire ſur le ſtile de Platon en géneral et particulier. ſur l'objet, que ce philoſophe ſ'eſt propoſé dans ſon dialogue, intitulé *Ion*.

verſione lat. et anglicis obſeruatt. *Edw. Bentham*, ibid. 1783. 8. — Sed praeſtat editio: *Platonis Menexenus* et Periclis *Thucydidei* oratio funebris: recenſuit et animaduerſſ. illuſtrauit *Jo. Chriſtoph. Gottleber.* *) Lipſ. 1782. 8. — *Thucydidis, Platonis* et *Lyſiae* oratt. funebres: *Aeſchinis* in Cteſiphontem, et *Demoſthenis* pro Corona oratt. Ad optimas recenſiones in vſum ſcholarum expreſſae. Hafniae 1809. 8. gr. — *Menexenus im Grundriſs — nebſt erklärenden und kritiſchen Anmerkungen von Jo. Henr. Juſt. Koeppen*, Berol. 1790. 8. — *Crito*, gr. cum introductione germ. et graeco-germanico vocabulario, Brunsuici 1805. 8. **) — Germanice verterunt *Jo. Sam. Müller*, 1740. 4. — *Heinze*, Vinar. 1781. 4. repet. cum Axiocho Aeſchinis, Deſſau. 1783. 8. ac, mutato tituli folio, Gottingae 1788. 8. et *G. C. F. Boeckh*, additis obſeruatt. Auguſtae Vindel. 1785. 8. — *Criton* germanice verſ. cum adnotatt. in: *Neues Attiſches Muſeum, herausgegeben von C. M. Wieland, J. J. Hottinger und Fr. Jacobs*, tom. III. faſc. II. p. 121 ſqq. Tiguri 1810. 8. et ibid. faſc. III. p. 87 ſqq. verſio german. *Plat.* Euthyphron. cum notis. — *De republica libri* X. gr. ac lat. notas adiecit *Edmund Maſſey*, Cantabrig. 1713. 8. II. voll. — Eosd. libros cum notis edidit *Frid. Aſt*, Jenae 1804. mai. 8. — germanice verterunt atque illuſtrarunt *Gottfr. Faehſe*, Lipſ. 1800. 8. II. tom. et *Frid. Car. Wolf*, Altonae 1799. II. tom. *Wolf.* vero cum *Morgenſter-*

---

*) Idem edidit doctas *Animaduerſſ.* in Platonis Phaedonem et Alcibiadem ſecundum. Adiuncti ſunt Excurſus etc. Lipſ. 1778. 8. Idem in Actis erudit. Lipſ. 1771. m. Nou. p. 449 ſqq. et a. 1772. m. Jun. p. 276 ſqq. animaduerſſ. ad libr. I. Platonis de legibus.

**) Conf. *Rumpelii* progr. in Platonis dialogum, qui Crito inſcribitur, Erford. 1768. 4. et *Fr. Raabe* animaduerſiones in eumdem, III. partt. Witteberg. 1791—1809. 4.

ſternio *) exiſtimat, conſilium Platonis fuiſſe, non, vt optimam regiminis formam deſcriberet, ſed vt notationem formamque *iuſti* explicaret. — Verſio gallica, auctore *P. Grou*, Amſtel. 1763. 8. valde probatur. — De *Timaeo* ſiue *de natura*, dialogo, omnium dialogorum Platonis obſcuriſſimo, multorum exſtant ſcripta. Ex *Platonis Timaeo* particula, (graece,) *Ciceronis* de Vniuerſitate libro reſpondens. Qui duo libri inter ſe coniuncti et reſpondentes, nunc primum opera *Joach. Perionii* (cum eiusd. notis) proferuntur in lucem, Pariſ. 1540. 4. — *Platons Timaeus nach Inhalt und Zweck, mit erklärenden Anmerkungen von Lud. Hörſtel*, Brunsuici 1795. mai. 8. Idem edidit ibid. 1798. min. 8. *Abriſs einer Religionslehre des Plato. Denkſprüche des Phocylides, der Pythagoreer, und Kleanthes Geſang auf Gott. Aus dem Griechiſchen für Freunde der Religion überſetzt.* — *Aug. Ferdin. Lindau* edidit epiſtolam criticam, in qua disputabatur de locis quibusdam *Timaei Platonici*, quos vel explanabat, vel emendabat, Berol. 1803. 8. — *Platons Timaeus: eine ächte Urkunde wahrer Phyſik.*

---

*) *Morgenſtern* ſcripſit de *Platonis republica* commentatt. tres: 1) de propoſito et argumento operis disquiſitio; 2) doctrinae moralis Platonicae ex eodem potiſſimum opere noua adumbratio; 3) ciuitatis ex mente Platonis perfectae deſcriptio atque examen, Hal. Sax. 1794. mai. 8. Idem inſeruit *der Neuen Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaft.* vol. LXI. part. I. Lipſ. 1798. 8. p. 1 ſqq. doctam commentat. *Ueber Platons Verbannung der Dichter aus ſeiner Republik, und ſeine Urtheile von der Poeſie überhaupt.* Sec. illius ſententiam Plato non omnes poetas e ſua republ. voluit relegatos, ſed cupiuit, vt omnis poëſis ſubiecta eſſet legislationi morali; ac philoſophiam, a poëtis tum temporis corruptam, puriorem ciuibus ſuis commendauit etc. Idem edidit, contraxit quaedam, multa tamen ſuppleuit, emendauit atque illuſtrauit in *Entwurf von Platons Leben, nebſt Bemerkungen über deſſen ſchriftſtelleriſchen und philoſophiſchen Charakter, aus dem Engliſchen überſetzt* etc. Lipſ. 1797. m. 8.

sik. Aus dem Griechischen übersetzt und erläutert von D. K. J. Windischmann, Hadamar. 1804. mai. 8. — *Aug. Boekhii* Specimen editionis *Timaei*, Platonis dialogi, Heidelberg. 1807. 4. — Idem V. D. commentatus est *in Platonis, qui vulgo fertur, Minoem, eiusdemque libros priores de legibus*, Halis Sax. 1806. 8. In sectione prima post Frid. Aug. Wolf. et Frid. Schleiermacherum, (quibuscum et cum Valckenario etiam dial. *Hipparchum* spuriis accenset,) ostendit auctor, illum dialogum esse spurium, nec Platonis ingenio atque orationi aptum; sed ab alio, antiquo tamen et attico homine, ad Platonis imitationem scriptum et ex eius genuinis dialogis fere compilatum. Platonis dialogos haud genuinos diuidit in eos, qui nominatos et certos habent interloquutores, et in eos, qui hos non habent. Ad priorem classem referuntur Epinomis, Alcibiades II. Axiochus, Eryxias, Clitophon, Sisyphus, Demodocus, Ἐρασταὶ et Theages, a diuersis auctoribus compositi; ad posteriorem autem classem Minos, Hipparchus, de Justo et de Virtute, quos existimat ex vnius opificis officina prodiisse, n. *Simonis*, Atheniensis, sutoris, inter cuius σκυτικοὺς διαλόγους XXXIII. in vno volumine Diogenes Laert. II. §. 122. 123. eos sub iisdem inscriptionibus adfert. In commentat. II. agit quoque de *Philippo Opuntio*, probabili auctore dialogi *Epinomis*, quem iam Proclus Platoni abiudicasse videtur *Boeckhio*. Libellus valde laudatur in *Jen. allgem. L. Z.* 1807. nr. 127. in quibusdam tamen tam iudiciis, quam emendationibus auctoris fit discessio. Atque cel. *Boeckhius* postea sub nomine *Simonis* graece edidit libell. inscriptum: *Simonis Socratici, vt videtur, dialogi quatuor, de lege, de lucri cupidine, de iusto* ac *de virtute.* Additi sunt *incerti auctoris dialogi, Eryxias* et *Axiochus.* Graeca recensuit et praefationem cri-

ticam praemiſit *Aug. Boekhius:* accedit varietas *lectionis Stephanianae.* Heidelberg. 1810. 8. — Idem V. C. ſcripſit Commentat. de Platonica corporis mundani fabrica, conflati ex elementis geometrica ratione concinnatis, Heidelberg. 1809. 4. et duo programm. de Platonico ſyſtemate coeleſtium globorum et de vera indole aſtronomiae Philolaicae, ibid. 1810. 4. — *Epiſtolarum,* quae ſub nomine Platonis circumferuntur, verſio german. *J. G. Schloſſer,* Regiomonti 1795. 8. — gallica, *(par N. Papin,)* emendata a *Dugour,* Pariſ. 1797. 12. — Denique ſunt notandae *(Ferd. Chriſtian. Mülleri)* Chreſtomathia Platonica, gr. et lat. Turici 1756. 8. et, quae melior eſt, *Frid. Guil. Jon. Dillenii Platoniſche Chreſtomáthie, Griechiſch und Deutſch, mit kritiſchen und philolog. Anmerkungen, Winterthur* 1782. 8. — *Plat. Unterredungen über die Geſetze, aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Pere Grou's und eigen. Anmerkungen begleitet von J. G. Schulteſs,* Tiguri, II. tom. 1785 et 1787. 8. — *Auserleſene Geſpräche des Platon, überſetzt von Fried. Leopold Grafen zu Stollberg.* I—III. *Theil,* Regiomonti 1796 et 1797. 8. Hanc interpretationem copioſe docteque recenſuit *Car. Morgenſtern* in: *Neue Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaft. u. freyen Künſte,* vol. 59. part. 1. quae cenſura ſeparatim recuſa eſt et inſcripta: *Ueber des H. Grafen Fr. Leop. zu Stollberg Ueberſezzung auserl. Geſpräche Platons von Karl Morgenſtern,* Lipſ. 1797. 8. — Scholiaſt. gr. in plures dialogos prodierunt in *Jo. Ch. Siebenkees* Anecdotis graec. ed. a *J. A. Götz,* Noriberg. 1798. 8. p. 13 ſqq. — *Chardon de la Rochette* dedit notitiam ſcholior. graec. in Platonem, in Magaſin Encyclop. an. VI. vol. IV. p. 453. et an. VII. vol. I. p. 145. — *Scholia in Platonem* ex codd. multarum bibliothecar. primum collegit

Dau.

Dau. Ruhnkenius, Leidae 1800. mai. 8. Horum Scholiorum plurima loca e Codd. Ms. emendat in Epiſtola ad Olaum Wormium Petr. Ol. Bröndſtedt, quae inſerta eſt Bredowii Epiſtolis Pariſienſibus p. 125 ſqq. — *Phil. Guil. van Heusde* Specimen criticum in Platonem. Accedit *Wyttenbachii* epiſt. ad auctorem: item Collationes codd. msst. Platonis cum a Ruhnkenio confectae, tum aliae, Lugduni Bat. 1803. 8. — *Wörterbuch der Platoniſchen Philoſophie von Jo. Jac. Wagner*, Gotting. 1799. 8. — *J. J. Engel Verſuch einer Methode die Vernunftlehre aus den Platoniſchen Dialogen zu entwickeln*, Berol. 1780. 8. — Luxdorphiana e Platone, cum annotatt. *Olai Wormii*, Hauniae 1790. et mutato tantum editionis titulo, 1801. 4. — *Protagoras, der Sophiſt, über Seyn und Nichtſeyn, nach dem Theätet des Plato, ein Beytrag zur Geſchichte der Philoſophie, von C. Nürnberger*, Dortmund. 1798. 8. — Hipparchum *Platonis* et alios quosdam minores dialogos non eſſe genuinos, iudicat *Frid. Aug. Wolf* in Prolegomenis ad Homerum, §. XXXIV. p. CLIV. in nota. Idem ſcripſit libell. *Zu Platon's Phaedon*, Berol. 1811. 4. — Vt multos alios libros ac libellos, a me alibi et ab aliis citatos, in quibus de Platone eiusque libris varia ratione disputatur, h. l. praetermittam.

71. *Chion*, Heracleota, natione Ponticus, diſcipulus Platonis. Sub eius nomine circumferuntur XVII. epiſtolae, ſed aperte ſuppoſititiae. Illae epp. ſeparatim editae ſunt graece a *Jo. Caſelio*, Roſtoch. 1583. 4. (idem ſuam illarum verſionem ſeorſim in lucem emiſit.) At omnes editt. epiſtolarum Graecorum, inter quas leguntur *Chionis* epp. manarunt ex Aldina collectione *Epiſtolarum diuerſorum philoſophorum, oratorum, rhetorum* etc. Romae 1499. 4. vsque ad Coberianam recenſionem et pleniorem edit. inſcriptam: *Chionis*

Epi-

Epiſtolae, graece: ad codd. Mediceos recenſuit, caſtigauit, notas et indicem adiecit Jo. Theoph. Coberus, Dresdae et Lipſ. 1765. 8. Num *Aug. Gottlob Hofmanni* editio promiſſa lucem adſpexerit, comperire non potui. Ille quidem *Prolegomena ad Chionis Epiſtoll. graecar. futuram editionem* conſcripſit, de Chione ipſo et probabili epiſtolarum auctore, philoſopho neoplatonico ſaec. IV. poſt C. n. etc. egit, et euulgauit in *Chr. Dan. Beckii* Commentar. ſociet. philolog. Lipſienſis, vol. III. partic. II. p. 234—273.

72. *Philoxenus,* Cytherius. *Burettus* ad Plutarch. de Muſica, in Comment. acad. Pariſ. Inſcr. vol. XIII. p. 200 ſqq. ponit eius diem natalem in an. ante C. n. 439. mortem vero ante Ch. n. 380. Poëta dithyrambicus et tragicus. Particulam eius poematis, Δεῖπνον, ſeruauit *Athenaeus* XIV. cap. 12. p. 642 et 643. Scripſit quoque *Cyclopem.* Plures autem fuerunt *Philoxeni.*

73. *Iſaeus,* Athenienſis ſiue Chalcidenſis, Athenis quidem dicendi facultatem a Lyſia, quem potiſſimum imitatus eſt, et vero diligentia atque ſublimitate orationis ſuperauit, et ab Iſocrate edoctus, ac Demoſthenis magiſter. Eum adhuc primis annis Philippi regnantis, i. e. Olymp. CV. non modo ſuperſtitem fuiſſe, ſed etiam cauſſis ſcribendis operam dediſſe, *Fr. Aug. Wolf* in prolegom. ad Demoſthenis orat. aduerſus Leptin. p. CIX. duce *W. Joneſio* in notis ad Iſaei orationes, anglice verſas, (cum notis criticis atque hiſtor. Oxon. 1779. mai. 4.) p. 162 ſq. ſtatuit. *Saxius* in Onom. litter. tom. I. p. 65. ſuſpicatur, Iſaeum vixiſſe circ. an. ante C. n. 396. V. C. 356. Ad noſtram aetatem peruenerunt eius decem oratt. ad cauſſas ciuiles de hereditatibus pertinentes, quae editae ſunt cum reliquis oratoribus apud Aldum, Stephanum et Hanouiae: nouiſſime autem gr. ac lat. cum *Taylori* et *Reiskii* notis in huius vol. VII.

orato-

oratorum graecor. ac p. 300 sqq. inseruit Reiske *Dionysii Halic.* iudicium de Isaeo. — Ab Anglo quodam V. D. ex apographo cod. Medicei alius adhuc sermo typis primum vulgatus est: Ἰσαίου λόγος περὶ τοῦ Μενεκλέους κλήρου, *de Meneclis hereditate*, Londini 1785. mai. 8. *) rec. pluribus locis emendatior, additis paucis notis, in: *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst*, part. III. Gotting. 1788. 8. p. 1 sqq. eamque, editor iudicat, reliquarum Isaei, quas habemus, esse simillimam, eamdem cum simplicitate vim et elegantiam.

74. Intra Olymp. XCVII—CV. plures *Comici* et *Tragici*, quorum fragmenta collegerunt Hertelius et Hugo Grotius in Excerptis e Tragicis et Comicis: de quibus plura leges in *Fabricii* B. Gr. vol. II. lib. II. cap. 19. p. 279 sqq. et cap. 22. p. 405 sqq.

75. *Eudoxus*, Aeschinis filius, Cnidius, circ. Olymp. CIII. 1. ante C. n. 366. inclitus geometra, medicus **), et siderum scrutator, et auctor multorum librorum, qui quidem perierunt, sed a veteribus laudantur. De illo multi recentiores scriptores disputarunt. v. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. p. 10 sqq. vbi plura adscripsi. — Ibidem p. 14 sq. plura adnotaui de *Pythea Massaliota* ***), astronomo et geographo, qui temporibus Alexandri M. aut serius inclaruit, quaedam scripsisse dicitur, et a Strabone in duobus prioribus libris saepe citatur: celebris fuit propter iter maritimum, quod fecit extra columnas, circa partes Europae septemtrionales, at multa quoque, quae vidisse se glo-

*) Conf. Biblioth. critic. vol. III. part. 2. Amstelod. 1790. p. 133 sq.

**) In qua arte eius magister fuit *Philistion*, de quo v. *Fabr.* B. Gr. vol. XIII. p. 366 sq.

***) Quem eumdem esse cum *Pythea* historico, Eumenis amico, cuius meminit *Suidas* in Λεσχίδης, suspicatur V. D. in *Jen. allg. L. Z.* 1806. nr. 228. p. 595.

gloriatus eſt, finxiſſe aut male retuliſſe, praeſertim de inſula *Thulo* eiusque ſitu, arguitur. Ideo fides eius eruditis, iam *Straboni*, vol. II. p. 39. ed. Siebenkeeſ. et *Polybio* lib. XXXIV. 5. p. 631. ed. Schweighäuſer. valde ſuſpecta viſa eſt. *Cluuer.* tamen in Antiq. German. lib. III. c. 20. et *M. Azuni* in comment. in Mém. de l'Academ. de Marſeille de itineribus Pytheae maritimis Pytheae fidem contra Strabonem et alios defendere ſtuduerunt. (Vid. *Allgem. geograph. Ephemerid.* a. 1804. m. Nou. p. 1 ſqq.) — *Bougainville* quoque in Mém. de litterat. — des Inſcr. tom. XVIIII. p. 143 ſqq. fidem Pytheae expedire ſtuduit: at contra eum disputat multusque eſt de Pythea et Thule *Keralio* de veterum ſcientia ſeptemtrionis et Europae in Hiſt. et Mem. de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. vol. XXXXV. a. 1793. p. 26 ſqq.

76. *Demoſthenes*, Paeanienſis Atticus, ſecundum rationes Petiti et Corſini, duce potiſſimum Plutarcho, natus Olymp. XCVIII. circiter an. 4. ineunte, aut exeunte tertio anno, ante C. n. 384. ſecundum alios, duce Dionyſio Halicarn., Olymp. XCIX. 4., ſummus orator, lex paene orandi, et in quo faſtigium veluti eloquentiae fuit graecae. Patriae et libertatis amantiſſimus, ac potentiae regum Macedon. maxime inſenſus, vi, grauitate ac ſublimitate orationis ciues ad bellum contra Macedones gerendum non mouit, ſed quaſi rapuit. Probe enim, quod facit ad laudem ingenii, artis ac prudentiae, nouit ſtylum accommodare argumento. Fulmine eloquentiae multos quoque populares, in his Aeſchinem, a rege Macedonum corruptos, ideoque Demoſthenis aduerſarios, e patria eiecit. Quare in magna fuit exiſtimatione atque admiratione, et Demagogi, h. e. qui cauſſam populi in concionibus ageret, atque Trierarchae munere cum laude functus eſt. Neque tamen ab omni culpa nimiae auiditatis pecuniae

atque

atque προδοσίας, quae eum in exſilium pepulit, immunis fuit, atque maior in arte ciuili, quam bellica. Verum dicendo rempublicam pariter ac ſe denique perdidit, et quoniam propter maiorem Macedonum potentiam, victis Athenienſibus, in patria locum tutum non habuerat, fuga vitam ſeruare ſtuduit et confugit in Neptuni templum in Calauria inſula, ibique Antipatri iuſſu ab Archia inueſtigatus, vt liber moreretur, veneno ſumto, periit an. Olymp. CXIV. 3. ante C. n. 322. aetatis LXII. aut ſec. alios Olymp. CXV. 3. ante C. n. 319. — Sub Demoſthenis nomine exſtant LXI. *orationes*, (in quibus plures nitent venuſtates et virtutes, quam naeui reperiuntur, quarumque lectio ad curatam reipublicae Atticae rerumque graecarum et temporum illorum cognitionem facit,) tum LXV. orationum prooemia, quae tamen non omnia cenſentur genuina, atque ſex epiſtolae. In oratt. Olynthiacas et Philippicas *Ulpianus* quidam commentarios, et *Libanius* argumenta ſcripſerunt. — Aldus Manut. primum edidit *Ulpiani* commentariolos in Olynthiacas Philippicasque Demoſthenis oratt. cum *Harpocrationis* Lexico decem rhetorum, Venet. 1503. fol. Princeps oratt. gr. ed. eſt *Aldina*, Venet. 1504. min. fol. cum Libanii argumentis gr. in oratt. Demoſthen. Illa edit. cum tres annos ſub prelo haeſiſſet, Aldus, antiqua eaque meliora nactus exemplaria, hinc inde foliis exciſis, textuque paſſim reficto correctoque, eodem anno noua ſubſtituiſſe videtur. Quare, diuenditis iam quibusdam prioris editionis exemplaribus, fieri aut credi potuit, vt editiones duplices vnius eiusdemque anni, lectionibus haud parum inter ſe discrepantibus, exiſterent. Sequuta eſt edit. prima *Herwagiana*, gr. hinc inde emendata, cum Vlpiani commentariis, Libanii argumentis, et adnotatt. ex Deſ. Eraſmi, Guil. Budaei aliorumque operibus, ſtudio

ſtudio Jac. Ruberi collectis. Baſil. 1532. fol. — Correctior ex pluribus codd. opera *Jo. Bernh. Feliciani* facta editio prodiit gr. Venet. 1543. 8. ap. Franc. Bruciolum eiusque fratres, III. tom. — ex qua fluxit ed. Baſil. per Jo. Heruag. (1547, qui annus in fine praefationis declaratus eſt,) 8. graece, cum variis lectt. ſed ſine notis et ſine Vlpiani commentariis, III. tom. — De Demoſthene optime meritus eſt *Hieronym. Wolf*, qui primum edidit Opera Demoſthenis vna cum Vlpiani commentariis, e graeco in latinum ſermonem conuerſa, et in quinque diuiſa partes. Baſil. per Oporin. fol. ſine nota anni. — Gr. et lat. cum translatione, notis et gnomologia *Hier. Wolfii*, item Vlpiani commentarii cum Wolfii verſione, Baſil. ap. Oporin. 1549. fol. — Oratt. ed. ſplendida et accurata, a *Morello* 1558 incepta, et, illo mortuo, demum a *Dionyſio Lambino* abſoluta, Pariſ. 1570. fol. apud Joan. Benenatum: ſunt exemplaria huius edit., eod. anno Pariſ. formulis typographicis deſcripta, et alia, quae paucis locis diſcedunt a Morelliana lectione, in fronte exhibent Lutetiae MDLXX. *apud Mich. Sonnium ſub ſcuto Baſileenſi, via Jacobaea*; alia, quae cum Sonnianis conſpirant, in fronte Lutetiae M.D.LXX. *apud Jacobum Dupuys*, in fine autem: *Lutetiae Pariſior.* Kalendis Febr. M.D.LXX. *Joannes Benenatus abſoluebat.* *) — Altera *Wolfii* graecolat. edit. (quae eſt tertia Heruagiana, in qua Wolf. multa correxit ex II. msstis et de coniectura,) continet Opera *Demoſthenis*, et *Aeſchinis*, atque *Vlpiani* commentarios, Baſil. 1572. mai. fol. II. tom. et bis recuſa eſt; primum Francof. 1604. fol. (quae

*) V. *Philologiſche Biblioth.* tom. I. part. 2. Gotting. 1770. 8. p. 40 ſq. in cenſura voluminis I. Reiskianae edit. Demoſth.

(quae tamen opuſculorum nonnullorum ſedem mutauit, Vlpiani ſcholia cuique orationi ſubiecit, et lectionum a Sylburgio ex libris quibusdam haud ſatis diligenter inſtitutam habet collectionem,) et Geneu. 1607. fol. ſordidis chartis expreſſa. — Francofurtanam edit. hinc inde emendatam renouare, multisque doctis Wolfii ſuisque, etiam Marklandi notis inſtruere coepit, multis nouis adiutus ſubſidiis, nec tamen, morte abſumtus, abſoluit, neque ſatis criticam, multo minus perfectam, quamquam ſplendide excuſam, curauit editionem *Jo. Taylor.* Operis, quod quinque tomis conſtare debuerat, inſcriptio haec eſt: *Δημοσθένους, Αἰσχίνου καὶ Δημάδου τὰ σωζόμενα.* gr. et lat. Primum prelo exiit *tomus tertius*, qui continet orationes, a Wolfio in tertiam claſſem relatas, Cantabrig. 1748. 4. tum *tomus ſecundus*, qui tenet orationes Demoſthenis et Aeſchinis aduerſarias, ibid. 1757. Volumina igitur I. IV. V. quae Vlpiani commentarios aliaque continere debuerant, non prodierunt; eorum tamen collectanea poſt Taylori obitum ab Askew ad *Reiskium* mittebantur. Hic vero vir ſagaciſſimus graeceque doctiſſimus, ad coniectandum tamen textumque de coniectura ſaepe mutandum valde procliuis, nouam plane omnium oratorum graecorum, Iſocrate excepto, recenſionem voluminibus XII. curauit Lipſiae 1770 —1775. 8. Duo prima voll. ſunt inſcripta: *Oratorum Graecorum, quorum princeps eſt Demoſthenes, quae ſuperſunt monumenta ingenii,* e bonis libris a ſe emendata, materia critica, commentariis integris Hieron. Wolfii, Jo. Taylori, Jer. Marklandi et ſuis, indicibus denique inſtructa edidit *Jo. Jac. Reiske, vol. I. partem priorem dimidiam Demoſthenis tenens,* graece, cum praef. critica de editt. et codd. Demoſth. — *vol. II. partem poſteriorem dimidiam Demoſthenis tenens, vna cum ſcholiis graecis e cod. Bauarico*

rico nunc primum editis, aliis ex Augustano fidelius redditis. In vol. VIII. (Lipſ. 1773.) p. 696 ſqq. ſunt *Taylori* prolegomena ad Demoſthenem, ex eius ſchedis relata; in voll. IX. X. et XI. exhibentur *adparatus critici ad Demoſthenem*, tenentes Wolfii, Taylori et Reiskii adnotatt. ad Demoſthen. et varietates lectionis, a Reiskio collectas; in vol. denique XII. vtiliſſimi *indices operum Demoſthenis*, a Reiskio confecti. — A ſplendore et nitore typorum chartaeque potius, quam a diligentia curaque editoris et interna vtilitate a cenſoribus laudatur editio, *Demoſthenis et Aeſchinis quae ſuperſunt*, quam *Athanaſ. Auger*, XXXIX. codd. msst. vſus, curare coepit gr. et lat. cum verſione noua, triplici indice, variantibus lectt. et breuioribus notis, cuius vero, quantum comperi, primum tantummodo volumen prodiit Pariſ. 1790. 4. typis Didot. *) Quaedam oratt. ſaepius ſudarunt ſub prelo: equidem in commemoratione paucarum, et potiſſimum recentiorum edd. acquieſcam. — *Olynthiaca* I. in lat. linguam verſa a *Phil. Melanthone;* hanc ſequitur verſio *Joach. Camerarii*, denique textus ipſe graecus: in calce, Hagenoae MDXXIII. 8. — *Tres Olynth.* a *Jo. Chaeradamo*, gr. Pariſ. 1528. 4. (duae perrarae editt.) — *Olynthiacae tres, gr. et lat. — cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certiſſimo, ad ſcholarum vſum: per Nicol. Gallotum, Catalaunenſem:* in calce: Baſileae per Jo. Oporin. 1560. 8. — *Oratt. Olynthiacae tres et quatuor Philippicae, cum quibusdam aliis eiusdem argumenti, nunc primum adiectis.* — Argento-

*) Idem *Auger.* gallice vertit *Demoſthenis* et *Aeſchinis* oratt. additis notis aliisque commentatt. Pariſ. 1777. V. voll. 8. repet. ibid. 1783. aut 1788. VI. voll. m. 8. — et antea Demoſth. atque Aeſch. oratt. de corona, Pariſ. 1768. 8.

gentorati, excud. Theodos. Rihelius, sine nota anni, in 8. Margini hinc inde adscriptae sunt siue variae lectt. siue coniecturae. — *Selectae oratt. gr. de republica ordinanda, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, de foedere Alexandreo, Olynth. tres, Philippicae* IV. *) Londini 1672. 12. et 1686. 12. — Eaedem (excepta or. de foedere Alex.) Londin. 1726. 12. gr. et lat. ib. 1746. 8. — *Selectae oratt.* (Philippica I. et tres Olynth.) ad codd. MSS. recensuit, textum, scholiasten et versionem plurimis in locis castigauit, notis insuper illustrauit *Ricard. Mounteney.* Praefiguntur (Jo. Chapmani) obseruatt. in commentarios Vlpianeos. Cantabrigiae 1731. 8. — ed. II. emendatior Londini et Etonae 1748. 8. — Etonae 1755. 8. — Londini et Etonae 1764. 8. — 1771. 8. — Londini 1778 et 1785. 8. — *Oratt. Philippicae* omnes. Interpretationem denuo castigatam et notas aliquot adiecit *Jos. Stock.* Dublin. 1774. 8. II. voll. — Prima orat. *Philippica* cum notis germanicis, Magdeburg. 1810. 8. — Oratio *aduersus Leptinem*, gr. et lat. edidit *Jo. Taylor* (1741.) 4. Sed multo praestat editio illius orationis, cum scholiis veteribus et commentario perpetuo critico atque exegetico rerum ac verborum eoque doctissimo. Accedit *Aelii Aristidis* declamatio eiusdem caussae. — cura *Frid. Aug. Wolfii,* Halis Sax. 1789. mai. 8. graece. Noua est textus graeci, praecipue scholiorum recensio, et praemissa sunt egregia prolegomena. Eamdem orat. in vsum auditorum imprimi curauit *Birg. Thorlacius* Hauniae 1803. 8. — *Oratt. Philippicae* et *Olynthiacae*, gr. et lat. Glasguae 1750.

---

*) *Philippicam quartam Wolf.* in prolegg. ad ed. suam or. adu. Leptinem p. LX. not. cum Valckenario habet suspectam: idem ibid. p. LXXIV. orat. *de ordinanda republ.* ab aliquo declamatore ex aliis Demosth. oratt. consutis pannis confectam putat.

1750. 12. — *Oratt. Philippicae,* gr. et lat. Dublin. 1754. 12. II. voll. — eaedem, gr. Glasguae 1762. 12. — *Demosth. erste Rede gegen Philippos,* (graece, ex recens. *Reisk.* paucis mutatis,) *mit einigen Anmerkungen,* Magdeburg. 1810. 8. — Oratt. duae, vna *Demosthenis contra Midiam;* altera *Lycurgi* contra Leocratem, gr. et lat. e recensione et cum notis *Jo. Taylori,* Cantabrig. 1743. 8. — Orat. *in Midiam,* in vsum praelectionum edidit, notis criticis et exegeticis instruxit *G. L. Spalding.* Berol. 1794. 8. — *Aeschinis* (contra Ctesiphontem) et *Demosthenis* (de corona) *oratt. duae contrariae:* et Jo. Sturmii commentariol. in easdem hecatommeres: cum praefat. *Edonis Hilderici,* D. Altorf. 1581. 8. graece. — Duae illae orationes, aut oratio tantum *de Corona,* (quae est ipsa corona orationum Demosthenicarum,) aliquoties seorsum editae sunt atque illustratae, e. g. a *P. Foulkes, J. Freind.* Oxon. 1696. 8. quae correcta, sequentes vero editt. repetitae vitiosae esse dicuntur. — a *Jos. Stockio,* Dublin. 1769. 8. II. tom. — *Demosth.* pro corona: *Aesch.* in Ctes. gr. e recensione et cum notis *Ern. Car. Frid. Wunderlich,* Gottingae 1810. 8. — cum *Lysiae* orat. *funebri* in vsus scholar. gr. Gothae 1778. 8. — et v. ad §. 70. — *Demosthenis* et *Aeschinis* oratt. de falsa legatione, ab *Henr. Brooke,* gr. lat. Oxon. 1721. 8. Eaedem, itidemque contra Ctesiphontem et de Corona, cum notis varior. a *Jo. Taylor.* Cantabrig. 1769. 8. — Ego edidi orat. *de corona,* gr. et lat. e rec. *Jo. Taylori,* cum eiusdem et Wolfii, Marklandi, Palmerii, J. Jac. Reiskii, meisque animaduerss. Altenb. 1769. 8. — Or. *de corona,* gr. et lat. Glasguae 1782. 8. — Oratt. (XII.) de republica ad populum habitae, Latio donatae a *Jo. Vinc. Lucchesino,* cum textu graeco e regione adposito, et notis criticis et historicis. Romae

1712.

1712. 4. — Eaedem cum Wolfiana interpretatione, denuo castigata et notis historicis *J. V. Lucchesinii.* Acc. *Philippi* epistola. Edidit *Guil. Allen.* Londini 1755. 8. II. voll. — *Plutarchi* libellus de superstitione et *Demosthenis* oratio funebris in laudem Atheniensium, qui fortiter pro patria pugnando caesi sunt ad Chaeroneam, gr. et lat. cum integris notis Reiskii et aliorum. Denuo recensuit, varias lectt. trium codd. msst. et suas animaduersiones adiecit *Chr. Frid. Matthaei,* Mosquae 1778. 12. — Oratio *de pace,* graece. Acced. notae, scholia, et *Andreae Dunaei* *) praelectiones: curauit *Chr. Dan. Beckius.* Lips. 1799. min. 8. Edit. critica et egregia. — *Epistolae* VI. gr. in Aldina epist. collectione 1499. 4. — in Opp. Demosthenis atque Aeschinis, a Wolfio editis; ac separatim *Demosth.* et *Aeschinis* epistolae, gr. Paris. ap. Chr. Wechel. 1546. 1550. 1552. 4. — Addantur nonnullae versionum editt. Rarissimis libris adnumeratur: *Vier zierliche und schöne Oratt. oder Reden des alten fürnehmsten Redners Demosthenes — an seine Mitbürger zu Athen gethan. Erstlich ausz griechisch Sprach ins Latein, nachmaln durch — Hieronym. Boner — aus dem Latein ins tütsch transferiret u. beschriben.* August. Vindel. 1543. fol. de quo libro v. *A. Krause* in *Intellig. Blatt zur N. Leipz. L. Z.* 1809. nr. 35. p. 565 sq. — In linguam quoque germanic. conuerterunt et partim illustrarunt *Jo. Jac. Reiske* omnes oratt. *Demosthenis* et *Aeschinis,* Lemgou. 1764—1769. m. 8. et mutato tantum primo folio, cum nota anni 1772. V. voll. — *A. G. Becker* selectas quasdam eorum-

*) *Andreae Dounaei* (Downes) praelectt. in *Philippicam de pace Demosthenis* primum prodierunt Londin. 1621. 8. isque cuique commentarii particulae addidit et graecam lectionem et versionem latinam.

eorumdem orationes, fasc. I. Halis Sax. 1797. mai. 8. — *Jo. Mich. Heinze* tres Olynthiac. oratt. in minor. suis german. scriptis s. libell. Gotting. 1789. 8. — Easdem melius *Frid. Jacobs* in *Wielandi Attisch. Museum*, tom. IV. fasc. 2. pag. 1 sqq. idemque primam *Philippicam* orat. tom. III. fasc. 3. p. 414 sqq. Idem *Frid. Jacobs*, seruato ordine chronologico, bene vertit XIII. oratt. vna cum epistola Philippi ad Athenienses, singulisque oratt. praemisit egregias introductiones, atque eruditas subiunxit obseruatt. et inscripsit libr. *Demosthenes Staatsreden, übersetzt und mit erläuternden Anmerkungen versehen* etc. Lips. 1805. min. 8. Omisit vero quartam Philippicam et orat. de ordinanda republica, quas cum aliis nonnullis VV. DD. suspectas habet: idemque p. 513 sq. dubitat de integritate orationis aduersus Philippi epistolam. — *G. Frid. Seiler* orat. *de corona* et *Lysiae orat. funebrem* in linguam teutonicam transtulit et praemisit vitam ac notationem Demosthenis, Coburgi 1768. 8. — *Anglice* vertit et exposuit *Thom. Leland* orationes contra Philippum, Londini 1756. 4. correct. ibid. 1770. et 1777. 8. — Oratt. (on occasions of public deliberation,) addita orat. *Dinarchi*, Lond. 1760. 4. rec. ib. 1763. 8. et Londini 1777. 8. — Easdem oratt. *Demosthenis*, cum *Aeschinis* atque *Demosth.* oratt. de corona, Londini 1771. 4. et oratt. *Aeschinis* ac *Demosthenis* de corona, tertium vol. Lond. 1770. 8. et 1777. 8. — Oratt. *Demosthenis* vertit anglice, addiditque notas criticas atque historicas *Phil. Francis*, Lond. vol. I. 1757. vol. II. 1758. 4. rec. ib. 1775. 4. II. voll. — In linguam *italicam* transtulerunt Oratt. *Jo. Baptista Noghera*, Mediolani 1753. 8. — oratt. *Philippicas Felletti*, abbas, Venet. 1715. 8. et 1744. 12. Abbas *Cesarotti* ital. interpretatus est et edidit omnia opp. Demosthenis cum notis eruditis et

Tou-

Tourreilii praefatione hiſtorica atque hiſtoria Athenarum poſt Demoſthenis tempora, Patau. 1775. II. voll. — In Gallo-Francicam linguam conuerterunt *Tourreil* Philippicas cum animaduerſionibus, à Anvers 1707. 8. et in eius Operibus, Paris 1721. 4. II. voll. — *Pet. Lud. Claud. Gin* oratt. politicas, n. oratt. III. Olynth. Philippicas, et inter has ſecundum temporis ordinem oratt. de pace, Haloneſo, Cherſoneſ. et de epiſtola Philippi. Pariſ. 1791. 8. II. voll. — *Ged. le Cointe* orat. aduerſus Leptinem, Gotting. et Leidae 1756. 8. — *Cl. Fr. X. Millot* oratt. Aeſchinis et Demoſthen. de corona, Lugd. 1764. 12. — Plures verſiones et editiones, aliaque ſcripta, in quibus vita Demoſthenis aut loca orationum illuſtrantur, alibi adtuli. Pauca igitur h. l. memorabo. — Vitae comparatae *Ariſtotelis* et *Demoſthenis*, Olympiadibus ac Praeturis Athenienſium digeſtae ab *Andr. Schotto*, Antwerp. S. J. Auguſtae Vindel. 1603. 4. — D. *Jeniſch äſth.-crit. Parallele der beyden gröſsten Redner des Alterthums, Demoſthenes und Cicero: nebſt vier Muſterreden derſelben aus dem Griech. und Lat.* Berol. 1801. mai. 8. — Oration. *de Haloneſo* Demoſtheni, cui vulgo abiudicatur, vindicat, adiectis ſub finem obſeruatt. maximam partem criticis, — *Beniam. Gotthold Weiske*, Lübben. 1808. min. 4. Abiudicarunt eam Demoſtheni cum Libanio, qui eam Hegeſippo tribuit, et aliis veteribus Hieron. Wolf. Valcken. in diatribe de fragmm. Euripidis p. 253. et Jacobs; e contrario Weiske cum Dionyſio Halicarn. Quinctiliano, Ariſtide et Harpocratione eam adſerit Demoſtheni. Conf. tamen cenſorem in *Jen. A. L. Z.* a. 1808. nr. 143. p. 535 ſq.

77. *Aeſchines*, Athenienſis, aequalis et aduerſarius Demoſthenis; quo quidem excepto, latior eſt et audentior atque excelſior reliquis oratoribus grae-

graecis. (v. *Quintil.* I. O. libr. XII. 10. §. 23. et X. 1. §. 77.) A Demosthene oratione de corona habita victus, Rhodum concessit in exsilium, ibique scholam aperuit; denique Samum transmigrauit, vbi LXXV annos natus e vita migrauit. Eius tres, quae supersunt, *oratt.* cum Demosthenicis sunt editae: nouissime et plenissime a *Reiskio* cum eius, Taylori, aliorumque notis et indice II. voll. siue in voll. III. et IV. orator. graecor. Additae sunt vol. tertio p. 649 sqq. *Aeschinis epistolae;* p. 713 sqq. scholia gr. in Aeschin. et in vol. quarto p. 1245 sqq. doctus *Christiani Frid. Matthaei* libellus de Aeschine oratore, antea Lipsiae 1770. 4. ad disceptandum propositus. *Aeschinis* orat. in Ctesiphontem, Glasguae, typis Foulis, 1779. 12. — et in vsum praelectionum, recens. *E. C. F. Wunderlich,* (et separatim et cum *Demosth.* orat. de Corona,) Götting. 1810. 8. — *Epistolae Aeschinis* separatim sunt editae Louanii in offic. Rutgeri Rescii, 1536. 8. — Düsseldorp. 1568. 8. — vitiose per *Jo. Caselium,* Rostochii, 1578. 8. — plenissime cum notis suis et variorum et lectionis varietate, et addita vna, quae superest, *Aeschinis Socratici* epistola, edidit eas *Jo. Sam. Sammet,* Lips. 1771. 8.

78. *Aeneas,* Tacticus, secundum *Casaubonum* et *Saxium* in Onom. liter. I. p. 73. vixit circiter Olymp. CIV. 2. ante C. N. 361. V. C. 391. et, iisdem suspicantibus, forte *Stymphalius,* Arcadum imperator, qui circa tempus pugnae ad Mantineam illius gentis res administrauit. Ex Aeneae commentariis de arte imperatoria superest *liber tacticus* et *de obsidione toleranda,* editus primum atque explicitus a *Casaubono* post Polybium. Hinc adhaeret reliquis Polybii editionibus. — Ex cod. Mediceo loca quaedam emendauit *Jac. Gronou.* in libello inscripto: *Jac. J. F. F. Gronouii* supplementa lacunarum in *Aenea Tactico,* Dione

Cassio

Cassio et Arriano de expedit. Alexandri M. Lugd. Bat. 1675. 8. — *G. H. C. Koesii* Epistola ad Bredowium, e tribus Aeneae Tactici Codd. Paris. textum commentarii eius obsidionalis corrigens, in Bredowii Epistolis Parisiensibus p. 110 sqq. — Commentar. in Aeneae tacticam et Graecorum militiam, in sermone Gallo-Franc. scripsit *Comte de Beausobre*, Paris. 1757. 4. II. voll.

79. *Theopompus, Chius*, Isocratis discipulus, vixit Olymp. CV. 3. ante C. n. 356. V. C. 396. Philippi Macedonis, Alexandri et successorum aetate: insignis orator et grauis historicus, idemque superbus et (vti quidem dicitur a Cornelio Nep. VII, 11, 1. vbi vid. Stauer. in ed. tertia et notam ad nouissim. Fischeri edit.) maledicentissimus, ab aliis tamen laudatur aut excusatur. Varia scripsisse fertur; praecipue memorantur *ἱστορικοὶ λόγοι*, *historiarum* de rebus Graecorum barbarorumque *libri*. Quaedam seruata sunt fragmenta, et nonnulla collecta in Historia Acad. Paris. inscription. tom. XIV. *Frid. Koch* promiserat fragmenta illius aliorumque quorumdam deperditorum historicorum edere, egeratque de eius aetate, scriptis, genere scribendi et fide historica in progr. de Theopompo Chio historico, Graecorum quondam celeberrimo, Stettini 1792. 8. dein euulgauit *Prolegomena ad Theopompum Chium*, ibid. 1803. 4. in quibus defendit eum contra dura Polybii aliorumque iudicia, neque tamen negat, in eius opp. reperiri acerbitatis et petulantis audaciae, quae vitia fuissent Chiorum propria, vestigia, ostenditque, eum fuisse a Cornelio Nep. compilatum: conf. tamen censuram in *Jen. allg. L. Z.* a. 1804. nr. 60. p. 395 sqq. Add. *Scheffer.* et *Kühn* ad Ael. V. H. libr. III. cap. 18 init. et *Perizon.* ib. ad fin. capitis p. 242 sq. et 252. edit. Gronou. *Ruhnken* in historia crit. orator. gr. p. 87 sqq. et quae

quae scripsi in Introduct. I. p. 429 sq. *) atque in Supplement.

80. *Lycurgus* Atheniensis, natus circ. Olymp. XCIII. et denatus Olymp. circ. CXIII. Platonis atque Isocratis discipulus: generis nobilitate non minus, quam morum integritate, verborum fide, vitaeque temperantia clarus, in republica summos honores praemiaque amplissima, etiam post mortem, consequutus est. Vt vero in vita, ita quoque in accusando iureque dicendo atque orationibus fuit admodum seuerus; Demosthenis amicus, et perpetuus Philippi atque Alexandri M. hostis. Vnica tantum superest *oratio contra Leocratem*, edita in Collectionibus oratorum gr. Aldina, Stephaniana, Hanouiana, gr. et lat. et Reiskiana, graece, vol. IV. p. 105 sqq. cum Taylori praefat. (in qua de Lycurgi aetate, vita moribusque agitur,) eiusque et Reiskii notis. Separatim edita est a *Phil. Melanthone*, Witteberg. in offic. Jo. Lufft, 1545. 8. gr. et saepius; — a *Jo. Tayloro*, vna cum Demosth. oratione contra Midiam, notisque, Cantabrig. 1743. 8. — a *Jo. Gottfr. Hauptmanno*, e recensione Taylori, cum eius aliorumque selectis et ipsius Hauptmanni copiosis notis, praemissis quibusdam commentatt. de Lycurgi vita et scriptis, praeceptis morum, rhetorica eloquutione, attica dialecto, stilique Lycurgei cum N. T. stilo consensione, Lips. 1751. 8. iterum, paucis accessionibus factis, ibid. 1753. 8. gr. — a *Jo. Henr. Aug. Schulze*, gr. cum notis germanicis, Brunsuici, 1789. 8. et a *B. Thorlacio* in vsum auditorum, Hafniae, 1804. 8.

De *Maracho* s. *Malacho*, poeta Syracusano, tem-

*) Vbi etiam de *Monimo*, Syracusano, haud ignobili philosopho Cynico, et florente haud longe ab initio Olymp. 113. pauca tradidi, etiam laudaui *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. II. p. 81 sq.

tempore Aristotelis, v. *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. II. p. 30.

81. *Aristoteles*, natus est Stagiris, vrbe Macedoniae, in sinus Strymoniaci littore sita, a. C. n. 384. Olymp. XCIX. 1. et Chalcide, oppido ad Euripum sito, Olymp. CXIV. 3. ante Chr. nat. 322. aetatis LXIII. vita decessit. Parentibus vita functis, a Proxeno quodam Atarnensi liberaliter educatus litterisque eruditus est. Postea venit Athenas et ad philosophiam animum conuertit, ac Platonis consuetudine atque institutione per viginti annos vsus esse dicitur. Num vero discidium inter illos ortum et Aristoteles ingratus fuerit, id dubium est, et alii adfirmant, alii negant. Platoni quidem mortuo quia Speusippus in Academia successit, ad Hermiam, Atarnensium in Mysia tyrannum, se contulit; quo interemto, profugit Mitylenen. Inde a Philippo rege humanissime excitus ad formandum Alexandri adolescentis ingenium moresque fingendos, in Macedoniam abiit, atque tum patri tum filio adeo probauit operam, vt ab vtroque summis honoribus muneribusque adficeretur. Alexandro autem expeditionem moliente Asiaticam, Athenas commigrauit, et in *Lyceo*, gymnasio in suburbio et loco arboribus consito, per tredecim annos frequenti auditorio sui fecit copiam, et ex eius schola permulti, in his postea clarissimi homines prodierunt, eiusque sectatores vocati sunt *Peripatetici*, de cuius quidem nominis origine VV. DD. non consentiunt: ingentem vero *Peripateticorum* numerum coëgit *Fabric.* B. Gr. III. p. 458 sqq. Tradidisse autem horis matutinis dicitur paucis iisque familiarissimis disciplinas *acroamaticas*, h. e. philosophiam subtiliorem et remotiorem, dialecticam et naturae contemplationem; tempore autem vespertino, coram omnibus, quotquot adesse vellent, *exotericas*, h. e. minus graues et leuiores. Hinc discrimen

crimen librorum Aristot. *acroamaticorum* et *exotericorum* ortum est *). Alexandro e viuis excedente, Aristoteles ad odium inuidorum effugiendum, praecipue quum animaduerteret, inimicos conspirasse, vt ipsum impietatis nouaeque religionis accusarent, Chalcidem, oppidum ad Euripum situm, Olymp. CXIV. 2. clam secessit, ibique sequenti anno diem obiit supremum. Summus acutissimusque fuit philosophus, solers naturae perscrutator, veri nouique inprimis studiosus, qui multa primus vel inuenit, vel in artis formam redegit, at propter spinosum, breue maximeque concisum scribendi genus, aliasque caussas saepe obscurus difficilisque intellectu. Vt a multis nimis est laudatus, ita ab aliis nimis culpatus, atque vel plagiariis adnumeratus, vel atheismi **) est accusatus. Eius tamen philosophia, quae varias subiit mutationes, atque a Platonica et Stoica philosophia interdum diuque quasi demersa, saltem obscurata fuit, pluribus saeculis, praesertim a saeculo VI. post Chr. n. summa floruit auctoritate; nec hodie desunt eius vel admiratores vel vituperatores. Sed de virtutibus vitiisque Aristotelis huiusque philosophiae (vitia autem haud raro plus iusto exaggerata fuisse, et plures in eo nituisse ingenii animique virtutes, haud facile negabit aequus atque rerum intelligens iudex,) et controuersiis inde enatis, librisque Aristotelicis Bru-

*) Accurate copioseque de iis egit *Jo. Gottlieb Buhle* in disputat. de distributione librorum Aristotelis in exotericos et acroamaticos, eiusque rationibus et caussis, Gottingae 1786. 8. et in primo editionis, ab illo curatae, vol. p. 107 sqq.

**) Conf. *Jo. Francisci Buddei Lehrsätze v. der Atheisterey u. dem Aberglauben.* ed. II. Jenae 1723. 8. p. 33 sqq. vbi plures citantur variorum sententiae; *Jo. Ge. Walch* exercitat. de atheismo Aristotelis, in Parergis academic. Lipf. 1721. 8. p. 197 sqq. — *Jo. Seuerin. Vater* disp. Vindiciae theologiae Aristot. Halis, 1795. 8.

Bruckerus aliique hiſtoriae philoſophiae conditores, et alii VV. DD. abunde disputarunt; conf. *Buhle* ad vol. I. ab initio, vbi et vett. Gr. notitias de eo repetiit atque illuſtrauit, et p. 80. ſqq. Ariſtotelis vitam compoſuit atque per annos digesſit, ac p. 153 ſqq. confecit elenchum codd. et editionum librorum Ariſtotelis, atque enumerauit interpretes graecos, arabicos atque latinos. Ariſtoteles vero multa immenſae eruditionis acutique iudicii monumenta reliquit, in quasdam claſſes diuiſa. Numerantur autem libri 1) logici, 2) rhetorici, 3) poetici, 4) phyſici, 5) phyſiognomicon, 6) problemata, 7) metaphyſici, 8) mathematici, 9) ethici; quibus accenſentur carmen ſiue paean in Hermiam, epiſtolae ac teſtamentum. Quaedam ſcripta periiſſe *), aut Ariſtoteli falſo adſcripta dicuntur. Ariſtotelica autem philoſophia quum per multa ſaecula vnice fere dominata eſſet, haud mirum videtur, numerum et editorum et interpretum eſſe haud exiguum. Ego vero h. l. primum Operum omnium, dein ſingulorum librorum potiores editiones tantum nominare poſſum, omiſſis editionibus, vt plurimum raris quidem, e verſione latina ab a. 1473—1495, partim facta ex arabico Averhois, partim e graeco, cura inprimis Theodori Gazae, Theſſalonicenſis, Joan. Argyropuli et Leonardi Aretini, atque lat. verſionibus, quae ſequentibus ſaeculis prodierunt. Editio opp. Ariſtot. cum aliis opp. prin-

*) Neque vero tot periiſſe libros, neque tot ab Ariſtotele eſſe ſcriptos, quot multi tradiderunt, docet vberius, multaque de Ariſtotele disputat *Buhle* in recitatione de libris Ariſtotel. qui vulgo in deperditis numerantur etc.: cuius ſumma legitur in ephem. litt. Gotting. 1800. no. 207. p. 2057 ſqq. Idem V. D. in: *Biblioth. der alten Litter. und Kunſt*, part. 4. probare ſtuduit, partes tantum quasdam Metaphyſicae Ariſt. eſſe genuinas, et ibid. partic. 10. de ordine librorum Ariſtotelicor. disputat.

princeps gr: *Aldina*, 1495. 1497. 1498. in fol. min. V. voll. desunt tamen libri de arte dicendi et de arte poëtica: de hac rarissima editione praeter Buhlium l. c. p. 210 sqq. consules *Dau. Clement* Bibliotheque curieuse, histor. et critique tom. II. p. 91 sqq. vbi a pag. 85. plures editt. librorum Aristotelicorum rariores recensentur, atque *Hamberger* in *Zuverläſſigen Nachrichten* etc. vol. I. p. 267 sqq. — Plenior, additis duobus illis libellis, quibus caret princeps edit., et castigatior edit. per *Desid. Erasmum Roterodamum*, qui socium habuit Simon. Grynaeum, graece, *Basil.* ap. Jo. Bebelium, 1531. II. voll. fol. — repetita, gr. ibid. 1539. II. voll. fol. — Noua recensio et editio, quae pluribus dotibus se distinguit a prioribus, *Basileae* per Jo. Bebelium et Mich. Isingrinium, gr. cum praef. Erasmi, 1550. II. voll. fol. — Critica est editio, cui liber *de sensibus* primum accessit, minor *Aldina* in 8., cum Theophrasti historia plantarum aliisque opusculis, studio *Jo. Baptist. Camotii*; cum praef. Frid. Turisani, collatis libris et msstis et editis, aliorumque commentationibus, VI. voll. Prodierunt in lucem 1551—1553. — Emendatior tamen et locupletior est Opp. Aristotel. et nonnullorum aliorum ed. *Friderici Sylburgii*, gr. cum varr. lectt. notisque, Francof. 1587. 4. gr. XI. tomi, qui tamen non vno eodemque anno sunt excusi, et singuli peculiares habent inscriptiones, atque iam 1577. Wechel. typis suis meliores tantum edd. dedit recusas. — A lectione Sylburgiana parum discessit, quaedam tamen meliora reddidit, et ex ingenio textum aliquoties emendauit, adscriptis ad oram libri et interpretum veterum recentiorumque et aliorum virorum DD. emendationibus, gr. cum latinis interpretationibus partim recentiorum, partim veterum interpretum, *Isaac. Casaubonus*, Lugduni ap. Guil. Laemar. 1590. fol. II. voll. Haec edit.

edit. aliquoties eſt repetita gr. et lat. etiam per *Jul. Pacium*, Geneuae 1597. 8. II. voll. ap. Guil. Laemar. et ibid. 1607. 8. II. voll. ap. Sam. Criſpinum *), atque, vt plurimum quidem, a *Guil. du Val*, gr. et lat. cum variis acceſſionibus notisque, Lutet. Pariſ. 1619 et 1629. fol. II. voll. — tum cum noua propaedia ad philoſophiam aliisque nonnullis, ab eodem Duuallio additis, ibid. maioribus typis, 1639 et 1654. fol. IV. voll. — Nouiſſimam optimamque edit. Opp. Ariſtot. *Jo. Gottlieb Buhle* primum indixit in commentat. quadam, Gottingae 1790. 4. tum parare coepit, et inſcripſit: *Ariſtotelis Opp. omnia*, graece, ad optimorum exemplarium fidem recenſuit, annotationem criticam, librorum argumenta, et nouam verſionem lat. adiecit *J. Theoph. Buhle*, Biponti ex typographia ſocietatis, a. 1791—1794. in 8. quatuor volumina: tum vol. V. Argentor. a. VIII. reip. Primum vol. ornant varia praemiſſa, quae ad hiſtoriam Ariſtotelis, eius opp. codd. msst. edd. et interpretes pertinent, et in praef. ad reliquos tom. iudicat de opuſculis et editionibus. Ordinem vero operum mutauit meliusque accommodauit connexioni doctrinarum. Conf. longam cenſuram in *Jen. allg. L. Z.* a. 1797. nr. 233—235. et de vol. V. ibid. a. 1805. nr. 222—225. vbi multa loca *artis poeticae* aliter emendantur aut explicantur. — Venio igitur ad ſingulorum librorum editiones, potiſſimum graecas, ſeparatim factas. — In Ariſtotelis Κατηγορίας e Graecis plures ſunt commentati, Porphyrius, Ammonius, Hermeae filius, Simplicius, Mich. Pſellus, Dexippus, Jo. Philoponus. E latinis interpretationibus exſtant *Seuerini Boethii* lib. IV. De *Perionii* libris, huc pertinentibus, meritisque egi in Introd. I. p. 438 ſq. et ad Fabri-

*) Conf. Kapp in praef. ad edit. lib. de mundo, p. XII ſq. de duplici edit.

Fabricii B. Gr. III. p. 330 ſq. Add. *Guil. Traugott Krug* proluſionem: Obſeruationum criticarum et exegeticarum in Ariſtotelis librum *de Categoriis*: partic. I. de libri ſinceritate. Lipſ. 1809. 4. Krug oſtendit, in vltima libri parte integram Hypotheoriam eſſe ſpuriam; in Protheoria ſupereſſe tantum fragmentum magnum Ariſtotel. libri de Categoriis; reliqua in illa eſſe haud ſincera. — *Porphyrii* introductio. *Ariſtotelis* Praedicamenta, Periherminias, priora reſolutoria, poſteriora reſolutoria, Elenchi, gr. Florent. per haer. Ph. Juntae, 1521. 8. — *Ariſt. Organon* et *Porphyrii* Iſagoge, gr. Louanii 1523. 4. — *Organum*, gr. Venet. 1536. 8. — *Ariſtot. Praedicamentorum liber*, gr. permultis priſtino nitori reſtitutis e vetuſtis codd. et interpretibus graecis, per *Jo. Oliuar. Valentinum*, Pariſ. ex offic. Chriſti. Wechel. 1538. 4. Idem ibidem, a. 1537. 4. edidit et caſtigauit *Porphyrii Iſagogen*, gr. — *Ariſtot. Categoriae*, gr. cum graecis *Simplicii* in eosd. commentariis et latinis *Juſti Velſii* ſcholiis, Baſil. ap. Mich. Iſingrin. 1551. fol. — Aliis miſſis, laudanda venit editio: *Ariſtotelis* — *Organum*, h. e. libri omnes ad logicam pertinentes, gr. et lat. *Jul. Pacio* interprete, cum argumentis et tabulis ſynopticis, Morgiis, 1584. 4. Poſtea nouis ſubſidiis inſtructus iterum ad recognoſcendum atque emendandum contextum gr. acceſſit, edititque: *Organum*, gr. et latine, *Jul. Pacio a Beriga* interprete etc. Francof. ap. her. Andr. Wechel. 1592. 8. — repetita eſt, quamquam in fronte auctior: *Organum*, gr. et lat. *Jul. Pacius a Beriga* recenſuit, atque ex libris tum msstis tum editis emendauit: e graeca in lat. linguam conuertit: tractatuum, capitum, et particularum diſtinctionibus ac perpetuis notis illuſtrauit. Francof. 1598. 8. et ſaepius deinceps repetita eſt haec editio. — Editio tertia, emendatior auctiorque,

 acce-

accedente eiusd. *Pacii* commentario analytico in vniuersum Organon etc. Geneu. 1605. 4. Habemus quoque epitomen Organi Aristotelici a nonnullis graece confectam editamque, gr. et lat. et doctum opus esse dicitur: Εἰσαγωγὴ λογικὴ ἤτοι προδιοίκησις εἰς ἅπασαν τὴν λογικὴν μέθοδον τοῦ Ἀριστοτέλους, συντεθεῖσα μὲν παρὰ — Γεωργίου Σουγδούρη· — τύποις δὲ ἐκδοθεῖσα ὑπὸ Ἰωάννου Καρατζᾶ, τοῦ ἐκ τῆς Λευκοσίας τῆς Κύπρου. Ἐν Βιέννῃ 1792. ἐν τῇ τυπογραφίᾳ τοῦ Βαουμαϊστέρου. in 8. — *Aristot. Problemata et Metaphysica*, gr. Basil. 1531. fol. — *Problemata*, gr. et lat. ex versione *Lud. Septalii*, cum eiusd. commentariis, Lugd. 1632. fol. — *De naturali auscultatione*, cum paraphrasi *Themistii*, gr. excud. Christ. Wechel. Paris. 1532. 4. — *Aristotelis* (ἐκ τοῦ περὶ ἀκουστῶν,) *et Theophrasti scripta quaedam, quae vel numquam antea, vel minus emendata, quam nunc, edita fuerunt, graece, cum Henr. Stephani ad calcem annotatt.* ex offic. H. Stephani, Paris. 1557. 8. — *Physicae auscultationis, siue doctrinae naturalis libri VIII.* gr. et lat. cum commentariis analyticis, auct. *Jul. Pacio a Beriga.* Francof. ap. her. Wechel. 1596. 8. Hanou. 1608 et 1629. 8. — Idem *Pacius* cum commentario edidit *Aristot. de anima libr. III.**) gr. et lat. Francof. 1596. 8. rec. Hanou. 1611. 8. et Francof. 1621. 8. — *Historia animalium*, gr. et lat. cum versione et commentariis *Jul. Caes. Scali-*

*) *Aristoteles über die Seele. Aus dem Griechischen übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Mich. Wenzl Voigt*, Francof. et Lips. 1794. 8. — Memorandum est *Collegium psychologicum*, in quo maxime controuersae quaestiones circa libros III. *Aristotelis de anima* proponuntur, ventilantur, explicantur, adornatum — a M. *Jo. Conr. Dannhawero*, Altorph. 1627. 4. Constat VII. dissertationibus, quas enumerat *Kiefhaber* in *Allg. litt. Anzeiger*, Lips. a. 1801. nr. 89. m. Jun. p. 852 sqq.

Scaligeri atque animaduerss. *Phil. Maussaci*, Tolosae 1619. fol. — graece, cum versione gallica, variis lectt. notisque per *A. G. Camum*, Paris. 1783. II. voll. 4. — Optima et doctissima editio est: *Aristotelis de animalibus historiae libri X.* gr. et lat. Textum gr. ad fidem librorum scriptorum recensuit, *Jul. Caes. Scaligeri* versionem diligenter recognouit, commentarium amplissimum indicesque locupletissimos adiecit *Jo. Gottlob Schneider*, Lips. 1811. IV. voll. Sunt quidem nonnisi nouem libri genuini, (quorum capita Schneider aliter, ac vulgo sit, diuisit;) decimus enim, qui vulgo additur, liber, siue potius libri fragmentum, et a consilio philosophi et ab ingenio eius et oratione abhorret, vnde etiam Camus nuper exclusit: sed quoniam tamen iam a remotissima inde antiquitate in societate reliquorum librorum fuit, Schneider. passus est in hoc antiquo consortio manere et postremum locum occupare. *) — *Aristot.* commentationum *de natura* libri VIII. *de coelo* IV. *de ortu et interitu* II. *Meteorologικῶν* IV. *de anima* III. et *parua Naturalia*; graece cum variis lectt. ap. Guil. Morel. Paris. 1561. 4. et saepius. — *De coelo, ortu et interitu, meteorologica, de mundo, parua Naturalia*, gr. et lat. per *Jul. Pacium*, Francof. 1601. 8. — Lib. *de mundo* siue epistola de Vniverso ad Aristotelem, quem librum alii adserunt Aristoteli, alii autem abiudicant, aliquoties seorsim editus est: ex. gr. graece, cum *Guil. Budaei* versione lat. et *Simon. Grynaei* scholiis: acc. Philonis et Cleomedis libri, gr. et lat. Basil. 1533. 8. Est repetitio ed. Erasmicae in contextu, sed vitiis typograph. aucta aut potius foedata. —

N 2 graece,

*) Plura de hac praeclara editione leges in Actis Seminarii regii et societatis philolog. Lipsiensis, curante *Christian. Dan. Beckio*, vol. I. p. 452 sqq.

graece, cum interpret. latina et L. Apuleii et Guil. Budaei, cum ſcholiis et caſtigatt. *Bonauenturae Vulcanii.* Acc. ſeorſim *Georgii Cyprii* encomium maris, gr. et *Pauli Silentiarii Iambica.* Lugd. B. ex offic. Plantin. ap. Franc. Rapheling. 1591. 8. — Liber *de mundo*, gr. et lat. Glasguae 1745. 12. — a *Batteux* cum verſ. gallica et obſeruatt. vna cum Ocello Lucano ac Timaeo Locr. Pariſ. 1768. 8. — Nouiſſima, eaque critica bonaque editio eſt *Jo. Chriſti. Kappii*, gr. cum notis et doctis quatuor excurſibus, Altenb. 1792. m. 8. — Germanice vertit ſec. recenſionem Batteuſii, et adnotatt. ſubiunxit *J. G. Schulteſs* cum inſcriptione: *Ariſtoteles Brief an Alexander den Groſsen über die Welt* etc. Tiguri 1782. 8. — *Liber de mirabilibus auſcultationibus* *) explicatus a *Jo. Beckmann*, cum animaduerſſ. Steph., Sylburgii, Iſ. Caſaub., Niclaſii et Heynii etc. Gottingae 1786. 4. **) — Libri V. *de animalium generatione*, cum *Philoponi* commentariis, gr. Venet. 1526. fol. repet. Lugd. 1560. 12. et 1570. 12. — *Metaphyſica* cum commentariis *Thomae Aquinatis*, Venet. 1502. fol. — *Phyſica* et *Metaphyſica* cum commentar. et dialogo *Jac. Fabri* per Henr. Stephan.

*) Conf. *Sallier* in Hiſtor. acad. Par. Inſcript. tom. VII. p. 273. et IX. p. 57. *Cami* comment. in librum de mirabilibus auſcultatt. in Mem. de l'Inſtitut national des Sciences et Arts pour l'an IV. de la Republique: Litterature et B. A. tom. II. Pariſ. an. VII. 4. p. 195—271. Agit is de codd. de auctore, quem quidem Ariſtotelem fuiſſe iudicat, ſed tantum fuiſſe eius collectanea, quae poſtea elaboraſſet, probat ex comparatione nonnullorum locorum; docte etiam diſputat de cap. 52. eiusque textu corrupto. E contrario *Schneider* in Periculo crit. in Anthologiam Conſtantini Cephalae p. 152. ex loco Nicandri quodam it probatum, auctorem τῶν θαυμασ. ἀκουσμάτ. recentiorem eſſe Nicandro.

**) Idem Beckm. editioni ſuae Antigoni Caryſtii hiſtoriar. mirabil. collect. (Lipſ. 1791. 4.) p. 231 ſqq. adiecit emendatt. atque adnotatt. ad Ariſtotelis libr. de mirabilibus auſcultatt.

phan. Parif. 1504. 4. — *Problemata* et *Metaphyfica*, gr. Bafil. 1531. fol. — *Metaphyfica* in linguam anglicam conuerfa a *Th. Taylor*, cum adnotatt. aliisque acceffionibus. Lond. 1801. 4. — *Metaphyfik, I. Buch, überfetzt von Ge. Guftav Fülleborn*, in eius *Beyträgen zur Gefchichte der Philofophie*, part. II. *Züllichau* 1792. 8. — emendat. in ed. II. ib. 1796. et conf. eius praefat. — In eiusd. operis parte III. ibid. 1793. exftat *Ariftot. natürliche Theologie, überfetzt.* — ibid. part. V. 1795. p. 204 fqq. *Ge. Guft. Fülleborn Beytrag zur Unterfuchung über die Metaphyfik des Ariftoteles.* Contra *Buhlium* in *Bibliothek der alten Litterat. und Kunft*, part. IV. Gottingae 1788. 8. libros I—V. XI. et XII. Metaphyf. Ariftot. fecundum ordinem in vett. editt. vel omnino fpurios effe, vel ad Ariftot. Metaphyficam non pertinere exiftimantem, philofopho ita vindicare ftuduit, vt librum quidem II. fragmentum commentarii in librum primum, ceteros vero artiffime cohaerere, oftenderet *): fed diffentit cenfor in ephem. litter. Gotting. a. 1797. nr. 41. p. 405 fqq. — De libro *de Xenophane, Zenone, Gorgia*, Ariftoteli vulgo tributo, vide ad *Fabric.* B. Gr. vol. II. p. 618 fq. et III. p. 247 fqq. *Ge. Guft. Fülleborn* difp. praefide *Frid. Aug. Wolfio* ventilatam, et infcriptam: *Liber de Xenophane, Zenone, Gorgia, Ariftoteli vulgo tributus*, paffim illuftratur. Halae Sax. 1789. 8. et in: *Beyträge zur Gefchichte der Philofophie, Züllichau u. Freiftadt* 1791. 8. part. 1. nr. 3. — *G. L. Spalding* difp. Vindiciae philofophorum Megaricorum tentantur; fubiicitur *commentarius in priorem partem libelli de Xenoph. Zen.*

*) Iam *Jac. Guil. Feuerlin* in disput. de authentia et infcriptione librorum Ariftot. metaphyficor. Altdorf. 1720. 4. contra alios vindicat illos Ariftoteli.

Zen. et Gorgia, Halae 1792. 8. dein cum inſcriptione in fronte libelli: Commentarius in primam partem libelli de Xenoph. Zen. et Gorgia, praemiſſis vindiciis philoſoph. Megaricorum, Berol. 1793. 8. — *Chriſti. Dan. Beckii* progr. varietas lect. libellorum Ariſtotelicorum, e cod. Lipſienſi diligenter [immo vero diligentius, quam in Fabr. B. Gr. III. p. 248 ſqq. factum erat,] enotata. Lipſ. 1793. 4. — De *Phyſiognomonia liber*, niſi omnino ſuppoſititius, ſaltem magnam partem mutilatus et ſuſpectus, exſtat in collectione: *Scriptores phyſiognomoniae veteres ex recenſione Camilli Peruſci et Frid. Sylburgii*, gr. et lat. recenſuit — addidit animaduerſſ. *Sylburgii* — ſuasque adſperſit notas *Jo. Ge. Frid. Franzius*, Altenburg. 1780. 8. — *De plantis libri* II. ſunt ſpurii, certe mirifice interpolati; *de coloribus liber*, eruditus, a Mercuriali et Portio tribuitur Theophraſto. — *Mechanica*, gr. et lat. cum commentar. *Henr. Monantholii*, Pariſ. 1599. 4. et Lugd. ex bibliopolio Commel. 1600. 4. — Ἀριστοτέλους Μηχανικὰ Προβλήματα. Ariſtotelis Quaeſtiones Mechanicae. Recenſuit et illuſtrauit *Joa. Petr. van Cappelle*. Amſtelod. 1812. mai. 8. c. tabb. aenn. 4. — *Ethicorum ad Nicomachum libri* X. de quibus, horumque interpretibus veteribus *) aeque ac recentioribus atque multis editt. alibi plura ſcripſi. Inprimis meruit de illis libris *Petrus*

*) Exſtant 1) *Paraphraſis graeca*, ſine nomine auctoris, primum edita a *Dan. Heinſio*, Lugd. Bat. 1607. 4. dein ſub nomine *Andronici Rhodii* cum verſione *Heinſii* 1617. 8. rec. Cantabrig. 1679. 8. 2) *Euſtratii et aliorum Peripateticorum commentaria in libros X. Ariſtot. de moribus*, quae vna cum textu ſuis in locis adiecto ſunt edita Venetiis ab haered. Aldi Manutii et Andreae Aſulani ſoceri, 1536. fol. gr. latine autem ex interpretatione *Jo. Bernardi Feliciani*, (qui alio et a Manutii libro diuerſo codice vſus a graeco edito multum diſſidet,) Venet. 1541. 1589. fol. Pariſ. 1543. et cura *Sam. Rachelii*, Helmſtad. 1662. 4.

Petrus Victorius, e cuius recenſione aliquoties prodierunt illi, *Florent.* apud Bern. Juntam, gr. et lat. 1547. 4. — *Pariſ.* cum varr. lectt. codd. tum Victorianorum, tum aliorum, ap. Adr. Turnebum, gr. 1554. et ibid. gr. ac lat. 1555. fol. et alibi repetita eſt haec edit. cum Victorii praefatione. — *Pariſ.* gr. cum P. Victorii et Guil. Morelli varr. lectt. apud Guil. Morell. 1560. 4. — gr. et lat. Florent. ap. Juntam 1560. 4. Francof. ex off. Andr. Wecheli, gr. 1567. 4. et 1584. 4. — Idem Victorius anno aetatis 85. ſcripſit *Commentarios in X. libros Ariſtot. de moribus: poſitis ante ſingulas declarationes graecis verbis auctoris, iisdemque ad verbum lat. expreſſis.* Florent. ex offic. Junctarum 1584. fol. — Paucarum aliarum editt. memoriam addam. Argentorati per Vuendelin. Rihel. cum praef. Jo. Sturmii, gr. 1540. 8. et ibid. gr. cum varr. lectt. in fine adiectis; exc. Joſias Rihel. 1563. 8. — cum verſione lat. et adnotatt. Lambini nouisque Zuinggeri ſcholiis, ſtudio *Theod. Zuinggeri*; adiecta ſunt fragmm. quaedam *Pythagoreorum* vetuſtiſſ. ex emendatione et verſione *Gul. Canteri*, Baſil. 1566. 4. — cum interpretat. lat. Dionyſii Lambini et notis criticis; opera *Matthiae Bergii*, Francof. 1591. 8. — ed. altera emendatior et auctior, curante *Conr. Rittershuſio*, gr. et lat. ibid. 1596. 8. Hanou. 1611. 8. — et gr. cum Dion. Lambini verſ. lat. a Matthia Bergio interpolata; accedentibus locis parallelis etc. textuque emendato ſecundum ed. Flor. Victorii et Sylburgianam, et cum ſyllabo varr. lection. et notarum ex notis Victorii ac Sylburgii, cura *Sam. Rachelii*, cuius etiam praemiſſa eſt in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam introductio, Helmſtadii 1660. 4. — gr. et lat. ex noua recenſione, curante cum notis *Guil. Wilkinſon.* Oxon. 1716. mai. 8. — *Die Ethik des Ariſtoteles überſetzt und erläutert*

von Chriſtian Garve. Erſter Band, enthaltend die zwey erſten Bücher der Ethik. Breslau. 1798. 8. Introductio ad illam verſionem de diverſis Ethices principiis a tempore Ariſtotelis vsque ad noſtram aetatem etiam eod. anno ſeparatim typis repetita eſt. — Decem Ethices libros germanice vertit et illuſtrauit *D. Jeniſch*, Dantiſci 1791. 8. at conſ. *J. Frider. Gottlob Delbrück* in *Berlin. Monatsſchr.* 1791. part. XI. p. 459 ſqq. — Idem *Delbrück* disp. praeſide *Frid. Aug. Wolf.* defendit inſcriptam: *Ariſtotelis* Ethicorum Nicomacheorum adumbratio, accommodate ad noſtrae philoſophiae rationem facta, Halae 1790. 8. — *De virtutibus et vitiis* libellus ſ. fragmentum, a Stobaeo ſeruatum, quod tamen alii abnegant Ariſtoteli, et *Eduard Fawconer* in ſua illius libelli cum *Gemiſti Plethon.* de virtutibus lib. cum notis edit. Oxon. 1752. 8. illum refert ad Andronicum Peripateticum. — *Politicorum* ſ. *de Republica* libri VIII. graece, interprete et enarratore *Geneſio Sepulueda*, Cordubenſi, Pariſ. 1548. 4. ap. Vaſcoſan. — repet. Colon. Agrippinae, 1601. 4. adiectis *Kyriaci Strozae* de Republica libris duobus, n. IX. et X. gr. conſcriptis, et ab eodem Stroza latinitate donatis: iterum repetita ed. fuit Matriti, gr. et lat. ap. Joach. Ibarram, 1775. fol. — graece ex Victorii recognitione, Florent. 1552. Pariſ. 1556. 4. Accedunt *Kyriaci Strozae* de republica libri II. octo Ariſtotelis eadem de re additi, gr. lat. Florent. apud Junt. 1562 et 1563. 4. — cum commentariis operoſis *Petri Victorii*, gr. lat. Florent. apud Juntas 1576. fol. — graece, ex caſtigatt. Petri Victorii emendatiores, Francof. ex typogr. Andr. Wecheli, 1577. 4. — gr. cum Dion. Lambini et P. Victorii interpretationibus, ab vtraque parte textus graeci poſitis, *Theod. Zuingerus* edidit, argumenta, tabulas ſcholiaque et Victorii commentarios ſingu-

ſingulis addidit capp. atque ſubiecit Pythagoreorum fragmm. politica, a Jo. Spondano conuerſa et emendata; Baſil. 1582. fol. — gr. et lat. a *Petro Ramo* latina facta et illuſtrata, Francof. typis Wechelianis, 1601. 8. — graece et lat. cum perpetua *Dan. Heinſii* in omnes libros paraphraſi, Lugduni Bat. ex offic. Elzeuir. 1621. 8. — rec. curante *Seu. Chriſt. Olpio*, gr. et lat. Jenae 1660. 4. — graec. et cum duplici verſione Riccobini ac Maioragii, textu in 332 particulas diſſecto, et cum ampliſſ. commentariis *Pauli Benii Eugubini*, Venet. cIↃIↃxxiv. ſed vitioſe pro a. cIↃIↃcxxiv. fol. et eiusdem *Oratoriae diſputt.* in quibus maxime Ariſt. praecepta explanantur, ibid. 1625. fol. — graece, *Oberto Giſanio* interprete, cum prooemio *Hermanni Conringii*, Helmſtad. 1637. 12. At idem *Conring.* iterum edidit textum gr. ex recenſione Sylburgii, cum P. Victorii verſione lat. ſua introductione et emendationum libello, Helmſtad. 1656. 4. — Ex Politicis particulam περὶ τῆς πόλεως μακαρίας (n. libri ſeptimi capita poſtrema ac XII. et librum octauum integrum,) edidit cum adnotatione critica *Frid. Wolfg. Reiz*, Lipſ. 1776. 8. — Optima edit. eſt et inſcripta: *Ariſtotelis Politicor. libri octo ſuperſtites.* Graeca recenſuit, emendauit, illuſtrauit, interpretationem latin. addidit *Jo. Gottlob Schneider*, Francof. ad Viadrum 1809. m. 8. II. voll. Secundo volumini praemiſſa eſt plena notitia editionum, verſionum et commentariorum, ad Ariſtotelis Politica ſcriptorum, per annos deſcripta. Praef. in qua multa erudite copioſeque pertractantur, eſt omnino lectu digna. Conf. cenſorem in *Beckii* Actis Seminarii regii etc. Lipſienſ. vol. I. p. 449 ſqq. — Ethicam et Polit. in ſermonem *anglicum* transtulit et illuſtrauit *Gillies*, Lond. 1797. II. voll. 4., et *William Ellis*, Lond. 1776. 4. iterum 1778. 4. — in ſermonem *germanicum Polit.* et *fragmen-*

gmentum Oeconomiae, cum notis et analyſi textus, *J. G. Schloſſer,* Lubec. et Lipſ. 1798. II. voll. 8. atque *Politic. Chriſt. Garve,* poſt eius mortem edita et notis inſtructa a *Ge. Guſt. Fülleborn,* Breslau. 1799—1802. II. voll. 8. conuerterunt. — in linguam *gallicam* cum notis hiſtoricis et criticis *Champagne,* Pariſ. 1797. II. voll. 8. — et *Car. Millin,* Pariſ. 1803. III. tom. 8. — *Artis rhetoricae,* atque *poeticae,* quae hodie quoque ſuam auctoritatem atque vtilitatem obtinent, et ſaepius ſub prelis ſudarunt, quasdam tantum licet commemorare editt. *Ariſt. Rhetorica* et *Poetica,* gr. in Rhetoribus antiquis graecis, ap. Aldum, vol. I. Venet. 1508. et II. 1509. fol. — Rhetorica, gr. ex offic. Froben. Baſil. 1520. 4. — gr. cum commentariis anonymi, Pariſ. ap. Conr. Neobarium, 1539. fol. — ex recenſione ac verſione et cum luculento commentario *Petri Victorii,* Venet. 1548. fol. rec. Baſil. 1549. fol. et aliquoties alibi. — gr. Argentor. ap. Wendel. Rihel. 1547. 8. — gr. cum verſione et ſcholiis *Jo. Sturmii,* (praefatus eſt Jo. Cocinus, Piſecenſis Boiemus,) ibid. excud. *Theodoſ. Rihelius:* in calce: 1570. 8. — gr. cum variis lectt. Pariſ. ap. Guil. Morelium, 1559. 4. et ibid. eod. anno, latine, *Hermolao Barbaro* interprete. — gr. et lat. cum *Ant. Maioragii* commentariis, Venet. 1572. rec. ib. 1591. fol. — *Rhet.* libri III. gr. ab *Anton. Riccobono* lat. conuerſi et cum eiusdem explicationibus, addita *Ariſt. arte poetica,* gr. et lat. Venet. 1579. 8. — *Rhetor.* editio repetita, gr. et lat. cum paraphraſi *Riccoboni,* huius conuerſione multis in locis collata cum Maioragii, Sigonii, Victorii et Mureti conuerſionibus, ſeparatim edita, Hanou. 1606. 8. et Francofurdi ap. heredes Andr. Wechel. 1588. 8. — gr. et lat. cura *Chriſtoph. Schraderi,* Helmſtad. 1648. 1661. 4. 1672. 4. — gr. et lat. ex verſione et cum explana-

planationibus *M. Anton. Maioragii*, Patau. 1689. 4. — gr. et lat. emendat. cum variis quibusdam lectt. locis philoſophi parallelis, et, in fine, cum ſelectis notis e commentariis Victorii, Maioragii ac Fabii Paulini, Cantabrig. 1728. 8. — gr. cum variis lectt. Oxon. 1759. 8. — gr. ex aliquot editionum collatione (cura Garuii et Reizii,) Lipſ. 1772. 8. *) — In linguam german. conuertit, notisque inſtruxit *Mich. Wenz. Voigt*, tom. I. Pragae 1803. 8. — *Garnier* in recitat. quadam gallica demonſtrare ſtuduit, artem rhetoricam maiorem, tribus libris conſtantem, eſſe genuinum Ariſtotelis opus; minorem vero artem, vno conſtantem libro, et ad Alexandrum miſſam, a Corace, centum annos ante Alexandrum viuente, confectam eſſe. — *De arte poetica* liber I. egregius, at conciſe et obſcure ſcriptus, vel potius fragmentum libri de arte poetica, aut adumbratio, vt aliis videtur, partis eorum, quae Ariſtoteles in libris de arte poetica copioſius fuerit expliciturus, poſt mortem Ariſtotelis editus. Quod ſupereſt, ſeparatim quoque et ſaepe prelo exiit. **) Potiores aut recentiores edd. ſunt: graece et lat. *Alexandro Paccio* interprete, Venetiis apud Aldum, 1536. 8. rec. gr. Baſil. ap. Robert. Winter. 1537. 8. — gr. cum variis lectt. ex edd. excerptis, et *Paccii* verſione lat. ſeparatim poſita, Pariſ. in offic. Chriſt. Wechel. 1538. 8. — gr. et lat. cum *Franciſci Robortelli* Vtinenſis, (codd. vſi,) explicationibus: acceſſere eiusd. in Horatii artem poetic. para-

*) Conf. librum doctum: Animaduerſſ. et lectiones ad Ariſtot. libros tres Rhetoricor. ſcripſit *Jo. Seuerin. Vater.* Acc. auctarium *Frid. Aug. Wolfii.* Lipſ. 1794. 8. In prooemio eſt curata editt. recenſio: ſequitur p. XI. notitia ſcholiaſtae graeci.

**) De hoc libello eiusque editt. plura disputaui ad Fabricii B. Gr. III. p. 224 ſq. et 339 ſqq. et in praefat. ad meam libelli edit.

paraphraſis et explicationes de ſatyra, epigrammate, comoedia, ſalibus et elegia. Florent. 1548. fol. — gr. cum lat. verſione *Alex. Paccii, Vincentii Madii, Brixiani et Barthol. Lombardi* communibus explanationibus, ac propriis eiusdem *Madii* annotatt. Venet. ap. Vincent. Valgriſ. 1550. fol. Haec ed. critica omnino laudanda eſt. — graece, textus e cod. mst. emendatus eſt, Pariſ. ap. Guil. Morelium, 1555. 8. — Praeſtans eſt edit. cum lat. verſione et copioſis commentariis *P. Victorii*, Florent. in offic. Juntarum, Bernardi filiorum, 1560. fol. — repet. 1573. Sunt etiam exempla, quae an. 1563. prae ſe ferant. — gr. et lat. *Dan. Heinſius recenſuit, ordini ſuo reſtituit*, (vt ſibi quidem, non aliis VV. DD. viſum fuit, capitibus VII. et XIII. transpoſitis,) *lat. vertit, notas addidit: accedit eiusd. de tragica conſtitutione liber, in quo, praeter cetera, tota de hac Ariſtotelis ſententia explicatur.* Lugd. Bat. ap. Jo. Balduin. 1610. 8. repet. (aut forſan nouam tantum accepit inſcriptionem in folio primo) ibid. ap. eumdem, in bibliopolio Ludou. Elzeuir. 1611. 8. et, mutatione lectionis interdum facta, ibid. 1643. 12. — gr. et lat. ex verſione *Theodori Goulſtoni*, Londini 1623. 4. Edinburg. 1731. 12. — et cum notis analyticis: acced. Frid. Sylburg. et Dan. Heinſii notae integrae, et ſelectae aliorum, quibus ſuas immiſcuit *Jac. Vptonus*, editor. Cantabr. 1699. 8. — gr. cum verſione *Goulſtoni*, (quae in ſeqq. edd. eſt ſeruata,) et variantibus lectt. Glasguae 1745. 12. — gr. et lat. cum notis, Oxon. 1760. 12. — Vtilis eſt curataque editio, e II. Msst. Pariſ. quibusdam locis emendatis, gr. cum verſ. gallica, in collectione inſcripta: Les quatre Poëtiques: *d'Ariſtote, d'Horace, de Vida, de Despréaux,* avec les Traductions et des Remarques *par M. l'Abbé Batteux.* Pariſ. 1771. 8. II. tom. — gr. et lat.

Lectio-

Lectionis varietatem ex codd. IV. bibl. Mediceae, indic. et obff. crit. fuas (aliorumque) adiunxit *T. Winftanley*, Oxon. 1780. 8. — graece, cum praelectione, verfione et notis editoris *(Guil. Cooke)*. Cantabrig. 1785. 8. — Ego vero edidi *Arift. de poëtica libr.* gr. cum verfione Goulftoni lat. et cum variis lectt. meisque ac Sylburgii notis. Lipf. 1780. 8. — Noua eruditaque eft textus recenfio: *Ariftot. de poetica liber.* Lectionem conftituit, verfionem refinxit, animaduerff. illuftrauit *Thom. Tyrwhitt.* Oxon. 1794. in 8. et 4. et fol. Poft Tyrwhitti mortem Burgefs abfoluit editionem. In cenfura in *Jen. allgem. L. Z.* 1795. nr. 80. col. 636 fqq. variae Tyrwhitti emendationes examinantur. — gr. fine notis, haud paucis tamen in textu mutatis: *Arift. de poetica lib. recenfuit Frid. Volgang. Reizius*, Lipf. 1786. 8. — gr. in vfum fcholar. recenfuit *Jo. Theophil. Buhle*, Gotting. 1794. 8. — gr. cum verfione germanica notisque *Jo. Jac. Meno Valett.* Lipf. 1803. 8. — *Laurent. Sahl*, Prof. Haunienf. edidit *Arift. Poët.* cum notis criticis, Hauniae 1791. 8. et eod. anno verfionem libelli Danicam, 8. poftea aucto libro, infcripto: *Q. Horatii Flacci de arte poetica ad Pifones epiftola*, cum continua exegefi felectisque notis: *adiuncto Ariftotelis libro de poetica*, graece cum notis criticis, latine cum notis exegeticis, Hauniae 1802. 8. — Critica, interdum liberalior, eft, multis locis aut vocabulis fede fua expulfis et translatis, edit. *Godofredi Hermanni*, gr. et lat. cum eruditis copiofisque eiusd. commentariis, Lipf. 1802. 8. *) — Germanice vertit, et notis atque commentationi-

*) De hac et edd. Valett. ac Buhlii conf. longam cenfuram in *Jen. allg. L. Z.* a. 1805. nr. 222—225 in qua etiam multa libelli Ariftot. loca vindicantur, aut corriguntur, aut explicantur, et de editt. quibusdam ab initio bene iudicatur.

tionibus illuſtrauit *Mich. Conr. Curtius*, Hannou. 1753. 8. — item *J. Gottl. Buhle*, et addidit *Thom. Twiningii Abhandlungen über die poetiſche und muſikaliſche Nachahmung.* *) *Aus dem Engliſchen.* Berol. 1798. 8. — *Gallice* vertit, et obſſ. illuſtrauit *Andr. Dacier*, Pariſ. 1692. 4. Amſtel. 1733. 8. — *Italice* vertit et expoſuit *Lud. Caſtelvetro*, Vindob. 1570. 4. rec. Baſil. 1576. 4. et 1582. — *Pepli fragmentum*, ſiue heroum Homericorum epitaphia, gr. cum lat. verſione et notis *Guil. Canteri* etc. Baſileae per Th. Guarinum, 1566. 4. et Antwerp. ap. Chriſt. Plantin. 1571. 8. — *Th. Burgeſs* edidit: Πέπλος, ſiue epitaphia in heroas Homericos; fragmentum ab H. Stephano primum editum, nunc pluribus auctum epitaphiis, partim nuper, partim nunc primum e cod. Harlei. Durham 1798. min. 8. — *Ariſtot. Scolion in Hermiam*, Atarnenſ. tyrannum, ſeruatum a Diogene Laert. V. 5. in vita Ariſtotelis, tom. I. opp. Ariſt. a Buhlio ed. p. 7 ſq. et ab Athenaeo XV. 16. p. 696. Hoc et Pepli fragm. in *Brunckii* Analectt. vett. poet. graecor. tom. I. p. 177 ſqq. conf. eumdem in tom. III. p. 32 ſqq. a Brunckio edit. ad calcem Anacreontis p. 81. ed. III. et curatius editum, cum germanica *Eberti* et anglica *Th. Nevile* verſſ. in *Hurdii* commentario in Horatii artem poet. a *Jo. Joach. Eſchenburg* in linguam germ. translato, tom. I. Lipſ. 1772. mai. 8. p. 166 ſqq. — gr. et germanice a *Degenio* in huius edit. Anacreontis ed. Altenburg. p. 194 ſq. et explicitum p. 288 ſq. — *Ariſtot. Scolion* inter Σκόλια *h. e. carmina conuiualia Graecorum* — *edita a Car. Dau. Ilgen*, Jenae

---

*) *Twining* duas has diſſ. adiecit verſioni ſuae anglicae lib. Ariſt. de A. P. Lond. 1789. m. 4. Haec verſio in ephem. litter. Gotting. 1793. nr. 191. comparatur cum *Henr. Jac. Pye* verſione anglic. Ariſt. lib. etc. Lond. 1792. 4. et huic praefertur.

Jenae 1798. 8. p. 137 ſqq. cum notis, et adde eumd. Ilgen in praemiſſa disquiſit. de Scol. poeſi, p. CLXXXIV. et CXCIII. — *Jo. Henr. Juſt. Köppen* ſeorſum edidit *Ariſtoteles Scolion auf Hermeias* cum animaduerſſ. et germanica Cludii verſione, Hildeſ. 1784. 8. — *Epiſtolae* VII. graece, in Collect. epiſt. gr. Aldina, Venet. 1499. 4. — Epiſtolae, quae extant, cum duabus Philippi Macedonis et vna Alexandri M. Lubecae 1615. 4. — Epiſtolas ad Alex. maximam certe partem eſſe ſuppoſititias, declarat *St. Croix* in Examen critiq. des Hiſtor. d'Alexandre p. 201 ſq. edit. II. et p. 194 ſqq. diſſerit, qua ratione educauerit Ariſtoteles Alexandrum: p. 199 ſq. de Ariſtotelis Metaphyſ. et paſſim diſſerit de illo philoſopho. — *Ariſtotelis Brief an Alexander den Groſsen über die Welt, aus dem Griechiſchen überſetzt von J. G. Schulteſs*, Tiguri 1782. 8. cum animaduerſſ. — Adhuc iuuat h. l. memorare vetus poema *de vita et morte Ariſtotelis, omnium philoſophorum principis*, quem auctor nimiis ornat laudibus; quod poema adiectum rarae edit. veteri: *Problemata Ariſtotelis*, ſ. l. et a. 4. *Heumann* in Actis philoſoph. part. XV. recudi fecit cum gloſſis quibusd. — Progrr. III. *Bernh. Lud. Königsmann* de Geographia Ariſtotelis, Schleswig. 1803 et 1804. 4. in quibus multa Ariſtotelis loca emendantur atque illuſtrantur. — In Muſei Oxonienſis litterarii conſpectu, Oxon. 1792. 8. p. 25 ſqq. publicatae ſunt notae et coniecturae quaedam adhuc ineditae Caſauboni, Vulcanii, Vptoni, Sanctamandi, Jortini in Ariſtot. librum de poetica.

82. *Demades*, Athenienſis, inſignis orator, qui Athenienſium auribus frequenter fecit inſidias fraudemque: proditor patriae, a Philippo Macedone, (a quo in proelio Chaeronenſi a. Olymp. CX. 3. ante C. n. 336. a. V. C. 416. captus, ſed mox dimiſſus fuit,) et Alexandro multa pecunia corru-

corruptus. Ab Athenienſibus eſt ter vel ſepties damnatus legum violatarum infamiaque notatus, et ab Antipatro atque Caſſandro occiſus eſt Olymp. CXV. 2. Supereſt orationis vnius fragmentum, quamquam id haud omnibus videtur genuinum. Nouiſſime editum eſt a *Reiskio* in vol. IV. Orator. gr. p. 243 ſqq. cum *J. G. Hauptmanni* diſſ. de Demade, primum euulgata Gerae 1768. 4.

83. *Hyperides*, Colyttenſis Atticus, Platonis et Iſocratis auditor; floruit Olymp. CX. 4. ante C. n. 335. V. C. 417. periit Olymp. CXIV. 3. aut ſec. Hamberger. ante C. n. 322, amicus quidem Demoſthenis, ſed reipublicae, iuſti verique amantior. Orationum multarum, quas habuit, vna reſtat, quae eſt Demoſthenicarum decima ſeptima, quamquam haec etiam a nonnullis ei abiudicatur. — *Glaucippi*, filii Hyperidis, itidem oratoris, orationem contra Phocionem laudat *Plutarch.* Phoc. p. 743. C.

CAPVT II. SECTIO I.

De ſcriptoribus graecis a temporibus Alexandri M. ad tempora Auguſti.

1. Exſtincta libertate Graecorum, flos quidem eloquentiae periit; ſed remanſerunt tamen eruditionis atque elegantiae ſemina, vel ipſa expeditione Alexandri M. cum linguae graecae ſtudio per plures, etiam diſſitas, terras largiter et fructuoſe ſparſa, atque, Graecia a Romanis occupata, in Italia radices egerunt; vbi deinceps Muſae Atticae mare quaſi transuolantes fixerunt ſedem. Poeſis tamen egregie floruit et bucolico genere nouum

nouum accepit incrementum. At philosophorum contentiones, quae linguam quidem graecam novis loquendi formulis ditarunt, at etiam priſtinam ſuperioris periodi pulcritudinem ac venuſtatem deturparunt, et orta commixtio populorum, multis peregrinis gentibus linguae graecae ſuos admiſcentibus modos, fecerunt, vt lingua graeca priſtinae virilis dictionis quaſi ſanitatem magis magisque amitteret, et externis ſe oblineret moribus. Initio quidem huius periodi viguit adhuc aetas linguae graecae virilis; atque plures ſophiſtae, critici ac rhetores vmbram priſtinae l. virilis graecae aliquamdiu retinuerunt, et romanae eloquentiae initium roburque dederunt: attamen vigor et vires priſtinae l. gr. paullatim decreuerunt, novae loquendi formae et aliae verborum ſignificationes ſunt receptae, et ſenectus imminere coepit *).

De *Alexandro M.* librisque illi olim tributis, et de iis, qui eius vitam resque geſtas enarrarunt, v. *Fabric.* B. Gr. libr. III. cap. 2. vol. III. p. 25 ſqq. ubi plura adnotaui, et *St. Croix* opus egregium, Examen critique des Anciens Hiſtoriens d'Alexandre le Grand. Paris 1775. 4. et valde locupletatum in II. Edit. (vt ipſe ait in fronte libri,) conſidérablement augmentée, Paris An XIII — 1804. 4. Prior edit. in linguam anglicam translata eſt a *Richardo Clayton*, cum huius notis atque obſervatt. Bath et Lond. 1793. mai. 4. ſed *St. Croix* in litteris, ad me d. V. Marti 1805 ſcriptis, parum laudauit, nec probauit Claytoni operam.

2. *Diogenes*, Sinopes, Ponti ciuitate, natus Olymp. XCI. 3. ante C. n. 414. Antiſthenis, ſectae

*) Conf. *Frid. Guil. Sturzii* de dialecto Macedonica et Alexandrina liber. Lipſ. 1808. 8.

ctae Cynicae parentis, diſcipulus, philoſophus Cynicus, homo temperans, frugalis, hoſtis ſtultitiae, morum perditiſſimorum, flagitiorum faſtusque, (a quo tamen ipſe non alienus erat,) acerrimus, ſingularis in vita et doctrina, de quo eiusque dolio, in quo habitaſſe dicitur, multa lepida, multa etiam fabuloſa narrantur. Ab impudentiae tamen crimine vindicatur poſt alios a *Bruckero*, qui copioſe de noſtro agit, in Hiſt. critica philoſ. vol. I. p. 871 ſqq. Senex iter ſuſcepit Aeginam, in quo a piratis captus, et poſtea Xeniadi, Corinthio, venditus, ab hoc autem manumiſſus et formandis liberis reique familiari adminiſtrandae vtiliter praefectus eſt. Obiit Corinthi, fere nonagenarius, Olymp. CXIV. 1. ante C. n. 324. Conf. *St. Croix* in Examen critiq. des Hiſtoriens d'Alexandre p. 636 ſq. ed. II. — Epiſtolae XXVII. quae ſub nomine eius circumferuntur, at ſpuriae ſunt, exſtant in collectionibus epiſtolar. graecar. Aldina, Lubiniana et Cuiaciana. Conf. *Diogen. Laërt.* libr. VI. ſect. 20—81. ibique interpretes. Adde de eius epiſtolis, (in cod. Matrit. XIX. ſunt *quinquaginta Diogenis epiſtolae graecae,)* vol. I. B. Gr. Fabr. p. 685 ſq.

3. *Philippides,* Athenienſis, poeta, circ. Olymp. CX. Fragmenta tragoediarum collecta dederunt *Morelius, Hertelius* et *Grotius.*

4. *Hecataeus,* Abderita, philoſophus et hiſtoricus, comes Alexandri M. Scripſiſſe dicitur de hiſtoria et antiquitatibus ſacris veterum Hebraeorum, et ea, quae tradidit, ex Iudaeorum narrationibus hauſiſſe. Tria fragmenta ſeruauit *Joſephus,* quartum vero ex Demetrii Phalerei epiſtola ad Ptolemaeum de libris Iudaeorum deſcribendis *Ariſteas* in hiſtoria LXX. interpretum dedit. Illum autem librum ab Helleniſtis antiquitus confictum eſſe, Scaliger aliique, eum ſequuti, pronuntiant, et *Eichhorn* in *Allgem. Bibliothek*

der

der biblischen Literatur, part. V. nr. 3. de Hecataei Abderitae libro iudicat, auctorem histor. et antiquitatt. fuisse Iudaeum, qui personam philosophi et historici ex Alexandri aetate induisset. Contra ea *Petrus Zornius*, qui *Hecataei Abderitae Eclogas*, siue fragmenta illa cum notis *Jos. Scaligeri* suoque commentario perpetuo, gr. et lat. Altonae 1730. 8. edidit, tam in prolegomenis, quam in commentario illa fragmenta Hecataeo nostro adseruit *), pluresque suae sententiae patronos laudauit. Idem subiunxit *Hecataei Milesii*, iunioris, aetate supparis Abderitae Hecataeo, fragmentum eiusdem fere argumenti, ex Photii Bibliotheca cod. CCXLIV. de quo v. eumdem Zorn. in prolegom. p. 16 sqq.

Ab hoc Hecataeo Milesio distinguendus est alius *Hecataeus Milesius*, Herodoto vetustior, qui tempore Darii Hystaspidae primus historiam soluta oratione scripserat. V. *St. Croix* l. c. p. 3. Cl. *Frid. Creutzer* edidit: *Historicorum graecorum antiquissimorum fragmenta.* Collegit, emendavit, explicuit, ac de cuiusque scriptoris aetate, ingenio, fide commentatus est *Frid. Creutzer.* — *Hecataei Historica, itemque Charonis et Xanthi omnia.* Heidelbergae 1806. mai. 8.

5. *Alexis*, Thurius, mediae comoediae poeta, ante C. n. 334. Comoediarum 245. quas scripsit, pauca fragmenta supersunt.

6. *Autolycus*, Pitaneus, (al. Pitanaeus,) ex Aeolide, philosophus et mathematicus, floruit circa Olymp. CXIV. 3. ante C. n. 322. aut secundum *Hamberger.* in *Zuverläss. Nachrichten etc.* I. p. 297. ante C. n. 341. Eius lib. *de sphaera mobili* et libri II. *de ortu et occasu siderum inerran-*

O 2

*) Nec dissentit ab hac opinione *St. Croix* in Exam. critiq. des Historiens d'Alex. p. 556 sqq. praecipue p. 558. not. 4. edit. II.

errantium, gr. et lat. editi a *Cunrado Dasypodio* in Sphaericae doctrinae propositionibus, Argentorati 1572. 8. Conf. *Jo. Bened. Carpzouii* diatriben de Autolyco Pitaneo, Lipſ. 1744. 4.

7. *Heraclides* *), Ponticus: Athenis audiuit Platonem ac Speusippum, et a nonnullis perhibetur fuisse discipulus Aristotelis: philosophus atque historicus. Floruit circiter Olymp. CXIII. 1. ante Chr. n. 326. V. C. 426. Superest fragmentum *de politiis*, editum gr. ac lat. a *Nicol. Cragio* s. l. 1593. 4. recuſ. in Gronou. thesauro antiqq. graec. tom. VI. p. 2819. edit. Venetae: et conf. de illo libello Gronou. in praef. Haec editio basis quidem facta, sed hinc inde textus emendatus est in editione inscripta: *Heraclidae Pontici Fragmenta de rebus publicis*: edidit, e codd. ex antiquis auctoribus et ex ingenio emendauit, atque commentario perpetuo primus illustrauit Dr. *Georg. Dauid Koeler*, Rector Gymnasii Detmoldensis. Addita est versio germanica, (A. L. Volckhausenii, sed ab editore castigata.) Hal. Sax. 1804. 8. Koeler in Introduct. iudicat, fragmm. quamquam non omnino in eo ordine, aut potius in ea confusione, vti nunc leguntur, ab ipso Heraclide profecta, sed ex eius deperditis scriptis ab ignoto quodam homine esse collecta; suspicatur tamen, Heronem, atticum oratorem, cui Suidas tom. II. p. 79. ed. Küster. Ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου ἱστοριῶν adtribuit, fragmenta, quae nos habemus, collegisse. Idem ibid. §. XVIII. sqq. Heraclidem ab opprobriis quorumdam vett. et *Meinersii* in *Geschichte der Wissenschaft. in Griechenl. und Rom*, tom. I. p. 206 sqq. quodammodo

*) Multi vero *Heraclidae* occurrunt in antiquitate. De *Heraclidis* Heracleensi, Erythraeo et Tarentino, medicis cell. v. *Kurt Sprengel Beyträge zur Geschichte der Medicin*, tom. I. part. 2. Hal. Sax. 1795. 8. nr. 3.

do defendere ſtudet; neque tamen negat vitia et argumenti et compoſitionis in ſuperſtitibus fragmm. Ipſe habuit varia ſubſidia, atque Heyne ei partim proprias ſuppeditauit obſeruatt. criticas, partim varias lectt. decem priorum fragmm. a Perizonio ex II. codd. Leid. olim excerptas. — A *Diamantio Corayo* editus eſt Πρόδρομος ἑλληνικῆς βιβλιοθήκης, περιέχων Κλαυδίου Αἰλιανοῦ τὴν ποικίλην ἱϛορίαν, Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ, Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ τὰ σωζόμενα — Pariſ. 1805. mai. 8. Vide *Beckii* Acta Seminarii regii etc. Lipſienſ. vol. I. p. 461 ſqq. — Noſtro quoque a quibusdam valde improbabiliter tribuuntur *Allegoriae Homericae*, contra ea a *Fabricio* in B. Gr. I. p. 193 ſq. (vbi plura adſcripſi,) Bruckero aliisque *Heraclito*, multo iuniori. *Heraclidi* quoque noſtro liber περὶ ἀπίϛων a Galeo perperam adſignatur. *Allegoriae* autem iſtae ſunt editae graece ab Aldo cum fabulis Aeſopi et Gabriae, p. 86. Venet. 1505. fol. — gr. et lat. per *Conr. Geſner.* Baſil. 1545. 8. — inter *Thom. Gale* opuſcula mythol. Amſterd. 1688. 8. — Separatim gr. et lat. *Allegoriae Homericae, quae ſub Heraclidis nomine feruntur,* cum Conr. Geſneri verſione latina editae a *Nic. Schow.* Acced. eiusd. commentatio critica in Stoicorum et Grammaticorum allegorias Homericas, vna cum adnotatione critica in lectionem libelli. Praemiſſa epiſtola *C. G. Heynii* ad auctorem. Gottingae 1782. min. 8. *) *Wernsdorf* in comment. *Allegoria Homerica, Raptus Aurorae, explicata,* in Stoſchii Muſeo critico, vol. I. faſc. 3. p. 286 ſqq. locum *Heraclidis*, vbi verſus Homer. Odyſſ. V. 121. ſ. raptus Aurorae allegorice explicatur,

---

*) *Schow* in commentat. p. 242. has allegorias, negat, referri poſſe ad Heraclidem noſtrum, praeſertim quod in illis laudantur ſcriptores ſeriores: et cenſet, nec de auctore libelli, nec de eius aetate quicquam poſſe conſtitui.

catur, illustravit. Egregia est commentatio *C. B. Hasii*, inserta *Bredowii* Epistolis Parisiensibus p. 243 sqq., *de quibusdam locis Allegoriarum Homericarum, quae sub Heraclidis nomine feruntur: adduntur correctiones Heraclidis e Villoisoni Scholiis Venetis ad Iliadem.*

8. *Crates*, Thebanus, Diogenis, Cynici, discipulus, floruit circ. Olymp. CXIII. ante C. n. 325. Facultatibus, quas insignes a patre relictas habuit, sponte abiectis, durissimam delegit paupertatem, suo baculo et pera contentus: semper hilaris, decori negligens, contumelias atque irrisiones aliorum aequo animo tulit. Hipparchiam vero cynicae vitae duxit sociam. Ex tragoediis, quas, nisi alius est Crates, scripsit, superest vnum fragmentum, quod Grotius dedit in Excerpt. e tragicis graecis p. 450. Epistolae XIV. quae sub eius nomine circumferuntur, neque vero habentur genuinae, sunt in Aldina et Cuiaciana epistolarum graecar. collectionibus.

9. *Leonidas*, Tarentinus, sed propter bellum Tarentinum, patria relicta, vagus errasse videtur. Floruit circa Olymp. CXXVI. ante C. n. 276. Ingenium quidem elucet ex eius, quae supersunt, et Meleager iam coronae suae intexuerat, centum epigrammatibus, sed eius poesis et recessit ab antiqua simplicitate, et in rebus leuibus est occupata. — Ab hoc diuersus est *Leonidas Alexandrinus*, qui vixit Neronis et seqq. imperatorum temporibus ab anno V. C. 812. ferme vsque 880. seu a. Chr. 59—127. itidem epigrammatum, (XLIII. hodie leguntur,) parens, poeta non omnino quidem spernendus, sed saepe frigidus et obscurus. Vtriusque epigrammata leguntur in Anthologia gr. et in *Brunckii* Analect. vett. poet. gr., prioris quidem in tom. I. p. 220 sqq. posterioris autem in tom. II. p. 190 sqq. Separatim: *Vtriusque Leonidae carmina cum argumentis, varietate lectionis, scholiis et*

com-

commentario edidit Albert. Christian. Meineke, Lipſ. 1791. min. 8. Conf. *Reiske* in Notitia poetar. antholog. (ſubiuncta eius Anthologiae gr. a Conſtantino Cephala conditae,) p. 228 ſqq. — *Poeſeos Leonidae Tarentini ſpecimen*, (n. epigramma in Anadyomenen,) — *graece edidit notisque illuſtrauit Car. Dau. Ilgen*, Lipſ. x785. 8. et docte copioſeque diſſerit de Leonida, eius ingenio, virtutibus vitiisque poeticis.

10. *Theophraſtus*, Ereſius, probabiliter natus Olymp. XCVII. 1. ante C. n. 392. diſcipulus Platonis atque Ariſtotelis, et a priore vbertatem atque elegantiam orationis, a poſteriore autem amorem hiſtoriae naturalis et ſubtilitatem accepiſſe et didiciſſe videtur. Vir fuit multae variaeque eruditionis, acutus philoſophus, inſignis philologus, ſuauis orator. Hinc propter eloquentiam ab Ariſtotele primum dictus eſt *Euphraſtus*, deinde *Theophraſtus* *), quum vero nomine *Tyrtamus* adpellaretur. Ariſtoteli, a quo tamen interdum diſceſſit, defuncto a. Olymp. CXIV. 2. ante C. n. 321. V. C. 431. ſucceſſit in Peripato, et tanto docuit plauſu, vt bis mille diſcipuli ad eum audiendum confluerent; quamuis ei haud deeſſent obtrectatores. Anno quidem Olymp. CXVIII. 2. coactus erat vi legis, a Sophocle, Amphiclidae filio, latae, cum reliquis philoſophis cedere Athenis; ſed an. ſequenti rediit, et Athenienſibus ita fuit iucundus, vt omnis fere populus funus eius, circ. Olymp. CXXIII. 1. **) denati, pedibus proſeque-

*) Quam tamen nominis originem redolere fabulam contendit *Heumann* in Actis philoſoph. part. XVII. p. 671 ſqq. vbi a p. 661. vitam Theophraſti perſequitur.

**) Diutiſſime quidem vixit; at quot annos natus vita deceſſerit, de ea re certant viri docti. *Diogenes* enim *Laertius* libr. V. 4. eum, prodit, mortuum eſſe, quum annos vixiſſet LXXXV. In praefatione autem ad characteres ipſe Theophraſtus

ſequeretur. Multa ſcripſit: quae ſuperſunt, ea ſunt maximam partem phyſici argumenti, quorum nonnulla integra ſunt, nonnulla mutila; plura interierunt. Hic memorare ſufficiat 1) Hiſtoriae plantarum libros X. ſed decimi libri initium tantum ſupereſt; 2) de cauſſis plantarum libros VIII. horum tamen duo poſteriores perierunt *); 3) de lapidibus; 4) de ventis; 5) de ſignis pluuiarum, ventorum, tempeſtatis et ſerenitatis; 6) de igni libros duo; 7) de odoribus; 8) de ſudoribus excerpta; 9) de vertigine etc. denique Characteres aut notationes morum, qui tamen libellus, attica vrbanitate, tamquam ſale, conditus, in quo Theophraſtus mores peruerſos et ſtultitiam ſuae aetatis tam apte dilucideque, ab omni loquacitate minutiisque enarrandis prudenter alienus, deſcripſit, vt in plurimis, tamquam in ſpeculo, omnis aetas ſua vitia ineptiasque conſpicere poſſet, videtur pars eſſe maioris operis, ex eoque ab eius diſcipulis aut ſerioribus grammaticis diuerſis temporibus notationes illae morum atticorum excerptae et ſubinde in compendium redactae. (Conf. *Schneider* in praef. ad ipſius editionem p. XXV ſq.) **) De eius

phraſtus teſtatur, ſe, quum illos ſcriberet, annorum fuiſſe XCIX. Hinc interpretes ad illa loca aliique VV. DD. in alia omnia transierunt. Sed *Car. Gottlob Sonntag* in epiſtola gratulatoria in prooemium characterum Theophraſti, Lipſ. 1787. 4. ex multis argumentis acute commonſtrat, totum illud prooemium eſſe ſpurium, neque ex eo argumentum contra Diogenis Laertii teſtimonium poſſe de aetate Theophraſti deduci.

*) De hiſtoria plantarum et cauſſis plantarum, qui libri valde mendoſi ad nos peruenerunt, docte agit *Sprengel* in hiſtoria rei herbariae, Amſtel. 1807. (1808.) mai. 8. tom. II.

**) Conf. *Einige Bemerkungen über die Manier des griech. Weltweiſen Theophraſt in der Schilderung ſittlicher Charaktere von J. J. Naſt*, Stuttgard. 1791. 4. *Wieland* in: *Attiſches Muſeum*, tom. I. faſc. III. in Introduct. ad

eius libris physici argumenti v. *Halleri* biblioth. anatom. tom. I. p. 51 sq. in primis biblioth. botan. tom. I. p. 31 sqq. — Princeps edit. est *Aldina* cum scriptis Aristotelicis, Venet. 1497. fol. gr. In secundo vol. accesserunt ibidem 1498. Theophrasti historia plantarum libri sex, *Theodoro Gaza* interprete. Illa ed. quae fere repetita cum Aristol. Opp. est in tomo VI. Venet. ap. Aldi filios, 1552. 8. cura Jo. Baptistae Camotii, est fundus reliquarum omnium; quam *Oporinus* variis lectionibus et coniecturis auxit in edit. Opp. Theophr. Basil. 1541. fol. et ex exemplo Cratandreo characteres quindecim inseruit *); *Heinsius* in edit. partim ex ingenio, partim e libris emendata, gr. et lat. Lugd. Batau. 1613. II. tom. fol. correxit **), et *Bodaeus a Stapel* in edit. Theophr. de historia plantarum libri X. gr. cum Gazae interpretat. lat. commentariis notisque et iconibus variarum plantarum, ligno incisis, Amstel. 1644. fol. suis, et Scaligeri, Roberti Constantini Salmasiique coniecturis cumulauit. — Oporiniana edit. seruata est in edit. gr. et lat. interpretibus *Dan. Furlano* et *Adr. Turnebo*. Acc. liber de innato spiritu, Aristoteli adtributus, et commentarii *Dan. Furlani*, Cretensis, Hanou. typis Wechel. 1605. fol. in qua ex Camotii edit. Opp. Aristot. partis sextae Venet.

---

ad suam Theophr. charact. versionem german. cum notis philologicis et critic. p. 73 sqq. Continuata est versio in tom. II. fasc. II. p. 1 sqq. et a *J. J. Hottingero* in: *Neues Attisches Museum*, tom. I. fasc. II. p. 1 sqq. ac fasc. III. p. 1 sqq. in tom. II. fasc. I. p. 1 sqq. et fasc. II. p. 91 sqq.

*) Quibusdam exemplaribus praemissa est epistola *Joachimi Camerarii:* hinc in Cat. bibl. Pinell. tom. III. p. 109. sic indicatur illa edit. *Theophrasti Opp. a Joachimo Camerario*, gr. — aliis autem exemplaribus praefixa est praefatio *Hieron. Gemusaei.*

**) *Reinesius* exemplari suo, in bibl. Cizensi nunc seruato, libr. de plantis, caussis herb. et lapidibus multas adscripserat adnotatt. et varr. lectiones.

Venet. ap. Aldi filios 1552. 8. accesserunt octo characteres. Hos reliquis adiunctos reddidit *Henr. Stephanus* in editione sua quorumdam *Aristotelis* et *Theophrasti* scriptorum, gr. 1557. 8. — *Jo. Jac. Paul. Moldenhawer* in libro, inscripto: Tentamen in historiam plantarum Theophrasti, Hamburgi 1791. mai. 8. dedit tria priora capp. gr. et lat. cum copiosis notis criticis et botanicis, et praemisit indicem editionum, versionum et commentatorum. — *Librum de lapidibus* gr. et lat. cum breuibus adnotatt. praemisit *Jo. Laet* libris suis de gemmis et lapidibus, Lugd. Bat. 1647. 8. — *Jo. Hill* textum restituit, et lacunas suppleuit in edit. gr. cum versione anglica et obss. criticis ac physicis, Londin. 1746. 8. — auct. addito indice graeco 1774. 8. Priorem Hillii editionem reddidit germanice versam cum textu graeco *Alb. Henr. Baumgärtner*, Norimbergae 1770. 8. — Prior etiam Hillii versio gallice versa, sed sine textu graeco prodiit Paris. 1754. 8. min. — *Theophr. Abhandlung von den Steinarten; aus dem Griechischen übersetzt und mit Anmerkung. begleitet von D. Schmieder*, Freyberg. 1807. 8. — Libelli, *Characteres* inscripti, edd. sunt adeo multae, vt breuis potiorum tantum atque recentiorum commemoratio h. l. possit exhiberi. *) Princeps edit. XV. priorum characterum est *Bilibaldi Pircameri, (Pirckheymher,)* Patricii Noribergensis, cum eius interpretatione, Norembergae per Jo. Petreium, 1527. 8. et in Pirckheymheri Opp. Francof. 1610. Repetita est, locis nonnullis immutatis, Basil. in offic. *Andr. Cratandri* 1531. 8. gr. et lat. atque ab aliis. De *Camotii*, qui primus octo alios characteres inseruit,

*) *Fischerus* in praef. ad edit. suam contexuit praeclaram et locupletem illorum historiam criticam: quem sequutus est, aliaque bene addidit *Amadutius* in prolegomenis.

ruit, et *Stephani*, (qui vero quaedam omisit consulto; alia correxit, alia deprauauit,) edd. paullo ante diximus. Tertiam classem duxit *Isaac. Casaubonus,* qui nouam ex codd. et editt., at caute, instituit recensionem, latinam versionem addidit et doctum subiecit commentarium, Lugd. 1592. 8. (alia exempla sunt signata a. 1593.) iterum 1599. at emendatius, adiectis ex cod. Palatino quinque characteribus; tertium 1612. quae editio saepius repetita est. Verum editor, qui Brunsuici 1659. 8. tertiam Casauboni editionem reddidit, Casauboni coniecturas in textum recepit, illius commentarium mutilauit, saepius interpolauit inscite, loca vero veterum scriptorum diligentius indicauit. — *Frid. Morellus* in constituendo textu gr. Stephanum ita sequutus est, vt non solum coniecturas vel proprias vel alienas collocaret in margine, sed nonnullas quoque in textum reciperet, cum notis breuibus, ac latina Politiani in XV. prioribus characteribus et sua in octo posterioribus versione, Paris. 1583. 4. — A lectionibus Casaubonianis et ab reliquis superioribus editionibus discessit, e cod. MS. varias excerpsit lectt. suasque illis passim immiscuit coniecturas *Thomas Gale,* qui Theophr. characteres inseruit Opusculis mythologicis, physicis et ethicis, gr. et lat. Cantabrig. 1671. 8. — rec. ita, vt nonnumquam hoc exemplum diffideat a priore, Amstel. 1688. mai. 8. — Textum Casaubonianum, multis locis, non raro inconsiderate, mutauit, et ope nouem codd. msst. adiutus *Needham* nouam dedit recensionem, aliaque addidit. Inscripta est nitida editio: *Theophrasti characteres ethici,* gr. et lat. cum notis et emendatt. Isaaci Casauboni et aliorum. Accedunt *Jacobi Duporti* praelectiones iam primum editae. Graeca cum vetustissimis MSS. collata recensuit et notas adiecit *Pet. Needham.* Cantabrig. 1712. m. 8. — Casauboni recensionem reddidit in textu immu-

immutatam, cum eiusd. verſione latina, *Cornel. de Pauw*, notasque addidit, in quibus et ſuas easque multas coniecturas aliaque protulit, Vltraiecti Batau. 1737. 8. — Audacius verſatus eſt in concinnando textu, quem tamen docte beneque explicuit, *Jo. Conrad. Schwarz*, qui edidit *Theophraſti characteres morum*, cum noua verſione latina, ineditis Aug. Buchneri notis, ſupplementis, item varr. lectt. MS. et commentationibus ſuis, Coburgi 1739. 4. — Ex rec. Needhami, gr. et lat. a *Frid. Gotthilf Freytag*, Lipſ. 1726 et 1751. 8. — item Tiguri in Eclogis, 1749. 8. cum Needhami notis contractis et interpolatis. — Glasguae 1743. 12. ib. 1758. 12. — Characteres ethici cum Epicteti Enchiridio, Cebetis tabula et Prodici Hercule, cur. *Joſ. Simpſon*, gr. et lat. Oxon. 1739. 1740. Londini 1744. 1758. 1762. 8. — cum Epicteti Enchir. et Cebetis tab. Glasguae 1748. 1758. 12. — Graece cum verſione italica, variis lectt. IV. codd. Florentin. notisque *Leon. del Riccio*; Florent. 1761 et 1762. tom. IV. in 12. — A moderato ſobrioque critices vſu, a diligentia in colligendis et examinandis librorum tam ſcriptorum, quam editorum variis lectionibus, a grammatica curataque interpretatione tam in notis, quam in vberrimo indice laudanda eſt editio *Jo. Frid. Fiſcheri*, acc. commentar. Iſ. Caſauboni. Coburgi 1763. mai. 8. graece. — In vſum ſcholarum graece editi ſunt *Theophr. Characteres* a *Ge. Chriſtph. Bremero*, Magdeburg. 1773. 8. — cum indice Fiſcheri contracto, 1779. 8. — a *J. G. Chr. Neide*, cum indice germanico, Magdeb. 1781. 8. — Dresdae 1788. 8. — a *Jo. Frid. Leonh. Menzel*, cum adnotatt. et indice, Baruth. 1789. 8. — ab *Henr. Guil. Rotermundt*, cum germanicis notis et indice graeco - germanico, Hamburg. 1791. 8. — pariter a *Jo. Dan. Büchling*, Halae Sax. 1792. 8. (qui etiam edidit verſionem

ſionem characterum germanicam, ſubiectis animaduerſſ. ibid. 1791. 8.) — a *L. Sahl,* gr. et lat. cum notis, Hauniae 1802. 8. et cum nouo tituli folio ap. alium librarium, ib. 1807. 8. — a D. *Jo. Andr. Sixt,* graece, Altdorf. et Norimberg. 1802. 8. — Graece et hiſpanice a *D. Ignano Lopez de Ayola,* Madrit. 1787. 8. — *Jo. Chriſtph. Amadutius* primus edidit *Characterum ethicorum Theophraſti Ereſii capita duo* (n. XXIX. et XXX.) *hactenus anecdota* *), *quae ex cod. MS. Vaticano ſaeculi XI. graece edidit, latine vertit, praefatione* (longa de illo cod. de editt. verſionibus etc.) *et adnotatt. illuſtrauit,* Parmae (ap. Bodon.) ex regio typographeo. 1786. mai. 4. Sed iuſtam diligentiam fidemque in hac alioqui ſplendida editione haud omnino probauit Siebenkeeſio, (qui aetatem illius cod. adſignat ſaeculo XIV.) inprimis Schneidero. Prior illum codicem etiam verſans ex eo plures, in his illos duo, deſcripſit characteres protulitque in libello, a Siebenkeeſio maximam partem in lucem emiſſo et poſt mortem illius demum a Götzio profligato: *Anecdota graeca e praeſtantiſſimis italicarum bibliothecar. codicibus deſcripſit Jo. Philipp. Siebenkees, edidit et praefatus eſt Jo. Ad. Götz,* Norimberg. 1798. 8. Atque *Götz* ibid. eodemque anno cum additamentis anecdotis edidit omnes Theophr. Characteres, et lectionis varietatem adiecit. Praeterea duo illa capp. anecdota typis repetita ſunt in Annalibus litterar. Helmſtad. a. 1787. m. Aug. p. 140. — in Continuazione delle Novelle Lett. di Firenze 1787. nr. 21. et ex his ſubiuncta a *Chriſti. Dan. Beckio* Inſtitutionis philologicae monogrammatibus Lipſ. 1787. 8. — a *Jac. Henrico Naſtio* editioni characterum, (*Theophr.*

*) Quae tamen a viris quibusdam doctis inter ſpuria referuntur.

(Theophr. Sittengemählde für höhere Lehranſtalten aufs neue bearbeitet,) quae quodammodo noua eſt graeci textus recenſio, cum animaduerſſ. criticis atque exegeticis, et indice graecogermanico, Stuttgard. 1791. 8. graece. *) — a *Coray* in ed. Characterum, gr. cum verſione gallica, et notis hiſtoricis, litterariis, biographicis atque criticis variisque lectt. etc. et prolegg. de vita ſcriptisque Theophraſti, Pariſ. l'an VII. (1799.) mai. 8. et a *Jo. Gottlob Schneider*, qui vir doct. bis edidit triginta characteres, at mutato eorum vulgari ordine; et primum ex noua recenſione atque eruditis ſtipati adnotationibus comparuerunt *Theophr. Characteres* — graece ex librorum ſcriptorum copiis et fide interpolati et aucti, virorumque doctorum coniecturis correcti, Jenae 1799. 8. Calci adhaeret Auctarium animaduerſionum ex comparata Helueti *Hottingeri* interpretatione ſubnatarum **), et praemiſſa eſt critica praefatio, in qua recenſet editt. ac Msst. characterum, iudicat de ipſis characteribus et de editt. operaque Amadutii (de cuius editione anecdotorum copioſe diſſerit,) atque Siebenkeeſii. — Tum curauit editionem minorem in vſum ſtudioſae iuventutis, indiculo nominum et vocabulorum auctam. Jenae 1800. 8. — In linguam *germanicam* quoque transtulit, notasque et quosdam ipſe characteres adiecit *C. Rommel.* Lipſ. 1809. 8. (ſed a cenſoribus multa culpantur, et Hottingeri interpretatio praefertur,) et antea *Gottfr. Ephr. Müller*, Dresdae et Lipſ. 1737. mai. 8. — *Vollbeding*, Lipſ. 1783. — *C. G. Sonntag*, Rigae 1790.

---

*) Idem *Naſt* ſcripſit progr. de conſilio et methodo Theophraſti in ſuis notationibus pingendis, Stuttgard. 1791. 4.

**) Idem foras dedit Auctarium alterum animaduerſſ. et correctionum, praecipue ex edit. Pariſ. 1799. auctore *D. Coray*. Jenae 1800. 8. — *Hottingeri* verſio german. cum animaduerſſ. repetita dicitur eſſe Monach. 1811. 8.

1790. 8. cum vita Theophraſti et animaduerſſ. philoſophicis. — *Gallicae* verſiones ſunt plures: inprimis probauit ſtudium ſuum *Jo. de la Bruyère*, qui charact. Theophr. non ſolum gallice vertit, ſed etiam alios imitatione expreſſos addidit, cedit tamen grata breuitate, et naturali pulcritudine Theophraſto, (avec les caractères ou les moeurs de ce ſiècle,) Pariſ. 1696. 12. Plus vicies repetita eſt editio: recentiſſimae ſunt Amſtel. 1743. II. tom. 8. Pariſ. 1764. 4. Dresdae 1755. 8. II. voll. 1769. 8. II. voll. — plenior eſt et melior, Pariſ. 1802. 12. aut min. 8. cum additionibus notisque *J. G. Schweighäuſer*. Eſt tertius tomus characterum de la Bruyère. Additi ſunt charact. Theophr. poſt Bruyer. detecti, et VII. alii ex Ariſtotele, Lycone, ex libro ad Herennium, et ex Chryſoſtomo. Germanice verſa eſt a *Kieslingio*, Lipſiae 1754. 8. Bruyerii verſio cum eiusdem characteribus. — Theophr. characteres ſunt quoque *gallice* verſi a *Levesque* cum Menandri ſententiis moralibus, Pariſ. 1782. 12. et in Collection des moraliſtes anciens, Pariſ. ap. Didot. 1783. 12. — cum notis vitaque Theophraſti per *M. B. de B.* (probabiliter Bélin de Ballu,) Pariſ. 1790. mai. 8. — *anglice* ab *Euſtach. Budgell*, Londin. 1713. 8. 1714. 1715. 12. (cuius interpretatio valde laudatur.) — ab *Henr. Gally* cum notis, Londini 1725. 8. — *Reiske* in Animaduerſion. ad graecos auctores vol. I. Lipſiae 1757. 8. — *Chriſti. Adolph. Klotz* in Animaduerſſ. in Theophraſti Characteres, Jenae 1761. 8. — *Frid. Ferd. Drück über Theophraſts fünfte Charakterſchilderung*, in eius *Kleineren Schriften*, collectis a *Car. Phil. Conz*, tom. II. Tubing. 1811. 8. p. 312 ſqq. aliique varia ratione et fortuna loca et capp. Theophr. emendare aut explicare ſuſtinuerunt.

11. *Ariſtoxenus*, diſcipulus Ariſtotelis, Tarentinus, primarius rei muſicae ſcriptor. Eius

elemen-

elementorum harmonicorum (ἁρμονικῶν ϛοιχείων) libros III. primus vulgauit *Jo. Meursius* cum aliis scriptoribus musices, Lugd. Bat. 1616. 4. *) tum multo emendatius cum noua sua versione notisque *Marcus Meibomius* gr. et lat. in Antiquae musicae auctoribus VII. Amstelod. 1652. 4. in priore volumine. — *Aristidis* oratio aduersus Leptinem; *Libanii* declamatio pro Socrate; *Aristoxeni Rhythmicorum elementorum fragmenta* [duo, prius p. 267 sqq. posterius p. 292 sqq.] ex bibliotheca Veneta D. Marci nunc primum edit. *Jac. Morellius.* Venetiis 1785. 8. — Conf. *Guil. Leon. Mahne* diatrib. de Aristoxeno, philosopho peripatetico, [praecipue de eius scriptis, horum mentione a veteribus facta et fragmentis,] Amstel. 1793. 8. rec. in Thesauro critico nouo, tom. I. Lips. 1802. 8. p. 1—172.

12. *Dicaearchus*, Siculus, Aristotelis discipulus, philosophus, poeta et geographus. Multa scripsit, de quibus *Hagerus* in *Geographisch. Büchersaal*, tom. III. p. 422. est copiosus, et Dicaearchi aetatem refert ad an. ante C. n. 318. et Olymp. CXV. Add. *Mongitor* in bibl. Sicula, tom. I. p. 152 sq. Sed restant pauca fragmenta poematis geographici, versibus iambicis, inscripti Ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος, et Βίου Ἑλλάδος, siue *de vita siue statu Geaeciae*, quae post H. Stephanum et Hoeschelium inseruit et auxit fragmento de monte Pelio *Hudson* in Geographiae veteris scriptoribus graecis minor. Oxon. 1703. 8. et praemisit *H. Dodwelli* diss. de Dicaearcho eiusque fragmentis. Vid. *Bredowii* Epistolas Parisienses p. 4. 14. 30.

13. *Phi-*

*) In biblioth. Citzensi seruatur exemplum, ad cuius oram Thom. Reinesius multas olim manu scripserat adnotationes.

13. *Philemon maior* *), Solis ſiue Pompeiopoli, Ciliciae oppido, natus, floruit circa Olymp. CXIV. 3. ante C. n. 320. V. C. 432. nouae comoediae parens exſtinctus in ſumma aetate: v. *Corſinum* in Faſtis atticis, tom. IV. p. 47. et 89. qui mortem illius refert ad Olymp. CXXIX. 3. ſiue annum tertium primi Punici belli.

Menander, Athenienſis, ſuppar Philemoni, et aliquantum eo iunior, natus Olymp. CIX. 3. denatus CXXI. 4. ſec. alios CXXII. 3. auctor melioris nouae comoediae celeberrimus, et Theophraſti diſcipulus. Philemonem et ingenio, orationis copia ſuauitateque et morum comicorum cura vicit. Euripidem ſaepe imitatus eſt, et eum Terentius, ita vt hic a Julio Caeſare *dimidiatus Menander* diceretur. E multis vtriusque, et *Philemonis* et *Menandri*, comoediis pauca reſtant fragmenta, collecta ab *Henr. Stephano*, *Guil. Morello*, inprimis ab *Hertelio* in Bibl. veter. com., a *Grotio* in Excerptis e vet. com. gr. p. 708 ſqq. et ab *Rad. Winterton* in Poetis gr. min. p. 486 ſqq. — Pleniſſima eſt editio: *Menandri et Philemonis reliquiae*, quotquot reperiri potuerunt; gr. et lat. cum notis *Hug. Grotii* et *Jo. Clerici*, qui etiam nouam omnium verſionem adornauit, indicesque adiecit. Amſtel. 1709. 8. Haec editio tragoedias excitauit. Nam *Bentleius*, (falſo adſumto nomine,) doctum ſcripſit libellum: *Emendatt.*

*) Ab hoc diuerſi fuerunt *Philemon* iunior, filius maioris, itidem comicus poeta, cuius forſan ſunt nonnullae comoediae, quae patri eius tribui ſolent; et *Philemon*, grammaticus, Athenienſis, qui ſcripſit de atticis nominibus et gloſſis, atque de omnigenis oraculis. Conf. de tribus Philemonibus *Mongitorem* in B. Sicula, tom. II. p. 164 ſqq. vbi Philemonem maiorem Syracuſanum fuiſſe contendit.

datt. in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Jo. Clerici, vbi multa Grotii et aliorum, plurima vero Clerici errata castigantur, auctore *Phileleuthero Lipsiensi*, cum praef. Burmanni I. Traiecti ad Rh. 1710. m. 8. rec. Cantabrig. 1714. 8. Quod autem Bentleius quasdam culpauit mutationes in Stephani de Dodone fragmento a *Jac. Gronouio* factas, hic contra eum itemque contra Clericum libellum, acriter acerbeque scriptum, emisit, omissa veri sui nominis mentione: *Infamia emendationum in Menandri reliquias nuper editarum Traiecti ad Rh. auctore Phileleuthero Lipsiensi: acced. responsio M. Lucilii Profuturi ad epistolam C. Veratii Philellenis, quae exstat in Bibl. Choisf.* parte IX. Lugd. Bat. 1710. 12. — Clerici tamen partes, at inuita Minerua, suscepit *Jo. Corn. de Pauw*, falso nomine adsumto, in virulento libro: *Philargyrii Cantabrigiensis emendatt. in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Jo. Clerici: vbi quaedam Grotii et aliorum, plurima vero Phileleutheri Lipsiensis errata castigantur. Cum praef. Jo. Clerici. Acced. Antonii Mariae Saluinii — annotata in Menandri et Philemonis Reliquias.* Amstel. 1711. mai. 8. — *Philemonis* et *Menandri* sententias integras et emendatas dedit *Brunck* in Gnomicis poetis graecis, Argentorati 1784. 8. p. 189 sqq. notisque criticis p. 334. illustrauit. — *Menandri* γνώμας μονοστίχους e Codd. subiunxit *Jo. Gottl. Schneider* nouae editioni fabularum Aesopearum, quae prodiit Vratislav. 1812. min. 8.

14. De *Apollodoro*, Geloo, e Gela, Siciliae vrbe, Comico, Menandri aequali, aliisque *Apollodoris*, poetis comicis, v. *Fabricii* B. Gr. II. libr. II. cap. 22., (in ampla comicorum deperditorum notitia,) p. 419—422.

15. *Eu-*

15. *Euhemerus* cuias fuerit, non ſatis compertum exploratumque habemus. Namque Meſſanenſem eum fuiſſe, multi et veteres et recentiores, quibus adſtipulatur *Saxius* in Onom. liter. I. p. 87 ſq. (quem conſules,) ſtatuunt apud *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. I. p. 189 ſq. Alii apud eumdem *Mongitor.* eum fuiſſe Coeum tradunt, alii aliter ſentiunt: isque multus eſt de Euhemero, eius patria, aetate, (quam incidiſſe putat in Olymp. CXVII. regnante in Macedonia Caſſandro, cui fuiſſe dicitur iucundiſſimus, aliis, eum floruiſſe Olymp. CXX. aut CXIV. arbitrantibus,) de eius itineribus, auctoritate, et diuerſis variorum de eo iudiciis atque narrationibus, nec non de eius *libris ſacrae religionis*, ſ. *hiſtoria deorum*, quam contexuit ex titulis et inſcriptionibus ſacris, quae in templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphylii, (vt ait *Lactantius* de falſa relig. libr. I. cap. 11. §. 33. add. ib. cap. 13. fin. et 14. et de ira cap. 11. §. 8.) In illis libris, quorum vero fragmenta tantum ab *Ennio* verſa ſuperſunt, quia ſuperſtitionem atque religiones deorumque cultum irriſit, (aut potius originem deorum et religioſae ſuperſtitionis detexit,) a veteribus idolorum cultoribus hoſtis omnis pietatis ac religionis acerrimus, et atheorum princeps habitus eſt: a quo tamen crimine alii eum defenderunt. V. *Hier. Columnam* ad fragmm. Ennii p. 212. ed. Wetſten. aliosque alibi laudaui. Incertum vero eſt, num illa hiſtoria oratione ſoluta ſcripta fuerit, an carmine: poſterius tamen ad verum propius accedere videtur *Voſſio* de poëtis gr. cap. 8. p. 59. *Laur. Craſſo* in Iſtoria de Poeti greci etc. Neapoli 1678. fol. p. 209 ſq. *Mongitori* ac *Saxio* ll. citt. — De *Euhemero* medico, et num hic ab *Euhemero* Meſſanenſi fuerit diuerſus, v. *Fabric.* B. Gr. vol. XIII. in elencho vett. medicor. p. 156.

16. *Dinarchus*, Corinthius gente, sed ab adolescentia Athenis versatus, Theophrastum sectatus est: orator dein Atheniensis, ingenio tamen atque eloquentia Isocrati, Demostheni et reliquis multum cedit; atque post fata Hyperidis ac Demosthenis famam nominis demum est consequutus, et orationibus, quas aliis scripsit, opes sibi collegit. Floruit circ. Olymp. CXV. 2. ante C. n. 317. V. C. 435. Ad nostram aetatem peruenerunt tres orationes, editae in collectionibus or. graec. Aldina, Stephan. Gruteriana, et curatius a *J. Jac. Reiskio* in vol. IV. Orator. graecor. cum eius et Hieron. Wolfii adnotatt. in vol. autem VIII. alia addidit *Reiske*. Conf. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum p. 88. et 126.

17. *Demetrius Phalereus*, Theophrasti discipulus, philosophus et orator Atheniensis, qui eam sibi pararat nominis famam, vt Olymp. CXV. 3. ante Ch. n. 316. V. C. 436. a Cassandro, Macedonum rege, Atheniensi ciuitati praeficeretur. Decem quidem annos solus rempublicam cum laude et honore CCCLX statuarum moderatus est; sed, mortuo rege, Demetrii Poliorcetae viribus inferior Athenis fugit in Aegyptum: vbi a Ptolemaeo Sotere honorificentissime exceptus est, et ad leges nouas componendas adhibitus. (v. *Corn. Nepot.* XIX. 3, 1. ibique Staueren et in maiore II. ed. p. 558. et in minore, a me iterum repetita auctaque, p. 384 sq.) Enimuero num Musei Alexandrini et bibliothecae regiae curandaeque versionis graecae bibliorum Hebraeorum, (vulgo τῶν LXX.) fuerit auctor, in eo dissentiunt viri docti. A Ptolemaeo Philadelpho, Ptolemaei Soteros filio, illi infenso, post patris obitum omnibus honoribus priuatus et in prouinciam quamdam relegatus, misere vixit, et tandem aspidis morsu interiit. Quae scripsit, ea temporis iniuria absumsit. Liber autem περὶ ἑρμηνείας, *de elo-*

eloquutione, ſub falſo huius Demetrii nomine exſtare, a viris doctis abunde demonſtratum eſt: et ſunt, qui cenſeant, librum illum vtilem elegantemque *Demetrio* cuidam *Alexandrino*, ſub imp. Marco Antonino, eſſe adſcribendum. Editus eſt primum ab *Aldo* gr. in Rhetor. graecis, Venet. 1508. fol. tum a *Victorio* bis, primum Florent. ex offic. Juntae, gr. 1552. 8. dein vna cum eius verſione atque inſignibus commentariis, ita tamen, vt a lectionibus primi exempli graecis hinc inde discreparet, ib. 1562. fol. — repet. gr. et lat. cum commentario, ibid. ap. Juntas 1594. fol. — Ex priore potiſſimum edit. Victor. gr. apud Morell. qui vſus eſt antiquo cod. Pariſ. 1555. 8. et Argentor. 1556. 8. — Ex ſecundo Victor. exemplo, quibusdam tamen correctis, cum quorumdam paeanibus ſcoliisque, gr. editus a *Joanne Caſelio*, Roſtoch. 1583. 8. — cum verſione lat. *Stanislai Ilouii*, addita praefatione Victorii, cuius editio eſt baſis, ſubiunctisque lectionibus ex ed. Morelliana, Baſil. 1557. 8. — a *Galeo* in Rhetoribus ſelectis, cum notis, Oxon. 1676. 8. gr. et lat. — Poſtea Demetrius ſeparatim editus: Galeani exempli textus gr. ſed paſſim emendatior, cum verſione Victorii lat. Glasguae, 1743. 8. — Poſthaec renouata eſt a *Fiſchero* Galei collectio, ita inſcripta: *Rhetores ſelecti, Demetrius Phalereus, Tiberius Rhetor, anonymus Sophiſta, Seuerus Alexandrinus. Demetrium emendauit: reliquos e MSS. edidit, et latine vertit: omnes notis illuſtrauit Tho. Galeus. Iterum edidit, varietatemque lectionis Aldinae adiecit Joh. Frider. Fiſcherus.* Lipſ. 1773. mai. 8. Fiſcherus et in praefat. de Demetrio atque ſuperioribus edd. intelligenter disputauit et ſub finem adiecit Indicem capitum Demetrii et ceterorum atque libelli Demetrii varietatem lectionis Aldinae, Victorianae, Caſelianae et Glasguenſis, interſperſis ſuis

suis et Schneideri animaduersionibus criticis. *) — Nouissima et critica est editio: *Demetrii* de elocutione liber: curauit *Jo. Gottlob Schneider.* **) Altenburg. 1779. 8. — De *Vulcanii* emendatt. et not. ad Demetrium Phaler. et coniectur. in illum vid. Burgess. Museum litterar. Oxon. 1792. 8. p. 3.

18. *Euclides,* qua patria, incertum est. Alii enim putarunt, eum fuisse Aegyptium, et fortasse Alexandrinum; alii, quos sequitur *Mongitor* ***), eum, arbitrati sunt, fuisse Siculum, Geloum; alii aliter sunt opinati. Sed eorum argumenta parum valida esse, alii VV. DD. recte iudicarunt. Certius autem est, eum Alexandriae disciplinas mathematicas summa cum laude docuisse, scriptisque, quae hodienum magni aestimantur, illustrasse. Floruit circ. Olymp. CXVIII. 1. ante C. n. 306. V. C. 446. Insignis acutusque mathematicus, homo vt splendidissimi, ita quoque comis et mitissimi ingenii et aequus alienorum laborum iudex. Multa scripsisse dicitur. †) In his eminent *Elementa matheseos purae,* libri XV. quorum codd. editiones, versionesque sunt paene innumerae, at libri XIV. et XV. Hypsicli Alexandrino tribuuntur. Commentati sunt in illos etiam antiquiores, Proclus philosophus ac Theon Alexandrinus, qui sub

---

*) Conf. censuram, lectu dignam, in Philolog. Bibliotheca, tom. II. part. 3. p. 250 sqq. et part. 5. p. 390 sqq. Gottingae 1773. 8.

**) Conf. eiusd. V. D. de nupera Demetrii de elocutione editione admonitio ad lectores, in Volborthi Biblioth. Philolog. vol. II. Lips. 1780. 8. p. 197 sqq.

***) In Bibl. Sicula, tom. I. p. 185 sqq. qui multos iam excitat, eorumque diuersas de aetate patriaque Euclidis sententias, itemque libros illius multasque eorum editt. recenset.

†) *Scheibel* in *Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniss,* vol. I. p. 1—59. Breslau. 1769. 8. plenum editt. versionum et aliorum, ad Euclidem pertinentium scriptorum catalogum confecit, et in parte V. p. 473 sqq. dedit supplementa et correctiones. — rec. ib. 1781. 8.

ſub imp. Theodoſio M. floruit, et multi recentiores. Demonſtrationes tamen, quae vulgo vocantur Theonis, Euclidis ipſius, a Theone tantum recenſitae, atque interdum auctae, harum rerum peritis eſſe videntur. — 2) *Data* ſiue theoremata geometrica XCV. vna cum praefat. Marini philoſophi, Neapolitani; 3) *Phaenomena*, ſiue principia aſtronomiae etc. Num vero alia, quae ſub Euclidis nomine circumferuntur, n. *Iſagoge harmonica, Sectio canonis muſici, Elementa optica et catoptrica*, et *de diuiſionibus ſuperficierum*, et fragmentum *de leui et ponderoſo*, reuera mathematicum noſtrum habuerint parentem, a quibusdam vel in dubium vocatur, vel omnino negatur. Praeter *Fabric.* B. Gr. vol. III. libr. III. cap. 19. p. 44 ſqq. v. *Fr. Wilh. Aug. Murhard Litteratur der mathematiſchen Wiſſenſchaften*, tom. II. Lipſ. 1798. mai. 8. p. 1 - 48. etc. — Omnium Euclidis operum editiones ſunt paucae. Opp. gr. cum *Theonis* expoſitione, cura *Simon. Grynaei*, Baſil. 1530. fol. — gr. cum ſcholiis graecis, ibid. 1539. fol. — gr. et lat. per *Conrad. Daſypodium*, item *Heronis*, Alexandrini, vocc. geometrica, antehac numquam edita, Argentorati 1571. 8. Daſypod. antea ab a. 1557. plures Euclidis libros ſeparatim iam ediderat. Poſt longum temporis interuallum in lucem prodierunt *Euclidis quae ſuperſunt, omnia. Ex recenſione Dauidis Gregorii*, gr. et lat. Oxon. 1703. fol. Fide multorum Msst. emendatiora atque auctiora cum Sauilii caſtigationibus prodierunt, atque Hudſon in expoliendis graecis editioneque a vitiis typographicis liberanda multum auxilii adtulit. Eo plures *Elementorum* editiones atque interpretationes e prelis exierunt. Princeps et rariſſima editio: *Praeclariſſimum opus elementorum Euclidis perſpicaciſſimi in artem Geometrie* etc. in calce: *opus elementorum Euclidis*

dis megarensis *in geometria arte*. *In id quoque Campani — commentationes — Erhardus ratdoldt*, Augustensis impressor solertissimus. Venetiis 1482. fol. Opus refert libros Elementorum XV. e versione Jo. Campani, Nouariensis Lombardi, qui illos ex versione arabica in latinam linguam transtulit. *) — rec. Vlmae ap. Jo. Regerum, 1486. 4. et Vicentiae per Magistrum Leonard. de Basilea et Guil. de Papia socios, 1491. fol. — Εὐκλείδου στοιχείων βιβλία ιέ. — elementorum libri XV. ex *Theonis* colloquiis εἰς τοῦ αὐτοῦ τὸ πρῶτον, ἐξηγημάτων Πρόκλου βιβλία δ'. gr. Basil. ap. Jo. Heruag. 1533. fol. — *elementorum* libri XV. (sine demonstrationibus et figuris, curante *Angelo Caiano*,) graece. Romae 1545. 8. et 1555. 8. — *elementorum* libri VI. gr. et lat. interprete *Joachimo Camerario*, ex edit. *Joach. Rhetici*, Lipsiae 1549. 8. repet. adiectis trium priorum librorum demonstrationibus, et editis a *Maurit. Steinmetz*, gr. et lat. Lips. 1577. 8. — Iidem ad graeci contextus fidem recensiti et ad vsum tironum accommodati, (cur. *Ge. Frid. Bürmann*,) Lips. 1743. 8. 1749. 8. 1769. 8. — *Erstes Buch der Elemente des Euklides, für den ersten Unterricht in der griechischen Sprache und Mathematik, griechisch u. deutsch, mit Anmerkungen und einem Wortregister*. Vimar. 1800. 8. — Vt permultas Elementorum versiones in alias linguas omittam, recentiores germanicas interpretationes tantum commemorare iuuat. Sex priores libros germanice vertit *Jo. Frid. Lorenz*, Halae 1773. mai. 8. Postea addidit versionem libror.

---

*) Conf. *Abrah. Gotthelf Kästneri* epistola ad Cardin. Quirinum de prima, quae post inuentam typographiam prodiit, Euclidis editione, Lips. 1750. 4. *Freytag* in Analectis litterar. p. 315 sq. vbi quoque Campani et Fed. Commandini versiones lat. cum commentariis recensentur propter editt. raritatem.

bror. XI. et XII. Hal. 1781. et reliquorum VII. librorum, eod. a. et communem praefixit inſcriptionem: *Euclides Elemente; funfzehen Bücher, aus dem Griechiſchen überſetzt von J. Fr. Lorenz.* Halae Sax. 1781. 8. — auct. et correct. ib. 1795. 8. et emendat. edita eſt a D. *Car. Mollweide*, ibid. 1809. mai. 8. — *Elemente für den gegenwärtigen Zuſtand der Mathematik bearbeitet, erweitert u. fortgeſetzt von Jo. Andr. Chriſti. Michelſen;* ſect. I. Berol. 1791. 8. cum aen. tabulis. — *Elemente, das erſte bis zum ſechſten, ſammt dem elften und zwölften Buche: aufs neue aus dem Griechiſchen überſetzt von Jo. Karl Fried. Hauff.* Marburg. 1797. 8. cum figg. ligno inciſis. — *Elemente, nach Robert Simſon's lateiniſcher und engliſcher Ueberſetzung in einen Auszug gebracht, und als Anhang zu der Lorenziſchen deutſchen Ueberſetzung ſämmtlicher Elemente, verfaſst von Jo. Andr. Matthias,* Magdeburg. 1799. 8. — *Elemente, nebſt den Anfangsgründen der ebenen und ſphäriſchen Trigonometrie, aus dem Engliſchen des Robert Simſon, mit erklärenden Anmerkungen. Ueberſetzt von Matth. Reder; herausgegeben von J. H. Joſeph Nieſert,* II. tom. Paderborn. 1806. mai. 8. cum multis figg. in textu et duabus tabulis. A *Roberto* autem *Simſon* editi ſunt *Euclidis Elementorum libri priores ſex, inde vndecimus et duodecimus,* ex verſione latina *Frederici Commandini*, ſublatis iis, quibus olim libri hi a *Theone* aliisue vitiati ſunt, et quibusdam *Euclidis* demonſtrationibus reſtitutis. Glasguae 1756. 4. atque eadem in anglicam linguam conuerſa, additis *Euclidis Datis*, anglice etiam, iisque correctis. Glasguae 1756. 4. 1762. 8. et Edinburg. 1767. 8. cui tertiae editioni ſunt adnexa Trigonometriae planae ac ſphaericae elementa. — Sex priores, et XI. ac XII. libros

libros in linguam gallicam transtulit *Frid. de Caſtillon.* Berol. 1767. et 1777. 8. — *Euclidis Data* — *Claudius Hardy* — *graece* nunc primum edidit, *latine* vertit ſcholiisque illuſtrauit. Adiectus eſt *Marini* philoſophi commentarius, gr. et lat. quo *Dati* natura, *Datorumque Euclideorum* vtilitates explicantur. Lutet. Pariſ. 1625. 4. — rec. ib. 1695. 4. — *Euclidis rudimenta muſices. Eiusd. ſectio regulae harmonicae,* — *gr. et lat.* excuſa, c. *Jo. Pena.* Pariſ. 1557. 4. — *Eucl. introductio harmonica et ſectio canonis muſici,* gr. *M. Meibomius* vertit ac notis explicauit in Antiq. muſicae auctoribus VII. Amſtel. 1652. 4. — *Optica et Catoptrica,* gr. et latine reddita per *Jo. Penam.* Pariſ. ap. Andr. Wechel. 1557. 4. — Omiſſis multis maioris minorisue molis libris, in quibus Euclidea explicantur aut illuſtrantur, memorabo Varias lectiones et ſupplementa *Procli* commentariorum in primum Euclidis, excerpta ex cod. Voſſ. Leid. in *Burgeſs* Muſei Oxonienſ. litterar. conſpect. p. 31 ſqq. et p. 44 ſqq. ſupplementum textus Baſilienſis ex cod. Bodlei. Barocc. 161. — M. *Andreae Neubig* diſſ. II. Vindiciae Euclidis, Erlang. 1811. 8.

Cum *Euclide* mathematico paſſim confunditur *Euclides Megarenſis,* omnino diuerſus, philoſophus Socraticus, ſectae Megaricae ſiue Eriſiicae conditor: de quo vide *Diogen. Laert.* libr. II. ſect. 106 ſqq. ibique Menagium.

19. *Simmias,* Rhodius, vixit ante Olymp. CXX. ſecund. *Saxium* Onom. I. p. 91. circ. Olymp. CXVIII. 1. ante C. n. 306. V. C. 446. Praeter epigrammata quaedam habemus adhuc ludicra poematia luſusque ingenii verſuumque, qui ita conſtituti ſunt, vt aliud poemation oui, aliud alarum, aliud ſecuris, aliud arae (quod vero ab aliis *Doſiadae,* Simmiae vel aequali vel ſuppari, tribuitur,) formam repraeſentaret. Adhaerent quibusdam

busdam Theocriti editionibus, e. gr. *Zach. Calliergi*, et aliis veteribus, fed fub nomine Theocriti; at fub *Simmiae* nomine edit. minori H. Stephani, gr. et lat. cum notis, 1579. 12. Heinfii, Wintertoni aliorumque, tum epigrammata, tum poematia illa ludicra. — *Claudii Salmafii* ad Dofiadae aras, Simmiae Rhodii ouum, alas, fecurim, Theocriti fiftulam notae, cum textu gr. et cum Salmafii explicatione duarum infcriptt. Herodis Attici Rhet. et Regillae, Parif. 1619. 4. — in *Tho. Crenii* Mufeo philol. hiftorico II. Lugd. Bat. 1700. 8. — rec. in *Poleni* nouis fupplement. vtriusque thefauri antiquitat. rom. et graec. vol. II. Venet. 1737. fol. col. 685 fqq. — *Brunck* in Analectis poet. gr. tom. I. p. 204 fqq. repofuit *Simmiae* epigramm. quatuor, tum alas, ouum et fecurim, ac p. 412 fq. *Dofiadae* duas aras; in tom. II. p. 525. dedit aliud Simmiae epigramma; in tom. III. p. 38 fqq. illuftrat illa; epigramma autem fecundum, duce cod. Vatic., adferit *Simmiae Thebano*, Socratis auditori, et ex cod. Vatic. fcholia graeca in poëmatia ludicra publici iuris fecit. — *Alas*, fiue poëmation binas alas referens, germanice vertit, vna cum *Mofchi* amore fugitiuo, et explicuit *Car. Gottlob Sonntag* in libello: *Zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur*, fafc. I. Rigae 1790. 8. p. 28 fqq.

20. *Diphilus*, eiusdem fere aetatis, Sinopenfis, nouae Comoediae poëta. Fragmenta eius reperiuntur in Morellii, Hertelii et Hug. Grotii collectionibus. *Wieland* in: *Attifch. Mufeum* tom. III. fafc. 1. p. 4 fq. germanice et metrice vertit carmen *Machonis*, quo Diphilum perftringit, ex Athenaeo libr. XIII. p. 579 fq. atque p. 28. de *Machone* eiusque Χρείαις quaedam adnotat.

21. *Noffis*, Locrenfis, poetria, circ. Olymp. CXVI. aut circ. Olymp. CXIV. vti *Bentlei* oftendere ftuduit in Apologia pro diff. de epiftolis Phala-

Phalaridis ex interpret. lat. Lennepii, subiuncta eius edit. Phalarid. epistoll. p. 198 sq., vbi Bentlei duo epigrammata Nossidis antea inedita in lucem profert. Duodecim illius epigrammata edidit explicuitque *Jo. Christi. Wolf* in Poetriarum octo— fragmentis, gr. et lat. p. 82 sqq. vbi consules p. 169 sq. *Olearii* subiunctam diss. de poetriis gr. §. LIII. Eadem epigramm. sed alio ordine exhibuit *Brunck* in Analect. vett. poetar. graec. tom. I. p. 194 sq. coll. tom. III. p. 36 sq.

22. *Megasthenes*, historicus, et Seleuci Nicatoris ad Indos legatus. Floruit circ. Olymp. CXIX. 3. ante C. n. 300. et V. C. 452. *Historiae Indiae* pauca fragmenta sunt seruata. v. *St. Croix* in Examen des Historiens d'Alexandre-Le-Grand, ed. II. p. 733 sqq. et p. 742. — Contra *Megasthenis*, (falso Metasthenis,) Persae, opusculum de iudicio temporum et annalium Persarum, cum Beroso et aliis a Jo. Annio Viterbiensi editum, est suppofititium.

23. *Epicurus*, Atheniensis, ex oppido, cui Gargetti nomen fuit, ortus, lucem adspexit Olymp. CIX. $\frac{3}{4}$. ante C. n. 342. aut, secundum *Warnekros* in libro mox citando, d. 11. Febr. a. C. n. 341. et floruit circ. Olymp. CXX. 4. ante C. n. 295. V. C. 457. Colonia ab Atheniensibus in Samum deducta, eo cum parentibus translatus, et a patre, Neocle, qui ludimagistri onus suscipere paupertatis subleuandae caussa cogebatur, primis litteris institutus est, et adolescentiam partim Sami, partim Teii exegit. Athenas a. XVIII. aetatis delatus, philosophos adiit. Postea versatus est Colophone, Mytilenae, vbi primum instituit scholam, et Lampsaci: denique anno aetatis 36. aut 37. Athenas reuertit; vbi quum per aliquod tempus commoratus esset, hortum peramoenum in vrbe ipsa comparauit sibi, scholas aperuit, et cum familiaribus, quos habuit multos,

multos, vsque ad Olymp. CXXVII. 2. quo aetatis anno 72. obiit, in magna auctoritate mansit. Ex variorum quidem philosophorum scholis librisque plura delibauit dogmata; quae tamen ita immutauit, et partim coniunxit, partim seclusit, nouisque auxit commentis, vt, arrogantia et superbia motus, omnia ex suo ingenio hausisse putaret, nouamque sectam conderet. In doctrina de deo, eius cura prouida, ortuque harum rerum, de dialectica aliisque rebus a Zenone eiusque adseclis valde dissensit, et in voluptate animi quieteque finem bonorum summamque felicitatem posuit, ipseque vitam egit sobriam. Quare, inprimis quia alios spreuit et deinceps multi eius adseclae impuri ac flagitiosi dogma Epicuri de voluptate male interpretando de voluptate corporis intelligebant, omnes prauas cupiditates sectabantur, ideoque iure audiebant de grege Epicuri porci, factum est, vt Epicurus inuidia odioque multorum flagraret, eiusque philosophia sectaque valde infamarentur. Tamen cum ab antiquioribus, tum maxime a recentioribus est defensus, atque a renatis litteris haud pauci exstiterunt, qui in vtramque partem disputarent. Ad vindices Epicureae philosophiae pertinet *de Coustures* (nomen quidem suum subscripsit epistolae nuncupatoriae,) in libello: La Morale d'Epicure, avec des reflexions. Paris 1686. 12. — Add. praeter Fabricium *Heumannum* in Actis philosophic. tom. II. part. X. nr. 9. p. 637 sqq. Ex eius scriptis, quorum olim vltra trecenta volumina exstitisse dicuntur, teste *Diogene Laertio* X. 26. (vbi v. interpretes,) nihil aetatem tulit praeter fragmenta quaedam hinc inde dispersa, et ea, quae *Diog. Laertius* l. c. seruauit. *Hayterus* Anglus fertur inter volumina Herculanensia reperisse deperditum opus *de natura*, aut operis librum vnum, cui etiam nonnulla insunt de astro-

nomia.

nomia. — *Librum* autem *Laertii X.* gr. et lat. de Epicuro separatim edidit ex sua recensione et cum varietate lectionis, suisque notis, *Epicuri epistolam ad Herodotum*, atque commentation. *de finibus philosophiae Epicuri* adiecit *Car. Nürnberger*, Noribergae 1791. 8. Censor tamen in ephem. litterar. Gottingens. a. 1792. nr. 56. m. April. p. 566 sqq. dubitare videtur, Epicuri epistolas esse genuinas; et conf. *Ignat. Rossium* in Commentatt. Laertianis, Romae 1788. m. 8. §. 90 sqq. p. 252 sqq. — Paucorum scripta de Epicuro h. l. memorabo. *Petri Gassendi* de vita, moribus et doctrina Epicuri, Lugd. 1647. 4. rec. Hagae Comit. 1656. 4. — Eiusd. animaduerss. in Diogen. Laert. libr. X. de Epicuro, Lugd. 1649. fol. III. voll. Eiusd. syntagma philosophiae Epicuri, Hagae Com. 1659. 4. Londini 1668. 12. Amstel. 1684. Eiusd. opera iunctim edita, VI tom. Lugd. 1658. fol. et Florent. 1729. curante *Nicol. Aueranio*. Contra Gassendi expositionem et coniecturas aliquoties disputat *Rossius* l. c. *Brucker* in historia critica philos. tom. I. p. 1229 sqq. tom. II. p. 64 sqq. tom. IV. part. I. p. 503 sqq. et in Addendis s. tom. VI. p. 331 sqq. *Garve* in animaduerss. ad *Fergusoni* doctrinam de moribus p. 387 sqq. — Ab aliorum iniuriis et conuiciis post alios adnixi sunt Epicurum vindicare *Franc. Anton. Zimmermann*, (qui fere nimius videtur in Epicuro laudando,) in diss. Vita et doctrina Epicuri examinata, Heidelberg. 1785. 4. et *H. E. Warnekros*, qui itidem Epicuri vitam, doctrinam, discipulos, amicos librosque persequitur, in libr. *Apologie und Leben Epicurs*, Gryphiae 1795. m. 8.

24. *Posidippus*, Cassandreus, nouae comoediae poeta, qui triennio post Menandri obitum fabulas cum laude docuit, floruitque circ. a. Olymp. CXXII. 3. ante C. n. 288. et V. C. 464. Fragmenta

gmenta quaedam collecta ſunt ab H. Stephano, Hertelio et Grotio. Quatuor Poſidippi ſententias e *Stob.* tit. XIV. et XCIX. *Brunck* in Gnomicis poetis gr. p. 201. reddidit, p. 219. latine vertit, et p. 341 ſq. in notis locum quemdam emendauit atque illuſtrauit.

25. *Anyte*, Tegeatis, poetria celebris, circ. a. Olymp. CXX. ſec. *Olearium* in diſſ. de poetriis graecis nr. VI. (qui plura ſcripſit de illa;) aut ſec. *Hamberger.* in *Zuverläſſ. Nachrichten etc.* tom. I. p. 315. ante C. n. 301. Epigrammata XIV. collegit *Vrſinus* in Carminibus IX. illuſtrium foeminar. p. 56 ſq. XXV. autem *Jo. Chriſti. Wolf* in Poetriarum octo fragmm. Hamburgi 1734. 4. gr. et lat. ſubiunctis notis, p. 92 ſqq. Contra *Brunck* in Anal. poet. gr. tom. I. p. 197 ſqq. gr. repoſuit XXIII. epigramm. et tom. III. p. 37 ſq. criticas quasdam adſperſit animaduerſſ. Conf. *Reiske* in Notitia poetar. anthologicor. p. 192 ſqq. qui etiam coniicit, duas forſan fuiſſe poetrias cognomine Anytas, alteram *Tegeatidem* multo antiquiorem, et alteram *Mitylenaeam.*

26. *Zeno*, Citii, vrbe maritima in inſula Cypro, natus Olymp. CIV. 3. et aetate grauis vel fame vel laqueo vitam finiuiſſe dicitur Olymp. CXXIX. vel CXXX. Floruit autem circ. Olymp. CXXV. 2. ante C. n. 277. V. C. 475. Lectione librorum, inprimis Socraticorum, quos pater, mercator, filio Athenis reportarat, tanto philoſophiae captus eſt amore, vt annos XXX vel XXXI natus Athenas proficiſceretur ad viſendos audiendosque philoſophos. Nulli vero illorum ſe mancipauit, et nouam philoſophandi rationem, eamque ſeueram atque ingenio ſuo auſtero et graui vitaeque ſobriae et temperanti aptam, ſibi excogitauit, et poſtea in porticu celeberrima, *Stoa*, etiam *Poecile* dicta, copiam ſui fecit diſcipulis, qui multi fuerunt, et prius *Zenonii*, poſtea, vti dein-

deinceps eius ſectatores, quorum copia eſt inſignis, *Stoici* vocabantur. Hinc Zeno dicitur auctor philoſophiae ſcholaeque *Stoicae:* quae etiam nonnullis Ictis romanis mire placuit; ſed ſuas habuit viciſſitudines. Namque cum is ipſe, aetate prouectus, quaedam mutauit placita, tum maxime eius ſectatores deinceps ab opinionibus dogmatibusque ſui magiſtri interdum deſciuerunt. De ipſo Zenone eiusque ſcriptis, quae autem perierunt, de eius ſecta, et Stoicis philoſophis, praeter Fabric. Bruckerum aliosque hiſtoriae philoſoph. ſcriptores hic tantum commemorandi ſunt: *Dieter. Tiedemann* in *Syſtem der ſtoiſchen Philoſophie*, Lipſ. 1776. 8. III. part. qui tamen curatius ſagaciusque explanauit philoſophiam Zenonis, quam vocant theoreticam ſ. ſpeculatiuam, (omiſit igitur philoſophiam, quae dicitur practica ſ. moralis), in *Geiſt der ſpekulativen Philoſophie,* tom. II. Marburg. 1791. 8. p. 427 ſqq. — *Gurlitt* in *Abriſs der Geſchichte der Philoſophie* p. 12 ſqq. — *Ge. P. Hollenberg* de praecipuis ſtoicae philoſophiae doctoribus et patronis apud Romanos. Vpſal. 1793. 4.

27. De *Pleiade* poetarum (ſeptem) v. *Fabric.* B. Gr. II. p. 317 ſq. vbi et in Introduct. I. p. 508. quosdam alios VV. DD. laudaui. Addatur perdoctus libellus, *Aug. Ferdin. Naekii Schedae Criticae,* Halis Saxon. 1812. 4.

28. *Lycophron,* Chalcide ortus, clarus temporibus Ptolemaei Philadelphi, circ. ante C. n. 284. Grammaticus et tragicus poëta, vnus e Pleiade. Scripſerat tragoedias et libros de comoediis; ſed ſupereſt tantum eius drama, carmen iambicum, *Caſſandra* ſiue *Alexandra,* in qua Caſſandram prophetiſſam, more ſtiloque oraculorum loquentem, et res Troianas prophetico dicendi genere nuntiantem induxit, digreſſiones mythologicas atque eruditionis ſpeciem venatus et valde

valde audax fuit. Hinc poeta eſt valde obſcurus et difficillimus. Commentatus eſt in id carmen *Iſaacus* cum fratre *Joanne*. Princeps editio eſt *Aldina*, gr. cum Pindaro, Callimacho et Dionyſii Periegeſi, Venet. 1513. 8. — Graece, cum comment. *Iſaaci Tzetzis*: acced. Jo. Tzetzis variarum hiſtoriarum liber, verſibus politicis ab eodem gr. conſcriptus, et latine verſus a *Paulo Laciſio*. Baſil. ex offic. Jo. Oporini, 1546. fol. — Graece, cum duplici verſione latina, vna ad verbum a *Guil. Cantero*, altera carmine expreſſa per *Joſ. Scaliger.* cum *Canteri* adnotatt. (breuibus quidem, ſed eruditis,) Baſil. ap. Jo. Oporin. et Petrum Pernam, 1566. 4. et ap. Commelin. 1596. 8. — cum amplo commentario *Meurſii*, et emendatiore Joſ. Scaligeri verſione, Lugd. Batau. 1597. 8. et 1599. 8. — cum *Iſaaci Tzetzis* commentariis emendatioribus. Adiunctae ſunt verſio lat. Canteri eiusdemque adnotatt. nec non epitome Caſſandrae graeco-latina, carmine anacreontico per Gul. Canterum. Geneuae, exc. Paul. Stephanus, 1601. 4. — gr. cum verſione lat. *Guil. Canteri*, in Corpore poetarum etc. Geneuae, 1614. fol. tom. II. p. 138 ſqq. — *Alexandra*, gr. cum graecis *Iſ. Tzetzis* commentariis: acced. verſiones, variantes lectt. emendationes, adnotatt. et indices, cura et opera *Jo. Potteri.* Oxon. 1697. fol. In hac pleniſſima et ſplendida editione, cuius baſis eſt Canteriana, textum ſequuntur Joſ. Scaligeri verſio metrica, a Jo. Meurſio emendata, atque indices, et hos excipiunt Canteri adnotatt. tum epitome Caſſandrae gr. lat. verſibus anacreontiis conſcripta per Guil. Canterum, dein Meurſii ac Potteri commentarii. — Rec. ita, vt tam Tzetzae, quam Potteri commentarii hinc inde locupletiores prodirent et emendatiores, ib. 1702. fol. — Vtilis atque commoda, collatis aliquot codd. veteribusque exemplaribus, eſt editio

inscripta: *Lycophronis Chalcid. Alexandra siue Cassandra*, cum versione et commentario Guil. Canteri, paraphrasin, notas, indicem graecum, e scholiis auctum, adiecit ac praefatus est *Henr. Godofr. Reichardus.* Lips. 1788. 8. In praefat. largiter sagaciterque aperit fontes obscuritatis Lycophroneae. Calci adhaeret: *Nachahmung von Lycophron's Cassandra* etc. imitatio poetica. — Amplissima recentissimaque editio nouaque recensio est: *Lycophr. Chalcid. Cassandra*, obscurum poema, ope XVI. codd. MSS. sanioribus subinde lectionibus restitutum, fideliori interpretatione *) exornatum, et accurata paraphrasi explicatum: cum *Isaaci vel potius Johannis Tzetzae* commentario: ex postrema Oxoniensi ed. ad fidem XIII. exemplarium bis mille ferme in locis emendato, notabiliter aucto, latine reddito et illustrato: acced. fragmenta vndique collecta, variantes lectt. emendatt. et indices necessarii, studio et impensis *Leopoldi Sebastiani.* Romae 1803. m. 4. **)

29. *Theocritus*, bucolicorum poetarum princeps, Syracusanus: floruit circa Olymp. CXXV. ante C. n. 269. aut secundum Simson. in chronico p. 1123. et 1126. ante C. n. 275. temporibus Ptolemaeorum Lagidae eiusque filii Philadelphi, et iucundus fuit Hieroni iuniori, regi Syracusarum: poeta suauis et ob naturalem pulcritudinem

---

*) Versionem enim Canterianam Sebastiani grauiter improbauit et Tzetzae commentarios vindicauit ab Canteri aliorumque iudiciis in praefatione.

**) Codicum notitiae, quam ad Fabric. III. p. 750 sqq. dedi, adde, MS. cod. Lycophronis cum scholiis Tzetzae egregium, necdum collatum, exstare in bibliotheca Cizensi, quem valde laudauit, curate descripsit, et ex eo varietatem lection. primum in Lycophr. Alexandra, tum in comment. Tzetzae, collata edit. Sebastian. excerpsit, addito suo iudicio, *Chr. Gottfr. Müller* in progr. singulari, sine Notitiae et recensionis codd. MSS. qui in bibl. episcopatus Numburgo-Cizensis asseruantur, particula tertia, Lipsiae 1809. 8. et de edit. Tzetzae v. infra §. 128.

dinem ac simplicitatem vel Virgilio in *idylliis*, numero triginta, quae quidem hodie sub eius nomine exstant, praeferri solet. Quaedam tamen alium habuisse auctorem videntur: neque omnia Theocriti idyllia, in dialecto dorica recentiore vt plurimum scripta, sunt carmina vere bucolica, quae rus redolent, nec mores Theocriti sunt secundum aetatem nostram vbiuis diiudicandi. Praeterea exstant XXII. epigrammata et ludicrum poëma, *Syrinx*, cuius versus ita sunt positi, vt Panis tibia repraesentaretur. Princeps editio et rarissima est *Mediolanensis* a. 1493. fol. quae continet *Orationes Isocratis*, *XVIII Eidyllia Theocriti* et *Hesiodi O. et D.* — Haec facta est mater edd. Aldinae et Callierg. sed accessionibus auctarum. *Aldus* autem *Manutius* edidit *Theocriti eclogas* XXX. (quibus vero intermiscuit quaedam carmina, quae Moscho et Bioni postea rectius sunt restituta,) vna cum Catonis Distichis, ex gr. metaphrasi Planudis, et cum Theognide, aureis carminibus Pythagorae, Phocylide, carminibus Sibyllae Erythraeae, Hesiodo et variis sententiis graecis. Venet. 1495. fol. Duo diuersa exemplaria, quae in quibusd. inuicem discrepant, eiusdem autem editionis, reperta sunt, quia Aldus in aliquibus exemplaribus, post editum librum nondum diuenditis, folia nonnulla, quia vel erant vitiosa, vel meliores ille lectiones in codice quodam aut edit. Mediolanensi deprehendebat, resecuit et alia correctiora in eorum locum rite suffecit. — Egregias praebet lectiones edit. a Musuro ex codd., forte e bibl. Medicea, emendata, *Theocriti castigatissima omnia*, Florent. in aedibus Phil. Juntae, 1515. 8. et continet XXX. Eidyllia velut Theocriti, (inter quae tamen sunt nonnulla Bionis et Moschi,) epigrammata quaedam, Fistulam, Alas et Securim. — Alterutrum Aldinum exemplar *Zacharias Calliergus*, Cretensis, Romae

 1516.

1516. 8. ita sequutus est et repetiit, vt multas quidem Aldi mendas siue beneficio ingenii siue ope codd. Vatican. tolleret, at haud paucos quoque induceret errores, dein primus scholia, e variis codd. collecta in XVIII. idyllia prima, et itidem primus argumenta siue ὑποθέσεις in XVII prima idyllia e codd. vulgaret, denique Idyllia sex, n. XXIV—XXIX. cum Syringe et lusibus poeticis, (qui vero non sunt Theocriti, sed *Simmiae Rhodii*,) Securi, Alis et Ara, atque epigrammata nouemdecim adderet. — Reliqui editores vsque ad H. Stephanum ita sequuti sunt siue Aldinum siue Callierg. exemplum, vt quaedam vitia vel corrigerent, vel negligentia aut incuria cum sua, tum maxime operarum augerent. Memorabiles sunt edd. *Theocriti Idyllia*, gr. Lowani, ap. Theodor. Mart. Alostens. 1520. et 1528. 4. — Basileae apud Andr. Cratandrum, 1530. 8. — inprimis: Idyllia XXXVI. epigrammata XIX. Bipennis et Ala, curante *Joach. Camerario*, qui margini hinc inde adspersit emendatt. aut versui breues notas subiecit; tum fini idyllii 24. versus triginta et sex, et totidem initio sequentis idyllii adiecit, carmen denique in Adonin esse Bionis, et idyll. in Bionem esse Moschi carmen, iam iudicauit, Haganoae 1530. 8. per Jo. Secerium, addita versione latina, ibid. eodemque anno, quae peculiarem habet inscriptionem: *Theocriti Syracus. idyllia* XXXVI. *latino carmine reddita, Helio Eobano Hesso interprete.* — gr. cum scholiis graecis, curante *Hieron. Gemusaeo*, Basil. per hered. Andr. Cratandri, 1541. 8. — Alias edd. Theocriti et versionis metricae Hel. Eobani Hessi refert *Clement* in Biblioth. curieuse histor. et crit. tom. VIII. p. 51 sq. in not. — Edit. *Veneta* ex offic. Farrea, 1543. 8. est mendosa: de qua aliisque plura alibi scripsi. — *Theocr. Eidyllia* XXXVI. et *Pindari* Argonautica, cum expoſi-

poſitione grammatica de ore *Mich. Neandri* excepta, ſine loci nota (Lipſ.) 1596. 8. (Neandri praef. ſcripta eſt Ilfeldae 1592.) — Nouam editionum familiam duxit *Henr. Stephanus*, qui ordinem Aldinum mutauit, Moſchi et Bionis carmina a Theocriteis ſeiunxit, multa ex edd. aut de coniectura, nec tamen ſemper feliciter, correxit aliaque addidit primum in *Principibus poetis gr. heroici carminis*, Pariſ. 1566. fol. part. II. p. 183 ſqq. graece: tum nouam is adtulit manum medicam quibusdam locis et plura correxit in edit. minore inſcripta: *Theocriti aliorumque poetarum idyllia: eiusd. epigrammata. Simmiae Rhodii Ouum, Alae, Securis, Fiſtula, Doſiadis Ara. Omnia cum interpretatione lat. In Virgilianas et Naſ. imitationes Theocriti Obſeruatt. H. Stephani.* Exc. H. Steph. 1579. 12. Inſunt quoque *Bionis* ac *Moſchi* idyllia gr. et lat. et variorum poetarum graecor. poëmatia ac fragmenta. — Stephani recenſionem vt plurimum reddidit *Jo. Criſpinus* in collectione *Theocriti, Moſchi* et *Bionis* aliorumque carminum, inſcripta: *Vetuſtiſſimorum authorum graecorum Georgica, Bucolica et Gnomica poemata* etc. cum notis, gr. ac lat. (Geneuae) ſ. a. 12. Additae ſunt *Iſaaci Hortiboni* (h. e. *Caſauboni*) Lectiones Theocriticae, cuius epiſtola nuncupatoria ad H. Stephan. exarata eſt a. 1584. — rec. Geneu. 1596. 12. — ib. 1639. 12. etc. Sed vberior meliorque Caſ. Lectt. Theocr. editio prodiit ex typograph. Hieron. Commelini 1596. 8. et ſeparatim et coniunctim cum edit. Theocr. ac Moſchi et Bionis, gr. lat. a *Dan. Heinſio* curata: acced. notae et emendatt. Joſ. Scaligeri, Iſ. Caſauboni, Dan. Heinſii in Theocritum, (item ſcholia gr. ſeparatim excuſa etc.) Heidelberg. in bibliop. Commelin. 1603. 8. Sed quoniam haec edit. mendis typographicis oppleta fuit; Commelin. exemplaria ſupprimenda cura-

curauit, atque Heinſius editionem *Theocriti* et reliquorum nouam, luculentiorem et locupletiorem parauit, quae gr. et lat. cum graecis in Theocritum ſcholiis, cum *Joſ. Scaligeri* et *Iſ. Caſauboni* et *Heinſii* longe vberioribus nott. ſub titulo *Theocriticarum lectionum* prodiit Heidelberg. ap. Commelin. 1604. 4. Contextus ab Heinſio conſtitutus laudatur ab his, ab aliis culpatur. Heinſianum *Theocriti* exemplum reddidit *R. Weſt*, gr. et lat. cum ſcholiis. Oxon. 1699. 8. — gr. et lat. Lond. 1739. 8. — Alias editt. *Theocriti*, Londini et Glasguae excuſas, nec non verſiones etc. anglicas recenſet *Brüggemann* in View of the Engliſh editions — of ancient Greek and Latin Authors p. 207 ſqq. et in Supplement p. 46 ſq. — Nouam concinnauit recenſionem multaque verba mutauit, vſus antiquioribus edd. excepta Mediolanenſi, cod. Lipſienſi et lectt. IV. codd. Medic. *Jo. Jac. Reiske*, gr. et lat. cum ſcholiis gr. Viennae et Lipſiae, tom. I. 1765. 4. — tom. II. qui continet integros Henr. Stephani, Joſ. Scaligeri et Iſ. Caſauboni commentarios atque copioſas doctasque Reiskii animaduerſiones et vberrimum indicem, ab Heslero confectum, ibid. 1766. 4. — Splendida, at minus commoda, editio parata eſt à *Thom. Warton*, quo nemo hucusque maiorem habuit adparatum editt. inprimis codicum, quos partim Sanctamandus in bibl. italicis, partim Warton in anglicis contulit: *Theocriti Syracuſii quae ſuperſunt, cum ſcholiis graecis auctioribus, emendatt. et animaduerſionibus in ſcholia et Joannis Toupii, gloſſis ſelectis ineditis — Acced. editoris et variorum notae perpetuae: epiſtola Jo. Toupii de Syracuſiis, eiusd. addenda in Theocritum, nec non collationes XV. codd.* etc. Oxon. I. II. tom. 1770. mai. 4. — *Jo. Toupius* adpendicem notarum in Theocritum edidit Oxon. 1772. 4. — Noua plane recenſio confecta

fecta a *L. C. Valckenario*, qui bis meruit de Theocrito: primum edidit doctisque nott. illuſtrauit: *Theocriti decem eidyllia; latinis pleraque numeris a C. A. Wetſtenio reddita — cum notis edidit, eiusdemque Adoniazuſas vberioribus adnotatt.* (theſauro gr. linguae atque antiquitatis,) *inſtruxit L. C. V.* Lugd. Bat. 1773. 8. poſtea iterum acceſſit ad contextum Theocriti emendatius cum notis mere criticis promulgandum: *Theocriti, Bionis et Moſchi* carmina bucolica, gr. et lat. Latino carmine pleraque reddita ab Eobano Heſſo, nonnulla a G. E. Higtio ſubiecit: graeca ex edd. primis, codd. et aliunde emendauit, variisque lectionibus inſtruxit *L. C. V.* Lugd. Bat. et Campis, 1779. 8. — *Brunck* paullo antea ex codd. partim, partim ex ſuo aliorumque ingenio, haud raro audacius, emendarat Theocritea, dorismum vbique induxit, et ordinem idylliorum mutauit, eaque in tres claſſes dispertiuit in Analectis veterum poetarum graecorum, Argentorati 1772. 8. tom. I. p. 263 ſqq. at quaedam in notis tom. III. p. 58. retractauit. Illius igitur recenſionem tam in textu, quam in notis Valcken. in altera ed. ſaepe quidem deſeruit, crebrius tamen ſequutus eſt. — Ego vero edidi *Theocriti* reliquias, gr. et lat. cum meis et Schreberi animaduerſionibus, Lipſiae 1780. mai. 8. — *Strothii* leviorem Theocriti edit. graece cum ſelectis ſcholiis graecis et adnotatiunculis, Gothae 1782. 8. immutauit, Strothiique nomen et magnam eius notarum ac ſcholiorum partem reſecuit, atque e recenſione Valckenarii, a quo tamen in nonnullis locis fecit diſceſſionem, edidit breuibusque notis illuſtrauit, nomine tamen ſuo non praefixo, *Jacobs* Gothae 1789. 8. et emendatius, ibid. 1808. 8. — *Selecta quaedam Theocriti Idyllia recenſuit, variorum,* (praecipue Reiskii et Wartoni et aliorum ſelectas,) *notas adiecit, ſuasque ani-*

animaduersiones partim latine, partim anglice scriptas immiscuit Thomas Edwards. Cantabrig. 1779. 8. Calci adiecit collationes codd. msstor. prouti in exemplo Warton. iacent, et duas adpendiculas, anglice scriptas. — *Theocritus, Moschus, Bion et Simmias,* gr. lat. *et Virgilii Bucolica,* lat. gr. cum adnotatt. *Eritisci Pileneii,* (cuius verum nomen est *Giuseppe Maria Pagnini,*) Parmae 1780. 4. II. tom. Prior tomus continet Theocritum graece e rec. Heinsiana, ex cuius regione est lat. versio, in infima autem ora versio italica metrica. A splendore tamen potius commendabilis est haec editio, et ea, quae gr. in vol. I. 1791. mai. 8. et cum latina *Bern. Zamagnae* versione, versibus expressa, in vol. II. 1792. prodiit Parmae ap. Bodon. — *Theocr.* gr. cum versione gallica notisque *Gail,* et versione lat. Paris. 1792. 8. aut min. 4. tom. I. II. — noua illius edit. cum figg. aeneis, Paris l'an IV. (1795.) tom. I. II. Num tom. III. qui contineret commentarios, lucem adspexerit, mihi ignotum est. *Gail* versio gallica, sed sine textu graeco et sine vers. lat. repetita est Paris. 1792. mai. 12. — Critica est vtilisque edit. cum adnotatt. a *Jo. Christi. Guil. Dahl* curata, Lips. 1804. 8. — *Theocritus, Bion et Moschus,* ad optimorum librorum fidem emendati, cum breui notatione emendationum, curauit *Godofredus Henr. Schaefer,* Lipsiae typis Caroli Tauchnitzii, 1809. 12. — *Theocriti, Bionis et Moschi Carmina,* gr. cum commentariis integris *L. C. Valckenarii* (ex duplici eius editione,) *R. F. P. Brunckii, Jo. Toupii:* (curante *L. F. Heindorfio,*) Berolin. 1810. mai. 8. vol. I. II. — *Theocriti* quae supersunt. Ex recens. *L. C. Valckenarii.* Lipsiae typis Car. Tauchnitzii 1811. fol. max. Editio splendida. — Huc etiam referri debent: *Theocriti epithalamium Helenae,* ex recens. Valckenarii, animaduersionibus illustra-

vit,

vit, et disputationem de carminibus veterum nuptialibus praemisit *Car. Guil. Siebdrat*, Lipſ. 1796. 8. — *Cantores Theocriti, Idyllium VIII.* latino verſu expreſſum: acced. ſpicilegium obſervationum, inprimis de carmine amoebaeo. *Die Feldſänger, eine Idylle, nach der achten des Theokritus:* auctore *Chr. Gottl. Wernsdorfio.* Helmſtad. 1802. 8. — *Epithalamium Helenae,* verſibus italicis, cum textu graeco et adnotatt. edidit *Angelus Theodorus Villa,* cum Colutho. Mediol. 1753. 12. — M. *Bratt*, reſpondente M. *Wallenberg,* disp. Theocriti epithalam. Helenae, verſione et notis illuſtratum, Gryphiae 1805. 4. — *Theocriti Idyllia* vel omnia, vel nonnulla tantum, ſaepius ſunt translata in alias linguas, aut paſſim illuſtrata. Hic memorare iuuat recentiores. *Germanice* igitur ſunt verſa Idyllia Theocriti cum Bione et Moſcho a *Lieberkühnio* Berol. 1757. 8. et 1767. cum introductione, quae magis, quam verſio, laudatur. — a *J. G. S. Schwabio,* cum notis, quinque idyllia cum carmine in mortuum Adonin et Moſchi in funere Bionis, Jenae 1769. 8. — a *Grillo,* (XX Idyllia,) Halberſtad. 1771. 12. — a *Car. Aug. Küttnero,* cum Bione, Moſcho et Colutho, Mitau. et Lipſ. 1772. 8. iterumque cum aliis, Altenburg. 1784. 8. — a *Comite de Stollberg,* (IX idyll.) in *Gedichten aus dem Griechiſchen,* Hamburg. 1782. alia in *Voſſii Gedichten,* ibid. 1785. 8. p. 188 ſqq. — ab ipſo *J. H. Voſſio,* cum notis, inſerta ſingulis particulis collectionis poëmatum, in *Hamburgiſch. Muſenalmanach,* 1797. 1798. 1800. — in *Genius der Zeit,* m. Jun. Altonae 1796. et in Schilleri *Horen,* part. 5. 9. et 11. — a *Comite de Finkenſtein* (XIV idyllia et VI epigrammata,) praemiſſis eruditis commentationibus de carmine bucolico et vita Theocriti, in libro inſcripto: *Arethuſa, oder die bukoliſchen Dichter des Alterthums,*

tom.

tom. I. Berol. 1789. 4. — ed. II. valde correctior et auctior; addita etiam eſt interpretatio nonnullorum Theocriteorum atque ſelectorum carminum Bionis ac Moſchi cum adnotatt.: calci ſubiecta ſunt ſupplementa ad commentat. de carmine bucolico, Berol. 1806. 8. ſ. min. 4. Compara doctam longamque cenſuram in *Neuer Leipz. L. Z.* a. 1807. nr. 96. — Idyllia et epigrammata ab *Ern. Chriſtoph. Bindemann*, cum adnotatt. Berol. 1793. 8. — *Theocrit. Bion, Moſchus*, verſibus germanicis a *J. Henr. Voſs*, Tubingae 1808. min. 8. Quaedam Theocr. idyll. ab eo ſunt paſſim germanice verſa. — In linguam *gallicam* illa converterunt *Longopetraeus* (de Longepierre) verſibus et cum notis, Pariſ. 1688. 12. — *Chabanon*, Pariſ. 1777. 8. — *Gin*, ib. 1788 ſq. II. tom. 8. — *J. L. Géoffroy*, cum adnotatt. ib. 1799. 8. — in linguam *italicam Anton. Maria Saluini*, Venet. 1718. 12. rec. 1726. 1744. — ed. II. auct. cum adnotatt. abb. *Regnier-Desmarais*, (in priora XV idyllia,) Aretii 1754. 8. — *Dominicus Regolotti*, Taurini 1729. 8. — in linguam *anglicam F. Fawkes* cum criticis obſeruatt. indice rariorum editt et *Edward. Barnaby Greene* commentatione de carmine bucolico, Londini 1767. 8. — *Rich. Polwhele Theocriti* idyllia, epigrammata et fragmm. Bionis et Moſchi idyllia et Tyrtaei elegias verſibus anglicis, atque cum diſſertat. de illis poetis et cum notis, Londini 1786. 4. et 8. et correct. additis quibusdam emendationibus, ibid. 1792. 8. II. voll. — *Thom. Warton* Oxon. 1771. 8. — Multi VV. DD. vel ſeorſim, vel ſparſim in libris ſuis Theocriti idyllia, aut loca tantum quaedam, varia ratione explicuerunt aut emendare ſtuduerunt. E multis paucos nominabo: De *Theocriti ſtylo* disp. *Jac. Gering*, praeſide Car. Frid. Pezold, Lipſ. 1710. 4. — *Lud. Caſpar Valckenarius* in epiſtola ad Matthiam

thiam Roeuerum, praemiſſa nouae editioni Virgilii collatione ſcriptorum graecor. illuſtrati opera Fuluii Vrſini, Leoward. 1747. 8. permulta Theocriti loca face critica illuſtrauit et explicuit. — *Jo. Bernhard Köhleri* notae et emendatt. in Theocritum etc. Lubecae 1767. 8. — *Jo. Nic. Niclas* ſpecimen Theocriteum, cum proluſione Jo. Mich. Heinzii, Luneburg. 1764. 8. — *Alb. Bayeri* commentarii perpetui in Theocriti Charites et Syracuſias, Erlangae 1790. 8. — *Zur Erklärung der Idyllen Theokrits von Chriſti. Wilhelm Ahlwardt*, Roſtoch. et Lipſ. 1792. 8. — Eiusd. obſeruatt. in Callimachi H. in Delum v. 223—225. et in Theocrit. IV. 11. ibid. 1798. 4. — *Conr. Ant. Moebii* progr. Obſeruatt. criticae in luſus Anacreonticos et *Theocriti* Eidyllia, Suſati 1803. 4. — *Fr. Jacobs* in Specimine emendationum in auctores veteres, Gothae 1786. 8. qui etiam acutas animaduerſiones in carmina Theocriti praemiſit ſuae Bionis et Moſchi editioni, Gothae et Amſtelod. 1795. 8. — *Eichſtädt* adumbratio quaeſtionis de carminum Theocriteorum ad genera ſua reuocatorum indole ac virtutibus, Lipſ. 1793. 4. — eiusd. Quaeſtionum philologicarum ſpecimen, (quod fere totum ſpectat locos Theocriti adfectos,) Lipſ. 1796. 4. — *Ant. Drexl*, Bauari, ſpicilegium obſeruatt. in Theocritum, in tomo IV. collectionis, inſcriptae: Biblioteca eccleſiaſtica e di varia Letteratura, Ticini 1794. 8. — *Frid. Thierſch* in diſſ. ſiue *ſpecimine editionis Sympoſii Platonis: Ineſt quaeſtio, qua Alcaeo carmen vindicatur, quod vulgo Theocriti putatur*, Gotting. 1808. 4. Carmen 29. inter Παιδικὰ Theocriti relatum et verſibus aeolicis ſcriptum ex loco quodam in ſchol. Platonis, ed. Ruhnken. p. 51. probatum it Alcaeo vindicari debere. — *Ueber Theokrit u. ſeine Idyllen*, Fragm. in *Wielandi* nouo german. Mercurio, 1796. m. Oct. ſ. part. X. p. 141.

141. — *Manso* comment. de Theocrito in: *Charaktere der vornehmsten Dichter aller Nationen* etc. vol. I. part. 1. nr. 6. Lipf. 1792. 8. Add. *Aemylii Porti* Lex. doricum etc. Francof. 1603. 8. *Sulzer Theorie der schön. Künste*, voc. *Hirtengedichte*, ibique *de Blankenburg* notit. litt. p. 454 sqq.

30. *Callimachus*, Cyrenaeus Libys, floruit secundum Saxium in Onom. litt. I. p. 99. circ. Olymp. CXXV. ante C. n. 275. V. C. 477. Alexandriae primum docuit litteras sub Ptolemaeo Philadelpho, rege Aegypt. a quo in Museum Alexandrinum accitus, atque regi illi eiusque successori Euergetae iucundus fuit. Hinc alii aetatem Callimachi referunt ad Olymp. circ. CXXXIII. an. 250. aut 247. ante C. n. Doctus fuit grammaticus et philologiae omnis peritus, nec ingenio caruit poetico, arte tamen plus valuit. Permulta tum prosa, tum carmine scripsisse fertur; sed supersunt epigrammata, VI. Hymni, nec pauca fragmenta; inter quae notanda sunt fragmm. τῶν Αἰτίων, poematis, libris IV. constantis, de caussis variarum fabularum, rituum et antiquitatum. Carmen elegiacum *de coma Berenices*, coniugis Ptolemaei Euergetae, adscripta astris a Conone Samio, mathematico, exstat ex latina metaphrasi Catulli, nr. LXVII. Princeps edit. hymnorum est *Florentina*, litteris maiusculis, graece, cum scholiis gr. sine l. et anni nota, (ante an. 1500.). Nonnullis tamen exemplis non adhaerent scholia. Latina versio *Jac. Crucii*, (probabiliter Mediolani,) sine anni, loci et typographi nota, circa a. 1500. in 4. prodiit. — *Aldina*, Venet. 1513. 8. cum Pindaro, Dionysio periegeta et Lycophrone, gr. sine scholiis, est mera Florentinae edit. repetitio, at vitiis typographicis oppleta. — Emendatior est, et lacunas nonnullas expleuit edit. *Frobeniana*, Basil. 1532. 4. cum schol. et praefat. *Sigism. Gelenii*. — repetita ad calcem Oppiani, *Paris.*

Parif. ap. Vafcofanum, gr. cum fchol. gr. et cum verfione lat. metrica H. in Dianam, auctore Franc. Florent. Sabino, 1549. 4. — Fundus reliquarum editionum eft prior *H. Stephani*, vno nouitio et interpolato cod. vfi, quae omnes expleuit lacunas, (nec tamen omnes a fufpicione νοθείας funt liberae,) gr. fine fcholiis, inter Poetas principes heroici carminis, Parif. 1566. fol. — Idem quidem contextus feruatus eft ab *H. Stephano* in pofteriore editione, Geneuae 1577. 4. fed plura acceflerunt, n. fcholia gr. verfio *Nicod. Frifchlini* profaica et poetica; item huius et H. Stephani notae, et primum epigrammata XXXIII. latinis verfibus et fragmenta quaedam. — Haec aucta funt ex Etymologico M. in nitida raraque edit. *Bonauenturae Vulcanii* gr. et lat. illo interprete, cum eiusd. adnotatt. et indice, et cum fcholiis gr. Separatim addita funt *Bionis* et *Mofchi* idyllia, gr. et totidem numeris latina reddita a Bonau. Vulcanio, cum notis eiusdem. Antwerp. ap. Chriftoph. Plantin. 1584. 12. — Epigrammata et fragmm. auxit *Anna, Tanaquil Fabri filia*, in fua Callimachi edit. cum notis, Parif. 1675. 4. — Locupletiffima eft edit. ex recenfione *Theodori*, filii J. Georgii, *Graeuii*, cum eius, Frifchlini, Vulcanii, Stephani, Bentleii, (qui fragmm. et epigramm. auxit,) aliorumque obferuatt. et doctiffimo vberrimoque *Ezech. Spanhemii* comment., Vltraiecti 1697. 8. II. voll. — quae cura *Jo. Aug. Erneffi* ad codd. editionumque fidem multo diligentius recenfita et correcta, cum eius verfione lat. notisque, additis adnotatt. Tiberii Hemfterhuf. et Ruhnkenii, repetita eft Lugd. Batau. 1761. 8. II. voll. Ernefti quoque infigniter auxit fragmm. omifit vero Frifchlini et Voëtii notas. *) — *Call.*

Hymni

*) Conf. Dav. Ruhnkenii, Lud. Cafp. Valckenaerii et aliorum ad Joh. Aug. Ernefti Epiftolae. Accedunt *Dav. Ruhnkenii*

Hymni et epigrammata, quibus accesserunt *Theognidis* carmina, nec non epigrammata CLXXVI. ex Anthologia graeca etc. cum notis (Th. Bentleii,) Londini 1741. 8. (Censor huius edit. quae recusa est ib. 1751. m. 8. in Nouis act. eruditor. a. 1745. m. Jul. p. 402 sqq. multa culpat.) — *Call. Hymni et epigrammata*, maximam partem ex interpretat. N. Frischlini et cum scholiis vett. — curante *Jo. Friedlieb Stübelio*, Lips. 1741. 8. — gr. Glasgou. 1755. fol. et m. 4. — in *Brunckii* Analect. vett. poet. graec. tom. I. p. 423 sqq. Argentor. 1772. 8. — Textum, ab Ernesti constitutum, sed sine notis, at cum indice difficiliorum vocabulor. et varr. lectt. e cod. quodam primum excerptis, recudi fecit *Christi. Frid. Loesner*. Lips. 1774. 8. — *Angelus Maria Bandinius* e Graeuiana recensione reddidit *Callim. Hymnos* gr. cum latina interpretatione *Ant. Mar. Saluinii*, versione italica, etruscis versibus subiectis, et variis ed. Lascaris lectt. atque adnotationibus, at vt plurimum non viris, sed pueris, italice scriptis: p. 235 sqq. inseruit Call. elegiam de coma Berenices, a *C. Val. Catullo* latinis versibus redditam, ab *Ant. Maria Saluinio* totidem graecis versibus expressam, subiecta interpretatione metrica italice scripta, et adiecta graeca *Josephi Scaligeri* interpretat. poetica: denique adiecit metricas aliquot lat. versiones Angeli Politiani et aliorum, atque *Callimachi epigrammata* LXIII. ex sua recensione gr. et lat. Florent. 1764. 8. — gr. Argentor. 1772. mai. 8. — Hymni gr. cum versione gallica et notis per *J. F. G. de la Porte du Theil*, Paris. 1775. 8. — noua edit. ibid. 1795. in minima forma, II. partt.

---

nii Obseruationes in Callimachum, L. C. Valckenaerii Adnotationes in Thomam Mag. et Joh. Aug. Ernesti Acroasis inedita. Ex Autographis edidit *Joh. Aug. Henr. Tittmann.* Lips. 1812. mai. 8.

partt. — Hymni et epigramm. gr. cum italica *Pagnini* verſione, Parmae typis Bodon. litteris maiuſculis in aliis exemplaribus, et in aliis minuſculis litteris, 1792. fol. et med. 4. — *Hymni et epigrr.* graece, cum verſione anglica metrica notisque *H. W. Tytler*, Londin. 1793. 4. — *Hymn. in Iouem* obſſ. philologicis illuſtrauit, ſcholiaque gr. adiecit *Jo. Ern. Linke*, Dresdae 1784. 4. — *Hymn. in Apollinem*, cum emendatt. ineditis *Lud. Caſp. Valckenarii* et interpret. *Laur. Santenii*, Lugd. Bat. 1789. mai. 8. — *Hymn. in lavacrum Palladis* gr. et verſibus italicis a *Girolamo Pompejo*, in eius Opp. italice ſcriptis, tom. II. Veronae 1790. 8. — *Callimachi elegiarum* fragmm. cum elegia Catulli Callimachea, collecta atque illuſtrata a *Lud. Caſp. Valckenaer*. Edidit, praefatione atque indicibus inſtruxit *Jo. Luzac*. Leidae 1799. m. 8. — In linguam *anglicam* transtulit Hymnos et epigrr., notasque addidit *Guil. Dodd*, Lond. 1755. 4. — in linguam *germanicam* (cum Muſaeo, Orpheo, Theocrito etc.) *Car. Aug. Küttner*, Altenburg. 1784. 8. — et *Chriſti. Guil. Ahlwardt*, Berol. 1794. 8. atque quatuor hymnos verſibus german. *Comes Chriſti. de Stollberg*, in *Gedichten aus dem Griechiſch.* Hamburg. 1782. 8. — et hymnos in Jouem atque Apollinem in: *Olla Potrida*, part. III. 1792. 8. p. 79 ſqq. — Add. *J. Jac. Reiske* Animaduerſion. ad graecos auctor. vol. V. Lipſ. 1766. 8. p. 723 ſqq. — *Jac. Frid. Henſingeri* Periculum emendationum Callimachiar. Guelpherbyti 1766. 4. — *Car. Guil. Goettling* Animaduerſiones criticae in *Callimachi Epigrammata* et Achillem Tatium. Jenae 1811. mai. 8. — *Jo. Ge. Zierlein* diſp. praeſide Klotzio, de ingenio Callimachi, Hal. Sax. 1770. 4. — *Frid. Jacobs über den Charakter des Kallim.* in *Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie d. ſchön. Künſte*, tom. II. part. I. p. 86 ſqq.

31. *Ara-*

31. *Aratus*, Solensis, e Solis, postea Pompeiopoli, Ciliciae ciuitate, Theocriti amicus. Floruit sec. *Saxium* in Onom. literar. I. p. 102. Olymp. circ. CXXVII. 1. ante C. n. 270. V. C. 482. Sed *Buhlio* in tom. II. ed. Arati p. 452. videtur vixisse ab Olymp. CXXV. ante C. n. 278. Audiuit *Menecratem*, Ephesium, Grammaticum, et philosophos *Timonem*, *Menedemum*, *Dionysium Heracleotem*, *Persaeumque* Stoicum *), et hunc, in Macedoniam ab Antigono, qui in Macedonia regnare coepit circ. Olymp. CXXV. 2/3. ante Chr. n. 278. et per annos XXXIV. praefuit, forte Athenis arcessitum eo comitatus est, atque in regis gratiam venit, ibique ante regis obitum mortuus est. Historicus et poeta, atque, iam iudice *Cicerone* de Orat. I. c. 16. etsi *homo ignarus astrologiae, ornatissimis tamen atque optimis versibus de coelo stellisque scripsit.* Suasu enim illius regis composuit poëma heroicum Φαινόμενα, quibus post vers. 722. Διοσημεῖα siue *Prognostica* subiunguntur, et astronomiae ignarus, *Eudoxi* Cnidii, qui Ἔνοπτρον et Φαινόμενα scripsit, orationem prosam versibus inclusit. Phaenomena vero plures vett. illustrarunt, atque latino carmine illa conuerterunt *Cicero*, *Germanicus Caesar* atque *Auienus*. — Princeps editio est **) *Aldina* inter Astronomos veteres, Venet. 1499. fol. Insunt *Arati* Phaenomena, *Germanico Caesare* interprete, cum commentariis et imaginibus; *Arati* Phaenomenon fragm. *M. T. Cicerone* interpre-

*) De *Persaeo*, Citieo, Zenonis seruo, et libertate donato, v. plura in *Fabricii* B. Gr. vol. III. p. 570. et quae ibi adscripsi.

**) De editt. copiosius egerunt *Buhle* in praef. ad I. tom. edit. suae et *Scheibel* in *Astronom. Bibliographie* I. p. 8 sqq. Breslau. 1784. 8. aut *Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniss* part. XVII.

terprete; eiusdem Phaenomena, *Ruffo Festo* interprete; — eiusd. Phaenom. graece; *Theonis* commentaria in eadem, graece. Raro tamen inveniuntur integra exemplaria astronomorum. Nam in quibusdam desunt *Arati* phaenomena, gr. in aliis alia. Hinc factum est, vt particula, Ἀράτου Σολέως Φαινόμενα cum scholiis, separata a reliquis fascibus, tamquam peculiaris sine a. et l. et prima edit. quae antiquior esset Aldina, a *Clement* in Bibl. curieuse, histor. et critique tom. II. p. 4. aliisque haberetur. — *Phaenom.* gr. et lat. cum praefat. *Phil. Melanchthonis,* Witteb. sine anni nota, in 8. — cum *Dionysii* Periegesi et *Procli* sphaera, gr. cum scholiis *Jac. Ceporini,* Basil. ap. Jo. Bebel. 1523. 8. 1534. 8. et saepius. — Cum Hygino, Palaephato, Fulgentio Placiade et in fine cum Proclo, *Arati* Φαινομένων fragm. *Germanico Caesare* interprete; eiusd. Phaenomena; gr. et lat. Basil. curante *Jac. Micyllo*, 1535. fol. ap. Jo. Heruagium: — repet. ibid. 1549. et 1570. fol. — In *Joach. Perionii* de optimo genere interpretandi commentariis, Paris. 1539. 4. ap. Sim. Colinaeum, sunt nr. 2. *Leont.* de constitutione Arateae Sphaerae; *Arati* Phaenomena, gr. versione lat. Ciceronis e regione posita, et ex Virgilii, Germanici et Auieni carminibus suppleta, cum Perionii obss. v. *Maittaire* A. T. III. part. I. p. 314. not. *a.* — A lectione Aldina frequentem discessionem fecisse dicitur *Guil. Morelius,* cuius typis expressa sunt *Arati* Phaenomena et Prognostica, gr. sine scholiis, Paris. 1559. 4. et ibid. eodemque anno, in 4. *Arati* eadem graece, cum graecis Theonis scholiis et *Leontii* Mechanic. de sphaera Arati. — Accesserunt eodem anno per eumdem Morel. *Arati Phaenom. et Prognostica,* interpretibus *M. T. Cicerone, Rufo Festo Auieno, Germanico Caesare,* vna cum eius commentariis, et Colon. Agripp. 1569. fol.

 — No-

— Nouam Aratei gr. textus recenſionem inſtituit *H. Stephanus* inter Poetas graecos principes heroici carminis, part. II. p. 288 ſqq. a. 1566. fol. — In libro raro, *Aſtronomica vetera ſcripta iſagogica graeca et latina*, ſunt quoque *Arati* Phaenom. et Prognoſtica, (correcta e MSS. Palat. et ex noua recenſione, forſan Sylburgii,) *Leontius Mechanicus* de conſtructione Arateae ſphaerae, gr. et lat. atque Aratea phaenomena cum interpretat. Ciceronis, Auieni, Germanici Caeſ. cum commentariis. (Heidelbergae) in offic. Sanctandreana, 1589. 8. (In exemplar. quorumdam fronte in off. *Jo. Commeliniana* eadem eſſe excuſa legitur: neque tamen diuerſae editiones eſſe videntur.) — Nouam lucem obſcuris quibusdam locis Arateis ex cod. MSto adtulit *Hugo Grotius* in Syntagmate Arateorum cum metaphraſibus Ciceronis, Germanici et Auieni latinis, a Grotio emendatis atque illuſtratis, Lugd. Bat. 1600. 4. — Nitidam *Arati* editionem, ex codd. II. Bodlei. caſtigatam cum ſcholiis Theonis graecis, et cum *Eratoſthenis* Καταςερισμοῖς, *Dionyſii* Hymnis etc. curauit *Jo. Fellus*, Oxon. 1672. 8. — *Aug. Mar. Bandiui* edit. *Arati Apparent.* Florent. 1765. 8. parui aeſtimatur. — Nouiſſima meliorque edit. eſt: *Arati Phaenom. et Dioſemea* gr. et lat. ad codd. MSS. et optimar. edd. fidem recenſita. Acc. *Theonis* ſcholia vulgata et emendatiora e cod. Moſq. *Leontii* de ſphaera Aratea libell. et verſionum Arati poeticarum *Ciceronis, Germanici*, et *R. F. Auieni* quae ſuperſunt: curauit *Jo. Theoph. Buhle*, vol. I. Lipſ. 1793. vol. II. ib. 1801. 8. — Prof. *Falbe Ueberſetzung d. Aratus von den Sternbildern* in *Neuer Berlin. Monatsſchrift*, m. Febr. et Aug. 1806. et *von Witterungsanzeigen* ibid. tom. XVII. part. 2. 1807. 8.

Notandus quoque eſt *Pyrrho*, Eleus, Anaxarchi diſcipulus, qui Epicurum paullo anteceſſit aetate,

aetate, cum eius ſecta, ſ. Scepticis, de quibus et de Pyrrhone v. *Fabric.* in Bibl. Gr. vol. III. p. 617 ſqq. vbi plura adſcripſi: quibus addes *Geſchichte und Geiſt des Skepticismus, vorzüglich in Rückſicht auf Moral und Religion, von D. Car. Fried. Stäudlin,* theol. Gottingenſi, Lipſ. 1794. mai. 8. coll. cenſura in *Jen. allg. L. Z.* 1795. m. Jan. nr. 4. et 5. — Inter Pyrrhonis diſcipulos clarus fuit *Timon*, Phliaſius, ſub Antigono, rege Macedoniae, et Ptolemaeo Philadelpho, circ. Olymp. CXXVII. Varia ſcripſit, quae autem maximam partem perierunt. Ex eius Σίλλοις, h. e. maledictis, irriſionibus mordacibusque ſermonibus, heroico ſcriptis genere et ex perpetuis parodiis fere compoſitis, quibus philoſophos dogmaticos praecipue deriſit, quaedam ſuperſunt fragmm. in *H. Stephani* Poeſi philoſ. 1574. 8. plura autem, n. XXXIX. in *Brunckii* Analect. vett. poetar. gr. tom. II. p. 67 ſqq. et VI. fragmm. ἐκ τῶν Ἰνδαλμῶν, verſibus elegiacis. Add. not. in tom. III. p. 139. Conf. *Diogen. Laert.* IX. 109 ſqq. ibique Menag. *Peter Eckermann* de Sillis, Vpſal. 1746. 4. inprimis *Iſ. Frid. Langheinrich* III. diſſertatt. de Timone Sillographo, Lipſ. 1720. et 1721. 4. qui etiam Timonis fragmenta collegit.

32. *Antigonus*, Caryſtius, ſub Ptolemaeo Philadelpho, ante Ch. n. 284. ſecund. *Hamberg.* in *Zuverläſſ. Nachr.* I. p. 325. ſec. *Saxium* in Onom. lit. I. p. 402. circ. ante C. n. 270. V. C. 482. philoſophus et hiſtoricus. Scripſit Ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγὴν, ſiue ſingulares obſeruatt. de animalibus aliisque rebus naturalibus. Primus edidit illam collectionem cum Antonino aliisque *Guil. Xylander*, gr. et lat. Baſil. 1568. 8. — dein correctius et ſeparatim *Jo. Meurſius* cum notis, gr. et lat. Lugd. Bat. 1619. 4. — Repetita eſt Meurſii editio in huius Opp. a Jo. Lamio collectis, vol. VII. p. 3 ſqq. — Pleniſſima eſt editio:

Antig. Caryſtii Hiſtoriarum mirabilium collectanea, explicata a *Jo. Beckmann* — additis annotatt. G. Xylandri, Jo. Meurſii, R. Bentleii, J. G. Schneideri *), J. N. Niclas aliorumque, cum interpretatione G. Xylandri. Subiectis ſub finem annotatt. ad Ariſtotelis auſcultationes mirabiles. Lipſ. 1791. 4. — Multa loca emendauit illuſtravitque collato cod. Pariſ. *Frid. Jac. Baſtius* in Epiſt. critica lat. verſa a *Car. Alb. Wiedeburg.* Lipſ. 1809. 8. p. 80 ſqq. it. in Appendice ad hanc Epiſt., quam partim latine vertit cumque ſuis notis et indicibus edidit *G. H. Schaefer.* Lipſ. 1809. 8.

33. *Melampus*, ſub eodem rege Ptolemaeo Philadelpho, medicus; ſcripſit Μαντικὴν περὶ παλμῶν, ſ. *diuinationem ex palpitationibus*, quod opuſc. cum libri *de naeuis oleaceis in corpore hominis* fragmento editum eſt graece cum Aeliani V. H. per *Camillum Peruſcum*, Romae 1545. 4. — tum correctius cura *Frid. Sylburgii* cum Ariſtotele, Francof. 1587. 4. — gr. et lat. cum Hier. Cardani metopoſcopia, a *Claudio Mart. de Laurendiere*, Pariſ. 1658. fol. et gr. ac lat. a *Jo. Ge. Frid. Franzio* cum Ariſtotele, Polemone et Adamantio, Altenburg. 1780. 8. — Gallice verſum in libro raro: *Adamantius et de Melampe* la Phyſionomie, avec un traité de la divination par les palpitations etc. per *H. de Boyvin* trad. de grec. Pariſ. 1636. 8. — Conf. *Camerar.* de generibus diuinatt. p. 5. et 6. et *Fabric.* B. Gr. vol. I. p. 116 ſqq. vbi p. 115 ſq. agitur de *Melampo* ſiue *Melampode* longe diuerſo, vate et augure Argiuorum ac medico, ante C. n. 1342.

34. *Clean-*

*) Is *Periculo critico* in Anthologiam Conſtantini Cephalae, Lipſ. 1772. 8. ſubiecit cap. V. p. 132 ſqq. acutas emendationes in Ariſtotelem et Antigonum Caryſtium.

34. *Cleanthes*, Aſſo, Troadis oppido, ortus, auditor et ſucceſſor *Zenonis* in ſchola Stoica, philoſophus et verſificator phyſicus: floruit magna auctoritate Athenis Olymp. circ. CXXIX. 1. ante Ch. n. 264. V. C. 490. Multa ſcripſit, (v. *Diogen. Laert.* VII. 174 ſq.) ſed ſupereſt tantum praeclarus *Hymnus in Iouem*, editus primum a *Fuluio Vrſino* in Carminib. IX. foeminar. et lyricorum, Antwerp. 1568. 8. p. 272. tum, cum aliis quibusdam Cleanthis fragmm. verſu ſcriptis, ab *H. Stephano* in Poeſi philoſoph. a. 1573. 8. p. 49 ſq. et 124. — a *Brunckio* in Analect. poet. gr. tom. III. p. 224 ſq. et cum verſionibus lat. Duporti, gallica Bougainvillii et italica Pompeii in Gnomicis poetis gr. p. 141 ſqq. — gr. cum verſione metrica *de Bougainville*, Gothae 1781. 4. — et cura *Io. Laur. Bleſſigii*, Argentorati 1781. 8. — a *Frid. Guil. Sturz* gr. cum notis, Lipſ. 1785. 4. — ab *Hermann. Heimart Cludio*, gr. et german. cum multis adnott. ſpicilegio fragmentorum Cleanthis et cum commentat. de praecipuis ſtoicae philoſophiae placitis, Gotting. 1786. 8. — Latinis verſibus redditus et illuſtratus ab *Andr. Chriſt. Henr. Weiſs*, in progr. Rotenb. ad Tub. 1783. 4. atque ab *Hieronymo de Boſch*, in eius Poëmatibus, Traiecti ad Rh. 1803. mai. 4. ſub fin. — Germanice verſus a *Frid. Gedike*, adiecto breui commentario et diſſert. de Stoicorum philoſophia, in lib. menſtruo, *Deutſches Muſeum*, m. Jul. 1778. 8. — a *Car. Phil. Conz* in eius Analectis ſ. *Blumen, Phantaſien und Gemälde aus Griechenland*, Lipſ. 1793. 8. et aliis. — Conf. *Vlr. Andr. Rohde* de veterum poëtar. ſapientia gnomica etc. Hauniae 1800. 8. p. 287 ſqq. ſubiectis quibusd. notis criticis. Varietatem lectionis enotauit vir doctus in libro menſtruo: *Monthly Review*, 1798. Jan. p. 18 ſqq.

Chryſip-

Chryſippus, Solenſis, Cleanthis diſcipulus et ſucceſſor, qui tamen ſaepe diſſenſit a ſuo magiſtro et a Zenone: natus Olymp. CXXV. 1. mortuus Olymp. CXLIII. 2. homo acutus, ſubtilis atque eruditus. Multa quidem ſcripſerat, ſed nihil integrum eſt ſeruatum. De eo Cicero et multi cum antiquiores, tum maxime recentiores in vtramque partem disputarunt.

35. *Ariſtarchus*, Samius, Cleanthis, Stoici, aequalis, ante C. n. circ. 262. *) V. C. 490. mathematicus et horologiorum inuentor. Supereſt eius liber *de magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae*, lat. verſus a *Georgio Valla*, inter eiusd. ſcripta varia, Venet. 1488. et 1498. fol. et lat. cum commentar. atque cum *Pappi* Alexandrini explicationibus quibusdam a *Feder. Commandino*, Piſauri 1572. 4. — *Ariſtarchi* de magnitud. et diſtantiis S. et L. item *Pappi* Alexandr. fragmentum hactenus deſideratum, graece, cum *Fed. Commandini* verſione lat. notis tum Commandini, tum *Walliſii*, Oxon. 1688. 8. — rec. in *Walliſii* Opp. mathemat. tom. III. p. 565 ſqq. Non confundendus eſt cum *Ariſtarcho*, Grammatico Alexandrino, ad Ol. CLVI. 1. V. M. *Chriſt. Laur. Mattheſii* disp. de Ariſtarcho Grammatico, Jenae 1725. 4.

36. *Damoxenus*, Athenienſis, Comicus, Epicuri diſcipulus. Ex eius comoedia locum quemdam longiorem ſeruauit *Athenaeus* lib. III. p. 101. F. quem Hertel. et Grotius ſuis inſeruerunt collectionibus.

37. *Chronicon marmoreum*, ex inſula Paro aduectum, vnde *Parium* quoque adpellari ſolet, quod in Arundellianis, nunc *Oxonienſibus* eſt primarium:

*) Poſt a. Chr. 184. ap. *Hamberger.* in *Zuverläſſ. Nachr.* I. p. 344. ſed ſec. *Saxium* l. c. p. 104 ſq. annis, quos ſignificaui.

marium: editum inter *Marmora Arundelliana* a *Jo. Seldeno*, vol. I. II. Lond. 1629. 4. rec. in eiusd. Opp. tom. II. Londini 1726. fol. — Poſt aliorum editt. inter *Marmora Oxonienſia* curatius ſplendideque editum a *Rich. Chandlero*, Oxon. 1763. fol. Id Chronicon Parium — *Marmorum Oxonienſium inſcriptiones graecae, ad Chandleri exemplar editae*, curante *Guil. Roberts*, Oxon. 1791. graece, cum verſſ. latina et anglica et adnotatt. — Roberts ſuppoſititium et demum ante aliquot ſaecula concinnatum eſſe ſtatuit; ſed *Jo. Hewlett* in duobus libris anglice ſcriptis, *Rich. Gouch* in Obſeruatt. Archaeologiae etc. vol. IX. p. 157. inſertis, et *Car. Franc. Wagner* in notis ad ſuam edit. *Die Pariſche Chronik, griechiſch; überſetzt und erläutert, nebſt Bemerkungen über ihre Aechtheit, nach dem Engliſchen*, Gotting. 1790. 8. veritatem et antiquitatem Chronici illius vindicare ſtuduerunt.

38. *Manethos* ſiue *Manethon*, Aegyptius, Sebennyta-Diospolitanus, hiſtoricus et philoſophus, circ. Olymp. CXXIX. 3. ante C. n. 260. V. C. 492. Varia graece ſcripſit. Ex Αἰγυπτιακῶν tribus libris fragmm. ſeruarunt Joſephus et Syncellus, quae deſcripſit atque illuſtrauit Scaliger in Graecis Euſebii et ad calcem operis de emendatione temporum. — Ἀποτελεσματικῶν ſiue de viribus et effectis aſtrorum libros VI. ex vnico cod. Mediceo primus edidit graece, lat. vertit notasque adiecit *Jac. Gronouius*, Lugd. Bat. 1698. 4. De iis fragmentis et libro multi ſcripſerunt et in vtramque partem disputarunt.

39. *Beroſus*, Chaldaeus, ſub Alexandro M. natus, hiſtoricus et aſtrologus, ſcriptor de antiquitatibus iudaicis et temporis ordine antiquiſſimus. Fragmenta ex Joſepho et Euſebio collecta *Scaliger* graece dedit atque illuſtrauit ad calcem operis ſui de emendatione temporum; plura vero

ex

ex ſcriptis Beroſi genuinis, ex pluribus auctoribus graecis congeſſit, latine vertit, et illuſtrauit *Fabric.* in B. Gr. vol. XIV. p. 175 ſqq. (coll. *Valcken.* in diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis p. 134. fin.) Antiquitatum autem libr. V. ſunt ab impoſtore Annio Viterbienſi ficti.

40. *Diocles Caryſtius*, Caryſio Euboeae ortus, medicus celebris, Olymp. CXXXIII. 2. ante C. n. 245. V. C. 507. Eius epiſtolam ad regem Antigonum *de conſeruanda valetudine* ſeruauit *Paulus Aegineta*, quam poſt alios reddidit *Fabric.* in B. Gr. vol. XII. p. 585 ſqq. gr. ac lat. et p. 583 ſq. copioſius egit de illo eiusque ſcriptis. — *Dioclis Caryſtii* et aliorum fragmm. germanice vertit *Chriſti. Gottfr. Gruner* in *Biblioth. der a. Aerzte*, tom. II. p. 609 ſqq. Lipſ. 1782. 8.

41. *Apollonius*, a patria Perga, Pamphyliae ciuitate, *Pergaeus* dictus, Geometra celebris: vixit ſub Ptolemaeo Euergeta circ. Olymp. CXXXIII. 3. ante Ch. n. 244. V. C. 508. Scripſit octo libros *Conicorum*, quorum quidem quatuor priores libri graece, poſteriores autem, lib. V. VI. et VII. in linguam arabicam tranſlati adhuc reſtant; tum *de tactionibus*, *de locis planis* etc. Editi ſunt *Apollonii Pergaei Conicorum libri octo*, quorum quatuor priores gr. lat. cum *Pappi* Alèxandrini lemmatis et *Eutocii Aſcalonitae* commentariis, nunc primum graece editi; dein tres poſteriores, (ſc. V. VI. et VII.) ex arabico ſermone in latinum conuerſi, cum lemmatis *Pappi* gr. lat. in eosdem. Subiicitur liber conicorum octauus reſtitutus: opera et ſtudio *Edm. Halleii*. Acceſſerunt *Sereni* philoſophi Antiſſenſis de ſectione cylindri et coni libri duo, ex codd. MSS. gr. editi. Oxon. 1710. fol. partt. III. — Iidem libri antea a *Fed. Commandino* latine verſi et commentariis inſtructi prodierunt Bononiae 1566. fol. de qua rara aliorumque edd. v. *Clement* Biblioth. curien-

curieuſe etc. tom. I. p. 415 ſqq. — *Apollon. de Tactionibus* quae ſuperſunt, ac maxime Lemmata *Pappi* in hos libros, graece, nunc primum edita e codd. Msstis, cum Vietae librorum Apollonii reſtitutione, adiectis obſeruatt. computationibus ac Problematis Apolloniani hiſtoria, [quae hiſtoria loco praefationis ab initio libri legitur,] a *Jo. Guilielmo Camerer*, Gothae et Amſtelod. 1795. 8. — Idem *Camerer* edidit: *Apollonius von Pergen Ebene Oerter: wiederhergeſtellt von Robert Simſon* [in edit. *Apoll. Pergaei* locorum planorum libr. II. — a *Rob. Simſon*, Glasguae 1749. 4. cum figg.] *Aus dem Lateiniſchen überſetzt; mit Berechnungen, Bemerkungen* etc. Lipſ. 1796. cum multis tabb. aeneis, et textu graeco, ſumto ex praef. Pappi Alexandrini ad libr. VII. illius mathematic. collectionum, ab Halleio duobus libris Apollonii praefixarum.

42. *Bito*, Mechanicus, circ. Olymp. CXXXVI. 1. ante Ch. n. 239. V. C. 513. Eius *Conſtructiones bellicarum machinarum et catapultarum*, gr. et lat. inſunt *Mathematicis vett.* Pariſ. 1693. fol. p. 103.

Moſchion Syracuſanus, Olymp. 135. ſcripſit libr. de admiranda Hieronis Syracuſ. regis naue, ex Athenaeo V. cap. 9. p. 206.

43. *Eratoſthenes*, Cyrenaeus, nat. Olymp. CXXVI. 1. ante Ch. n. 276. denatus Olymp. CXLVI. 1. vel 3. ante Ch. n. 196. vel 194. anno aetatis LXXX. vel LXXXII. *) Poſtquam in patria Lyſania, grammatico, et Callimacho vſus erat praeceptoribus: admodum iuuenis Athenas profectus dicitur, ibique primo Zenonem, tum poſt

*) *Ancher* in libro poſtea citando p. 5. not. 13. ex Cenſorino de die natali cap. XV. oſtendit, Eratoſthenem anno aetatis octogeſimo expleto, anno demum LXXXI. vita deceſſiſſe.

poſt eius mortem *Ariſtonem Chium* *) aliosque philoſophos ſeotatus eſſe videtur. Dein a Ptolemaeo III. Euergeta Alexandriam arceſſitus bibliothecae regiae diu praefuit. Propter multiplicem variamque eruditionem tantam famam atque auctoritatem eſt conſequutus, vt *Beta* eruditorum, aut ſecundus Plato, h. e. qui, niſi primum, ſaltem ſecundum locum inter omnes eruditos obtinuiſſet, adpellaretur. Multa ſcripſit; ſed omnia perierunt, praeter Καταςερισμοὺς, editos primum gr. a *Fello*, cum Arato, Oxon. 1672. 8. dein gr. ac lat. a *Thom. Gale*, in eiusdem Opuſcul. mythologicis, Amſtel. 1688. 8. atque a *Jo. Conr. Schaubach*, gr. cum interpretatione latina et commentario; addita epiſtola *C. G. Heyne*, cum animaduerſſ. in Eratoſthenem, cum tabb. aen. Gottingae 1795. m. 8. et praeter *fragmenta*, a Strabone aliisque ſeruata, inprimis fragmm. trium librorum *Geographicorum*, quae colligere atque illuſtrare coepit *Laurent. Ancher* in Diatribe in fragmenta Geographicorum Eratoſthenis, part. I. Gotting. 1770. 4. — Poſtea *Eratoſthenis Geographicorum fragmenta* collegit illuſtrauitque *Günther. Car. Frid. Seidel*, Gottingae 1789. 8. et praemiſit commentat. de Eratoſthene iisque, quos ſequutus eſt, auctoribus. De Geographia Eratoſthenis conf. *Conr. Mannert Geographie der Griechen und Römer*, tom. I. Noribergae 1788. 8. p. 91 ſqq. — *Paſchal. Franc. Joſeph Goſſelin* in Geographie des Grecs analyſée, ou les ſyſtemes d'*Eratoſthenes*, de Strabon et de Ptolemée, comparés entre eux et avec nos connoiſances modernes, Paris 1790. 4. primus reſtituit ſyſtema geographicum et tabulam geographicam

*) Conf. *Gottfr. Buchneri* diſſ. *Ariſto Chius*, vita et doctrina notus, Jenae 1725. 4. §. 10 et 12.

cam Eratoſthenis. — Neque vero Eratoſtheni, neque, vt alii fecerunt, Hipparcho, ſed multo ſeriori cuidam adſerendum eſt opuſculum Εἰς Ἀράτου Φαινόμενα, editum a *Petro Victorio* gr. cum Hipparchi in Arati et Eudoxi phaenomena libr. III. Florent. 1567. fol. p. 117 ſqq. — gr. et lat. interprete *Dionyſio Petauio*, in huius Vranologio, Pariſ. 1630. fol. rec. Amſtel. 1703. fol. — *Sententiae* quaedam Eratoſthenis collectae reperiuntur in collectione Gnomic. Frobeniana, inter *Hertelii* poet. gnomicos, inter poetas gr. minores a Wintertono editos, Cantabrig. 1684. 8. p. 471. in *Brunckii* Analect. vett. poet. graecor. tom. I. p. 477 ſqq. gr. et inter eiusd. Poetas gnomicos graec. p. 134. Conf. *Vlr. Andr. Rohde* de veterum poetarum ſapientia gnomica p. 332 ſq.

44. *Rhianus*, Benaeus Cretenſis, aequalis Eratoſthenis, poeta et hiſtoricus. Fragmenta quaedam et epigrammata collegerunt *Hertel*, *Winterton* l. c. p. 451. *Brunck* in Analect. citat. I. p. 479. et tom. II. p. 256. atque in Poetis gnomic. gr. p. 131.

45. *Monumentum Adulitanum* graecum, quo Ptolemaeus Euergetes expeditiones ſuas atque victorias circiter Olymp. CXXXIX. 3. ante C. n. 220. V. C. 532. mire celebrat, et quod inſcriptum fuit ſellae, ex candido marmore ad vrbem Adulin Aethiopum a rege Marti conſecratae. Id vero genuinum eſſe, nonnulli VV. DD. dubitant. *Saxius* in Onomaſt. liter. I. p. 112—116. pleniorem et monumenti et controuerſiae inde ortae dedit hiſtoriam, et probae vetuſtatis eſſe cenſuit. Defendit eius veritatem, vberius explicuit, et gr. edidit in Deſcriptione monumenti Adulitani, excerpta e Cosmae Indicopl. topographia chriſtiana vna cum figura aeri inciſa *Phil. Buttmann* in *Muſeum der Alterthumswiſſenſchaft*, tom. II. p. 105 ſqq. Add. *Niebuhr* ib. tom. II. part. III. p. 599 ſqq.

599 ſqq. **Poſt alios inſeruit illud, multis additis** obſeruationibus, *Edm. Chiſhul* part. I. Antiquitatum aſiaticarum, Londini 1728. fol. p. 73—87. vbi quoque p. 253 ſqq. de opere copioſe agitur, in quo id monumentum exſtat, ſiue de *Topographia chriſtiana*, cuius auctor a nonnullis VV. DD. aliis tamen diſſentientibus, nominatur *Coſmas Indopleuſtes*. Add. *Laur. Beger* Theſauri Brandenburg. vol. III. p. 32.

Add. *Philochorus*, Athenienſis. Iuuenis audiuit Eratoſthenem ſenem: hiſtoricus atque grammaticus: et floruit ſub Ptolemaeo Philopatore et Epiphane. Multa ſcripſit, quorum reliquias colligere coepit et edere voluit *Carol. Gotthold Lenz*, eiusque partes ſuſcepit *Car. Godofred. Siebelis*, qui quaſi praeludit in programm. inſcripto: *Obſeruatt. in locos quosdam Philochori difficiliores.* Budiſſin. 1810. 4. Tum *Siebelis* edidit *Philochori librorum fragmenta*, a Lenzio collecta, ea digeſſit, et animaduerſſ. Lenzii ſuisque illuſtrauit. Accedunt *Androtionis* Ἀτθίδος reliquiae, Lipſ. 1811. 8. — Add. *Wolf.* prolegg. ad Demoſth. orat. adv. Leptin. p. XCVIII.

46. *Hero*, Alexandrinus, Cteſibii diſcipulus, inſignis mechanicus circ. Olymp. CXL. 2. ante C. n. 217. V. C. 535. Superſunt *de conſtructione et menſura manubaliſtae fragmentum*; Βελοποιϊκὰ ſ. *de telis conficiendis iaculandisque liber*; qui liber et ſuperius fragm. prodierunt graece Aug. Vindelic. 1616. 4. et gr. ac lat. in Mathemat. vet. Pariſ. 1693. fol. p. 155. et p. 121. atque 331. tum *Spiritalium* liber, gr. et lat. e verſione *Frid. Commandini*, (edita Amſtelod. 1680. 4.) inter Mathemat. vett. citatos p. 145. denique ibid. p. 243. *de automatorum fabrica* libr. II. gr. cum verſ. lat. D. Conturii. — Diuerſus eſt ab *Herone* II. et III. de quibus paullo inferius ſermo erit.

47. *Ar-*

47. *Archimedes*, Syracuſanus, praeclarus acutiſſimusque mathematicus, variarum rerum mechanicarum inuentor, patriaeque per tres annos ope inuentorum defenſor. Syracuſae enim Olymp. CXLI. 3. ante C. n. 212. V. C. 540. a M. Marcello coeperunt oppugnari, (v. *Saxii* Onom. I. p. 117 ſq.) tertio autem anno per negligentiam ciuium ſuorum vrbs eſt expugnata et Archimedes, inuito Marcello, interfectus. Ad noſtra tempora peruenerunt 1) *de ſphaera et cylindro libri II.* in quos et libros II. nr. 3. exſtat commentarius graece ſcriptus ab *Eutocio Aſcalonita;* 2) *de circuli dimenſione* liber, quem librum et ſuperius opus germanice vertit, illuſtrauit et adpendicem adiecit *C. F. Hauber,* Tubingae 1798. 8. cum VI. figg. 3) *de planis aequiponderantibus, ſiue de centris grauium planorum* libri II. 4) *de figuris conoidibus obtuſis et de ſphaeroidibus libri II.* (vel potius in edd. prioribus liber vnus;) 5) *de lineis ſpiralibus;* 6) liber *de quadratura parabolae;* 7) *de numero arenae* liber; 8) *de iis, quae aquis innatant,* libri II. Hi libri cum ſequentibus libris deſunt in Baſilienſi editione. 9) liber *Adſumtorum ſiue Lemmatum;* qui liber latine tantum cum tribus libris Apollonii Pergaei ex cod. msto arabico verſus exſtat; 10) *de ſpeculis comburentibus parabolicis;* quod tamen opuſculum ab Archimede profectum eſſe, nonnulli dubitant. Alia Archimedis ſcripta vel inedita ſunt vel deperdita. — Graece et latine primum prodierunt *Archimedis* opera cum *Eutocii* commentariis in tria priora opera, gr. et lat. Baſileae ab Heruagio 1544. fol. — gr. et lat. nouis demonſtratt. commentariisque illuſtrata per *Dauid. Riualtum de Flurantia,* (textus vero eſt mutilus et ab editione priore multum recedit,) Pariſ. 1615. fol. — repet. ex noua recenſione *Claudii Richardi,* Pariſ. 1646. fol. — Quae ſuperſunt,

omnia

omnia cum *Eutocii* commentariis, ex recensione *Josephi Torelli*, Veronensis, cum noua versione lat. Accedunt lectt. variantes ex codd. Mediceo et Parisiensibus. Oxon. 1792. al. 1793. mai. fol. cum figg. ligno incisis. — Singula scripta aliquoties sunt vel gr. edita, vel in linguas latinam aliasque translata, vel illustrata. Inprimis notanda est editio: *Archimedis Arenarius* et *dimensio circuli: Eutocii* in hanc commentarius, cum versione et notis *Jo. Wallis*, Oxon. 1676. 8. et in tertio tomo Opp. *Wallisii*, ibid. 1699. fol. *) — *Arenarius oder Sandrechnung, aus dem Griechischen in das Deutsche übersetzt, und mit Anmerkungen erläutert von Jo. Christph. Sturm*, Noriberg. 1667. fol. qui etiam *Archimedis* scripta germanice et lat. vertit Norib. 1670. fol. — *Archim.* opera in linguam Franco-gallicam transtulit et commentario illustrauit, aliaque addidit *F. Peyrard.* Paris. 1807. 4. cum figg. in textu: conf. longam recensionem in Gottingens. ephem. litterar. 1809. nr. 9. p. 92.

48. *Athenaeus*, Mechanicus, incertae patriae scriptor: circ. Olymp. CXLII. 1. ante C. n. 210. V. C. 542. Reliquit librum ad M. Marcellum, qui Syracusas cepit, de machinis bellicis, in quo et sua et aliorum inuenta memorat formisque illustrat; editum graece ex recensione Theuenoti, et lat. cum interpretatione Henr. Valesii et Jo. Bapt. Cotelerii, inter Mathematicos veteres, Paris. 1693. fol. p. 1—12. cum figg.

Diuersus est et quingentis atque sexaginta annis iunior, *Athenaeus Byzantius*, quem Gallienus instaurandis muniendisque vrbibus praefecit. — Diuersus quoque est ab *Athenaeo*, Attalia orto,

*) De hac edit. aliisque Archimedis opp. ac versionibus anglicis etc. v. *Brüggemann* A View of the English editions etc. p. 231 sqq.

orto, auctore ſectae Pneumaticorum medicorum. V. *Oſterhauſen* diſſ. Hiſtoria illius ſectae, Altdorf. 1791. 8.

49. *Apollonius Rhodius,* Alexandrinus: quod autem apud Rhodios rhetoricam per aliquod tempus cum laude profeſſus, apud illos ius ciuitatis accepit, dicitur *Rhodius:* poeta languidus et hiſtoricus, qui arte et cura potius valuit, quam ingenio. Fuit Callimachi diſcipulus, at ingratus illique poſtea inuiſus. Rhodo Alexandriam reuertens in praefectura bibliothecae ſub Ptolemaeo Euergeta I. Eratoſtheni ſucceſſit circ. Olymp. CXLVII. 1. ante C. n. 194. V. C. 558. Scripſit *Argonauticorum* libr. IV. carmen heroicum: editum gr. cum ſcholiis graecis in margine, litteris quadratis ſ. capitalibus, *Florent.* per Laur. Flor. de Alopa, 1496. 4. — *Venetiis,* gr. cum ſcholiis gr. collatis codd. msstis, curante *Franciſco Aſulano,* 1521. 8. — emendatius e codice *Pariſ.* gr. ſine ſcholiis, 1541. 8. — ex edit. Veneta, hinc inde correctius, gr. cum indice et ſcholiis ad calcem libri adiectis, et ſeparatim excuſis, *Francof.* ex offic. Petri Brubachii, 1546. 8. — *Lugd. Bat.* gr. cum ſcholiis et cum verſione lat. commentario et notis etc. *Jer. Hoelzlini,* ex offic. Elzeuiriana, 1641. 8. ſed nitida haec editio non tulit plauſum criticorum ſagacium. — Pariter a ſplendore potius, quam ab vtilitate et iudicio editoris laudatur *Jo. Shaw* edit. *Apollonii* — gr. cum ſcholiis, verſione fere noua lat. notisque variorum ſelectis, Oxon. 1777. II. voll. mai. 4. — Eadem editio, additis notis Arnaldi, Pierſoni, Ruhnkenii et Toupii, ibid. 1779. II. voll. mai. 8. — Critica editio et noua, ex octo codd. et coniectura cum propria, tum aliorum potiſſimum ducta, recenſio eſt *Rich. Frid. Phil. Brunckii,* cum VV. LL. notis et emendatt. gr. Argentor. 1780. 4. et 8. — Hanc Brunckii edit. baſin fecit, ſed

multis locis reſictam, *Chriſti. Dan. Beckius,* (cod. quoque Breslav. et edd. tam veteribus, quam recentioribus vſus,) qui *Apollonii Rhodii* Argonaut. edere coepit gr. cum verſione latina, ſcholiis gr. commentariis indicibusque, vol. I. Lipſ. 1797. mai. 8. — *Apollonii Rhodii* Catalogus Argonautarum: commentario perpetuo illuſtrauit *Ern. Frid. Krauſe,* Halae 1798. 8. — *L'Argonautica di Apollonio Rodio* (cum textu graeco e recenſ. Brunckii,) tradotta ed illuſtrata (a patre purpurato *Flangini,*) Romae, tom. I. 1791. tom. II. cum V. L. ex quatuor codd. Vatican. nondum collatis et multis figg. aeri inciſis, ibid. 1794. mai. 4. — *Apollonii Rhodii Argonautica,* ex recenſ. et cum notis Rich. Fr. Phil. Brunckii: editio nova, auctior et correctior. Acced. ſcholia graeca ex cod. — Pariſ. nunc primum euulgata. (graece.) Tom. I. Lipſ. 1810. mai. 8. Tom. II. 1812. Altero tomo continentur Scholia tam inedita Pariſina, quam edita, animaduerſiones editoris *(G. H. Schaeferi)* in Scholia indicesque. — Argonautica transtulerunt in linguam *anglicam, Edward Burnaby Greene,* cum notis criticis, hiſtoricis et exegeticis, Londini 1780. 8. II. voll. — *Franc. Fawkes,* addita verſione *Coluthi* de raptu Helenae, cum notis, Londini 1780. 8. et alii. (v. *Brüggemann* A View etc. p. 235 ſqq.) — in linguam *germanicam,* verſibus hexametris, *J. J. Bodmer,* Tiguri 1779. 8. — in linguam *gallicam J. J. A. Cauſſin,* Pariſ. 1797. 8. II. voll. — Apollonius Rhodius num Orpheo vſus ſit, disceptatur in *Beckii* Actis Seminarii — Lipſienſ. vol. I. p. 322 ſq. et p. 330 ſq. — Illuſtrarunt aut emendarunt Argonautica *J. F. Facius* in epiſt. critica in aliquot *Orphei* et *Apollonii Rhod.* Argonautic. loca, Erlangae 1772. 4. — *Dav. Ruhnken* in epiſt. II. crit. in Callimachum et *Apollon. Rhodium,* Lugd. Bat. 1752. 8. auct. et emendat. ibid. 1782. m. 8. —

O. Theod.

O. Theod. Bloch diff. de carmine epico Ap. Rhodii, Hafniae 1792. 8. — *Ern. Franc. Henr. Spitzner* obferuationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica. Vitebergae 1810. 8. — *G. E. Groddeck über die Argonautica des Apollon. Rhodius*, in *Biblioth. der alten Litteratur u. Kunft*, part. 2. Gotting. 1787. 8. p. 61 fqq. — Plura vide in *Sulzeri Allgem. Theorie der fch. Künfte,* tom. I. voc. Argonautica, ibique *de Blankenburg.* — *Nachträge zu Sulzers Theorie,* tom. VI. part. 1. p. 179 fqq.

De *Sileno*, qui res Hannibalis perfequutus eft, et *Sofilo*, Lacedaemonio, quo Hannibal litterarum graecarum vfus eft doctore, et qui etiam de Hannibalis rebus fcripfit, vterque autem cum Hannibale fuit in caftris, vide *Bofium* ac *Staueren* etc. ad Corn. Nepotem in vita Hannibalis cap. XIII. 3. quo tamen loco antea pro *Sileno* legebatur *Philinus*, qui primi belli Punici hiftoriam enarrauit. De *Philino*, Agrigentino, antiquo hiftorico, vid. etiam *Voffium* de hiftoricis graecis libr. I. cap. 17. et *Mongitor.* in Biblioth. Sicula tom. II. p. 167.

50. *Agatharchides*, *Cnidius*, hiftoricus et philofophus, floruit forte, iudice *Saxio* in Onomaft. I. p. 127. Olymp. CLIII. 3. ante Ch. n. 164. V. C. 588. aut fecundum alios paullo ferius. Varia fcripfit. Fragmenta quaedam, a Photio in cod. CCL. feruata, primus feparatim ediderunt cum Ctefiae fragmm. gr. H. Stephan. 1557. 8. — tum idem cum iisdem et Memnonis fragmm. etc. gr. cum verfione lat. partim Stephani, partim Rhodomanni, 1594. 8. — *Rich. Brettus* gr. et lat. Oxon. 1597. 8. et *Jo. Hudfon* gr. ac lat. cum notis, in Geographis graecis minoribus, tom. I. p. 1 fqq. Oxon. 1698. 8.

51. *Hipparchus*, Nicaenus e Bithynia, aftrologus acutus. In Bithynia et in Rhodo obferuationes fiderum inftituit, aequinoctia aliaque obferua-

feruа-

ſeruauit, et prima obſeruatio aequinoctii auctumnalis ab eo facta eſt Olymp. CLIV. 3. ante C. n. 160. V. C. 592. V. *Saxii* Onomaſt. I. p. 130. Ex iis, quae ſcripſit, ſupereſt ſub eius nomine Commentarius, ſ. potius criſis in Eudoxi et Arati Phaenomena, libri III. et liber, ſiue potius Excerpta ex commentario, ab alio facta, de Aſterismis, qui ad verbum paene legitur in Ptolemaei Syntaxi VII. p. 172. — Graece editi ſunt cum aliis ſcriptis primum a *Petro Victorio*, Florent. in offic. Juntarum 1567. fol. tum, (omiſſo tamen libro de Aſteriſmis,) emendatius gr. et lat. a *Dionyſio Petauio* in Vranologio ſuo ſiue adpendice ad Opus de doctrina temporum, aliaque addidit, Pariſ. 1630. fol. p. 171 ſqq. rec. Antwerpiae vel potius Amſtelodami, 1703. fol.

52. *Ariſtarchus*, Samothrax, Grammaticus Alexandrinus, circ. a. Olymp. CLVI. 1. ante Chr. n. 154. V. C. 598. Quod in noua ſua Homeri editione ſeueram plane Criticam exercuit, pluribus verſibus obelo notatis ac reiectis, eius nomen propter rigorem, non ab omnibus tamen aeque probatum, in prouerbium abiit. V. *Chriſt. Laur. Mattheſii* disp. de Ariſtarcho Grammatico, Jenae 1725. 4.

53. *Philo*, Byzantius, Mechanicus, circ. Olymp. CLVI. 4. ante C. n. 151. V. C. 601. Superſunt eius *Mechanicorum* libri IV. et V. gr. ac lat. editi inter Mathemat. vett. Pariſ. 1693. fol. p. 49. Liber *de ſeptem orbis ſpectaculis*, qui ei quoque tribuitur, primum euulgatus et verſione notisque illuſtratus eſt a *Leone Allatio*, Romae 1640. 8. rec. in vol. VIII. theſauri antiquitatum graecarum Gronouiani, p. 2642. ed. Venet.

54. *Panaetius*, Rhodius, iunior, Stoicus quidem philoſophus, a Stoicis tamen interdum discrepat. Floruit circ. Olymp. CLVIII. 2. ante C. n. 145. V. C. 607. et obiit a. V. C. 642. Inter

alia

alia scripserat περὶ τοῦ καθήκοντος, *de officiis* libros, eumque se, correctione quadam adhibita, potissimum sequutum esse, *Cicero* confitetur de Officiis III. cap. 2, 8. Fragmenta, effata et dogmata Panaetii congessit *Car. Günther Ludouici* in progr. *Panaetii iunioris, stoici philosophi,* vitam et merita in Romanorum cum philosophiam tum iurisprudentiam illustrat, Lips. 1733. (1734.) 4. p. 23 sqq. Conf. doct. disputat. *de Panaetio Rhodio,* philosopho stoico, quam praeside *Dan. Wyttenbachio* ventilauit *F. G. van Lynden,* Lugd. Bat. 1802. mai. 8. qui, *Panaetium,* censet, natum esse circ. a. V. C. 569.

Posidonius Rhodius, philosophus Stoicus, discipulus Panaetii: mortuus est probabiliter a V. C. 703. aetatis 84. Multa scripsit, sed pauca supersunt fragmenta in diss. docta collecta: *Posidonii Rhodii reliquiae doctrinae: collegit atque illustrauit Janus Bake;* acced. *D. Wyttenbachii* adnotatio. Lugd. B. 1810. 8. In parte I. de vita Posidonii, et in part. II. de eius doctrina et scriptis agitur. [Plura de Posidonio infra §. 65.]

55. *Bion,* Smyrnaeus, et *Moschus,* Syracusanus, qui tamen Bionis mortem carmine suauissimo luxit, poetae bucolici, dorice et suauiter quidem iucundeque cecinerunt; naturali tamen pulcritudine et simplicitate cedunt Theocrito. Vtriusque aetatem *Manso* refert ad Olymp. 124. *Saxio* autem in Onomast. I. p. 132 sq. illi poetae ea, qua vixit Panaetius, aetate clari fuisse videntur. Eorum idyllia partim integra supersunt, partim eorum fragmenta, atque Theocrito fuerunt olim adscripta, eiusque idylliis immixta: v. supra Theocritum, vbi quaedam iam recensitae sunt poetarum nostrorum editiones atque versiones *): quibus

*) De nouis editt. Bucolicorum graec. ab *Hermanno* et *Eichstadio* promissis v. Beckii Acta Seminarii — Lips. vol. I. p. 430 sq.

paucarum memoriam adiiciam. Primum ſegregata fuerunt a Theocriteis in edit. perrara: *Moſchi et Bionis idyllia*, gr. et lat. cum ſcholiis: acceſſit *Phanoclis* elegia et alia *Propertii*, curante *Adolpho Mekercho*. Brugis ap. H. Golzium 1565. 4. — Baſis conſequutarum editt. plerumque facta eſt recenſio *H. Stephani* inter Poetas graecos heroici carminis, Pariſ. 1566. fol. tom. II. p. 279 ſqq. — et cum Theocrito ab eodem *H. Stephano*, gr. et lat. 1579. 12. — Ab illo tamen disceſſit interdum et diligentius collegit *Fuluius Vrſinus* in Collectione carminum nouem illuſtrium foeminarum, ad calcem ſubiecta metrica *Laur. Gambarae* verſione, Antwerp. 1568. 8. — Critica eſt editio *Bonauenturae Vulcanii*, gr. cum eius verſione, totidem numeris latine reddita, et notis, Antwerp. ap. Chriſtoph. Plantin. 1584. 12. — *Muſaei, Moſchi et Bionis*, quae exſtant, omnia: acceſſere quaedam ſelectiora *Theocriti* Eidyllia. — gr. et poetica metaphraſi illuſtrata a *Dav. Whitford*, Londin. 1659. 4. — Docta eſt *Longapetraei, (Longepierre,)* edit. gr. cum eius verſione gallica metrica et obſeruatt. Pariſ. 1686. 12. — rec. Amſtelod. 1688. 8. et Pariſ. 1691. — *Bionis et Moſchi Idyllia* ex recenſione *Nic. Schwebelii* cum eiusdem animaduerſſ. et notis Vrſini, Vulcanii, Stephani, et aliorum; ſubiectae ſunt Longapetraei verſio gallica metrica, cum eiusd. adnotatt. ac verſio latina metrica Dav. Whitfordi, Venet. 1746. 8. — Praeſtantior tamen et cultior eſt edit. *Jo. Heskini*, gr. et lat. qui Longapetraei notas fere omnes e ſermone francico in latinum transtulit, et ipſa carmina erudite explicuit atque illuſtrauit, Oxonii 1748. 1758. et 1780. 8. — Schwebelii recenſionem vt plurimum ſequutus eſt M. *Jo. Adam. Schier* in edit. ſua, gr. cum metaphraſi latina et notis integris Fuluii Vrſini aliorumque et ſelectis Longapetraei,

Schwe-

Schwebelii et Heskin. Lipſ. 1752. 8. — Ex noua ſua recenſione dedit illa Idyllia *Brunck* in Analectis vett. poetar. graec. vol. I. p. 383 ſqq. — Ego quoque edidi illa cum notis *Jo. Heskin* integris aliorumque ſelectis meisque, gr. ac lat. Erlangae 1780. min. 8. — *Bion und Moſchus von J. C. F. Manſo*, gr. ſine accentibus, cum verſione germanica metro bucolico, notisque: ordo idylliorum eſt mutatus. Gothae 1784. min. 8. — Plane noua, immutata, auctior criticaque eſt editio ſecunda: *Bions und Moſchus Idyllen*, graece cum accentibus, *überſetzt und erläutert von J. C. F. Manſo*, Lipſ. 1807. mai. 8. — e recenſ. Valckenarii, cum varietate lectionis, edidit *Frid. Jacobs*, Gothae et Amſtelod. 1795. min. 8. — illuſtrabat et emendabat *Gilbert Wakefield*, Londin. 1795. min. 8. — *Idyllia* gr. et lat. cum notis variorum ſelectis, ſuasque adiecit *Ludou. Henr. Teucherus*, Lipſ. 1793. 8. — In linguam transtulerunt *germanicam Car. Aug. Küttner*, (cum carminibus Theocriti et Coluthi,) Mitav. et Lipſ. 1772. 8. — ed. nov. Altenburg. 1784. 8. — alius, cum Anacreonte et Sapphone, Berolin. 1787. 8. — verſibus, *Sam. Henr. Catel*, Berol. et Liebav. 1787. 8. — in linguam *gallicam*, cum Anacreontis, Sapphus et Tyrtaei carminibus, *Poinſinet de Sivry*, metrice, Pariſ. 1758. 12. rec. Bipont. 1771. 8. — *J. B. Gail* et ſeparatim et in Collection d'auteurs grecs etc. Pariſ. 1795. 18. — in linguam *anglicam Rich. Polwhele*, cum diſſertatt. et notis etc. Londini 1786. 4. et 1792. 8. etc.

56. *Polybius*, Megalopoli in Arcadia natus Olymp. CXLIII. 4. an. V. C. 548. mortuus Olymp. CLXIV. 2. *) Praeclarus philoſophus et fide dignus

---

*) Secundum *Schweighäuſerum*, qui in tom. V. editionis ſuae de Polybio fuſius egit, Polybius natus eſt Olymp. circ.

gnus historicus, qui dicitur pragmaticus; eius vero dictio, quamquam perspicua et grauis, nec aspera, ab Atticorum elegantia et in vsu delectuque et in structura longe discrepat. Pater fuit Lycortas, Achaeorum praetor: ipse vero adolescens a Philopoemene, homine celebri et in militia versato, artem didicit militarem. Deinde illi cum patre legatio ad Ptolemaeum Epiphanem, Aegypti regem, decernitur, Olymp. CXLIX. 4. an. V. C. 574. aliisque deinceps honoribus amplissimis ornatus fuit. Postea, a. V. C. 588. cum aliis, quod Romanis suspecti videbantur, Romam euocatus est, venia tamen Romae manendi a Praetore rogatu Fabii et Scipionis, Aemilii Pauli filii, impetrata. Quod quam vtile et ipsi et rebus historiae fuerit, ex eo cognosci potest, quia in notitiam et familiaritatem hominum nobilissimorum, in his Scipionum, venit. Quare cum Scipione iuniore in Africam contendit, eique Carthaginem oppugnanti comes sociusque laborum bellicorum aderat, et anno ante C. n. 144. V. C. 608. vidit Corinthum a Mummio incensam. Quo facto in patriam rediit, eique vario modo vtilis esse coepit, et in Achaia res et leges constituit, atque ciuibus suis Romanos reconciliauit et amicos reddidit. Ad opus suum historiarum curate concinnandum, Aegyptum, Gallias, Hispanias adiit et Alpes mariaque traiecit. Post Scipionis mortem in patria vltimos vitae annos omnibus gratus iucundusque transegit. — Scripsit Ἱστορίαν καθολικὴν, siue *Historiarum* de rebus toto fere terrarum orbe per annos LIII. gestis, ab an. Olymp. CXLIV. 1. V. C. 535. et initio belli Punici secundi ad euersionem regni Macedonici, s. Persen Mace-

circ. CXLIV. vel CXLV. inter an. V. C. 550. et 556. inter a. 208—214. ante Chr. n. defunctus a. Olymp. CLXIV. 2. ante Ch. n. 124. V. C. 634.

Macedonum regem a Romanis victum, Olymp. CLIII. 1. f. 3. V. C. 587. libros quadraginta, de quibus vero euaſerunt interitum quinque priores libri, et ex libris VI. vsque ad XVII. de legationibus excerpta, item de virtutibus ac vitiis, iuſſu imperatoris Conſtantini Porphyrogeniti ſaeculo X. facta, et alia. Prima graeca priorum Hiſtoriarum librorum editio eſt a *Vincentio Obſopoeo* curata, Hagenoae typis Secerianis, 1530. min. fol. et ſeparatim ad finem adiecta eſt *Nic. Perotti*, epiſcopi Sipontini, verſio medio ſaeculo XV. facta, et edita Romae, ex offic. Conr. Sweynheym et Arnold. Pannartz, 1473. fol. rec. Brixiae 1488. fol. et ſaepius. — Poſtea correctior cum interpretatione *Nic. Perotti*, additis Excerptis f. Epitome librorum duodecim a ſexto ad ſeptimum decimum, interprete *Vuolfgango Muſculo* prodiit Baſileae per Jo. Heruagium, 1549. — Alia excerpta ex hiſtoriis Polybianis de legationibus, iuſſu Conſtantini Porphyrogeniti pridem ſelecta, gr. edidit, adiectis notis ſuis et aliis fragmentis a ſe collectis, *Fuluius Vrſinus*, Antwerp. ap. Plantin. 1582. 4. — Alias denique Eclogas de virtutibus et vitiis, ex eodem Polybiano opere, iuſſu eiusdem Conſtantini excerptas ex cod. Nic. Fabricii Peireſcii, (vnde vocantur Excerpta *Peireſciana*,) gr. edidit, latine vertit notisque illuſtrauit *Henr. Valeſius*, Pariſ. 1634. 4. — Interea nouam inſtituit recenſionem, libros Polybianos ex antiquis libris emendauit, latine vertit et commentariis illuſtrauit, et addidit *Aeneae Tactici* commentarium de toleranda obſidione, gr. ac lat. cum notis *Iſaacus Caſaubonus*, Pariſ. ap. Drouardum, (ſunt etiam exempla eiusdem editionis, in quorum fronte legitur, typis Wechel. etc. nullo vrbis nomine adiecto,) 1609. fol. Ex commentariis vero, quos in Polybium molitus fuit Caſaubonus, illos tantum habemus in capita viginti libri primi, poſt

poſt auctoris obitum editos Pariſ. 1617. 8. — rec. (Boeclero curante,) Argentor. 1654. 8. (in meo exemplo non comparent notae in Theophraſti characteres.) Illi quoque recepti ſunt in edit. *Jac. Gronouii*, in qua Caſaubonianus textus cum vitiis operarum typographicarum redditus eſt. Inſcriptio editionis, ſed multo auctioris, haec eſt: *Polybii hiſtoricorum libri, qui ſuperſunt, interprete Iſaaco Caſaubono. Jacobus Gronouius recenſuit, ac vtriusque Caſauboni, Fuluii Vrſini, Henr. Valeſii, Jac. Palmerii et ſuas notas adiecit. Acced. Aeneae commentarius de toleranda obſidione cum interpretatione ac notis Iſ. Caſauboni*, Amſtel. 1670. 8. tom. I—III. — Haec editio repetita eſt typis, et rogatu bibliopolae curante *Erneſti*, qui mendas typograph. ſuſtulit, doctam praemiſit praefationem, et Gloſſarium Polybianum adiiciendum curauit, Lipſiae et Vindobonae 1763. et 1764. 8. III. voll. Multo tamen meliorem et pleniorem criticamque editionem debemus *Jo. Schweighaeuſero*, Argentoratenſi, qui *Polybii Hiſtoriarum quidquid ſupereſt, recenſuit, digeſſit, emendatiore interpretatione, varietate lectionis, adnotationibus* (et ſuis et alienis,) *indicibus illuſtrauit*, tom. I—VIII. (tomi octaui pars prior continet adnotatt. ad reliquias libr. XXXI—XL. atque indicem hiſtoricum et geographicum; poſterior autem pars Lexicon Polybianum, ab Iſaaco et Merico Caſaubonis olim adumbratum, inde ab Erneſti elaboratum, et a Schweigh. emendatum et auctum,) 1789—1795. 8. — Libri ſexti capp. 17—40. *Jo. Ge. Poeſchelius* ſeparatim edidit et opuſculum inſcripſit: — *Polybii Megalopolitani de militia romana libellus, verſione latina, commentatione perpetua et iconibus illuſtratus* etc. Norimbergae 1731. 8. — *Gallica* verſio inſcripta eſt: *Hiſtoire de Polybe*, nouvellement traduite du Grec par *Dom.*

Vin-

Vincent Thuillier: avec un commentaire, ou un Corps de ſcience militaire; enrichi de notes critiques et hiſtoriques etc. par *M. Folard*, Pariſ. 1727—1730. 4. Noua vero operis editio multo correctior et ſupplemento auctior prodiit Amſtel. 1753. 4. VII. voll. — Folardum tamen multorum errorum reum fecit *Quintus Icilius*, h. e. *Car. Guiſchard*, in Memoires militaires ſur les Grecs et les Romains etc. Hagae Comit. 1757. 4. II. tom. et, epigraphe contracta, Lugduni 1760. 8. II. voll. — In linguam *germanicam* transtulit cum adnotatt. atque excerptis ex Folardi et Guiſchardi operibus, ad artem veterum militarem ſpectantibus, *D. C. Seybold*, Lemgov. 1779—1783. 8. IV. tom. — in linguam *anglicam Henr. Shears*, cum vita Polybii et iudicio de eius ſcriptis, auctore *Jo. Dryden*, Lond. 1693. rec. 1699. 8. II. voll. — *Edward Grimeſton*, Londin. 1634. fol. — *Hampton*, Lond. 1756. 4. vol. I. rec. ib. 1761. et 1766. 8. II. voll. et vol. II. ib. 1772. 4. et iunctim ib. 1772. 8. IV. voll. — in linguam *italicam*, cum duobus detectis fragmm. etc. Romae 1792. 4. II. voll. — Conf. *Frid. Chr. Matthiae* progr. *Bemerkungen zu der Livianiſch-Polybiſchen Beſchreibung der Schlacht bey Cannae und der Belagerung von Syrakus*, Francof. ad Moen. 1807. 4. — *Anton. van Goudoever* disput. philolog. de hiſtoricis Polybii laudibus, praeſ. *Phil. Guil. van Heusde*, Traiecti ad Rhen. 1809. mai. 8.

58. *Nicander*, Colophonius; (*Aetolus* quoque dicitur, ſcil. quoniam diu in Aetolia verſatus eſt, atque de rebus Aetolorum, ſitu plantisque regionis ſcripſit, qui vero commentarii aliaque iniuria temporis perierunt;) Grammaticus, Medicus et Poeta. *Albertus* quidem *de Haller*, (quem v. in Bibliotheca botanica, tom. I. p. 54 ſqq. et tom. II. p. 625.) ait, longam eſſe, inconditam

et

et nullius fidei farraginem: ea tamen poemata, quae adhuc exftant, vti et fcholia gr. in illa, continent multa, quae ad hiftoriam artis botanicae et hiftoriam medicinae atque naturae antiquam cognofcendam conducant. Floruit fecundum *Ackermann.* *) Olymp. CLVIII. ante C. n. 147. V. C. 605. Hodie fuperfunt duo carmina, verfibus fcripta heroicis, 1) Θηριακὰ, fiue *de beftiis venenatis et aduerfus illas remediis;* 2) Ἀλεξιφάρμακα, fiue *de remediis aduerfus venena.* — Princeps editio eft *Aldina,* ad calcem Diofcoridis, gr. cum fcholiis graecis, Venet. 1499. fol. — rec. ibid. cum fcholiis gr. et expofitione ponderum, menfurarum, fignorum et characterum, gr. 1522. 4. Scholia prodiere 1523. Ab Aldina editione paffim difceſſerunt, et verba poetae variis vitiarunt modis editores feriores. Iam id hinc inde factum eft in edit. *Jo. Soteris,* cum interpretatione anonymi in Theriaca, et commentariis diverforum auctorum in Alexipharmaca, Colon. 1530. 4. — Ex ed. Soteris textus eft repetitus in edit. *Nicandri Theriaca, Petro Jac. Steue,* medico Valentino, interprete et enarratore, gr. lat. Valentiae per Jo. Mey. 1552. 8. — *Alexipharmaca* cum *Jo. Gorraei* verfione metrica lat. et adnotatt. Parif. apud Vafcofan. 1549. 8. — *Theriaca* cum *Jo. Gorraei* verfione et notis, ibid. 1556. 4. apud Morellum; ac feparatim fcholia in vtrumque poema. Tres hi tomi feorfum editi vnam efficiunt editionem, Parif. ap. Morell. anno 1557. fingulis praefixo, 4. — iunctim in *Jo. Gorraei* Operibus: Definitiones medicae: *Nicandri* The-

*) In inftitutt. hiftoriae medicinae p. 385. Secundum *Fabric.* B. Gr. IV. cap. XXVI. (vbi a p. 344. plura de Nicandro etc. traduntur,) p. 345. temporibus Attali, Pergami regis, qui ab Olymp. CLV. $\frac{2}{3}$. vsque ad Ol. CLX. $\frac{3}{4}$. fceptrum tenuit.

Theriaca et Alexipharmaca etc. gr. et lat. Parif. 1622. fol. — *Nicandri* poemata, gr. fine fcholiis edidit, et auctoritate fcholiorum et ingenii beneficio multa in verbis graecis correxit *Henr. Stephan.* inter *Poetas principes heroici carminis*, Parif. 1566. et repetiit gr. textum ex Stephani recenfione, addita lat. verfione, *Jac. Lectius* in *Poetis gr. veteribus carminis heroici*, Aureliae Allobrog. 1606. fol. — *Theriaca et Alexipharmaca:* Jo. Gorrhaeus latinis verfibus reddidit, italicis vero — Ant. Mar. Saluinius: acced. variantes codd. lectiones, felectae adnotatt. et graeca *Eutecnii*, fophiftae, metaphrafis ex codd. Mediceae et Vindobon. bibliothecae ac nondum edita, curante *Ant. Mar. Bandinio*, Florent. 1764. 8. Idem *Bandin.* in Catal. bibl. Laurent. tom. III. p. 330. e cod. Florent. dedit fupplementum metaphrafeos Eutecnii. — Nouam eamque criticam *Alexipharmacorum* editionem, ex libris fcriptis emendatam, animaduerfionibusque et paraphrafi latina illuftratam curauit *Jo. Gottlob Schneider*, cum fcholiis graecis et *Eutecnii* fophiftae paraphrafi graeca, Halae 1792. 8. — Animaduerfiones ad Nicandri carmen vtrumque fcripfit *Jo. Car. Zeune*, Vitebergae 1776. 4. — *La Porte du Theil* in Notices et Extraits des MSSts de la Biblioth. imperiale et autres Bibliothèques, publiés par l'Inftitut de France etc. tom. VIII. p. 221–236. Parif. 1810. 4. dedit pleniorem, quam in Fabricii Bibl. reddi potuit, hiftoriam litterar. de Nicandro, et ex cod. Parif. fcholia graeca ad vltimos carm. τὰ Θηριακὰ verfus XXV. quae hucusque in editt. defunt.

59. *Apollodorus*, Athenienfis, circ. Olymp. CLVIII. 4. ante C. n. 143. V. C. 609. Ex fcriptis eius peruenerunt ad noftram aetatem *Bibliothecae libri III.* neque hi in tertio libro integri, fiue mythorum cyclus, ex poetis, fcriptoribus prin-

principibus, ordine lucido et ratione commoda nude terſeque expoſitus, libri ad cognoſcendas veterum de diis et heroibus fabulas vtiles. Princeps eſt editio *Benedicti Aegii*, gr. cum eius verſione lat. et adnotationibus: acc. *Scip. Tetti* de Apollodoris commentarius, Romae 1555. 8. Aegius vero auctorem infinitis in locis correxiſſe et interpolaſſe dicitur. Eius verſio caſtigatior recuſa eſt Antwerpiae ap. Jo. Beller. ſ. a. 8. item Lugduni 1608. et ad calcem Hygini aliorumque mythographorum, Pariſ. 1578. — tum editi ſunt graece ex cod. Palat. paucis in locis emendati cum verſione Bened. Aegii ab *Hieronymo Commelino*, ex cuius, ante abſoluendam editionem mortui, ſchedis a Juda Benutio adiecta eſt ſilua variae lectionis cum adnotatiunculis nonnullis interſperſis, ex offic. Commelin. 1599. 8. — Cum Hygino, Palaephato, Fulgentio, Phornuto, Albrico et Arato, Lugduni ap. Jo. Degabian. 1608. 8. — *Apollod.* e recenſione *Tanaq. Fabri*, gr. ac lat. cum notis quibusdam, graeca potiſſimum caſtigantibus, Salmur. 1661. 8. — Inter *Hiſtoriae poeticae ſcriptores antiquos: Apollodorus* etc. graece, (textus vero eſt vitiis typographicis cumulatus,) cum Aegii verſione lat. a Fabro emendata et notis *Thom. Galei,* Pariſ. typis F. Muguet: proſtant ap. R. Scot, bibliop. Londinenſ. 1675. 8. Sed optimam, pleniſſimam et ad codd. msst. recenſitam editionem debemus cel. *Chr. G. Heyne*, graece, Gotting. 1782. min. 8. Acceſſ. doctiſſimae notae cum commentatione de Apollodoro, argumento et conſilio operis, et cum Apollodori fragmentis, part. III. ibid. 1783. min. 8. — Multo auctior et emendatior, curis ſecundis illuſtrata, prodiit editio ſecunda, Gottingae 1803. mai. 8. II. tom. quorum prior tom. continet textum gr. ſubiectis notis criticis et grammaticis, alter autem Obſeruatt. vberrimas hiſtoricas ac mytholo-

thologicas atque indices. Ex hac enata eſt minor editio in vſum ſcholarum, ibid. 1804. 8. — Ex Heynii recenſione repetitus eſt textus graecus, cum breuibus leuibusque notis atque indice graeco-germanico, cura *R. H. Joerdens*, Berolin. 1789. 8. — graece, cum verſione gallica notisque *E. Clavier*, Pariſ. 1805. 8. II. voll. — *Apollodori* Bibl. germanice verterunt *J. G. Meuſel*, Halae Sax. 1768. 8. et *Jo. Frid. Beyer*, Hadamar. et Herborn. 1802. 8.

60. *Meleager*, Gadarenus, Syrus, Epigrammatographus graecus. *Coronam*, (quo nomine inſigniuit ſuam epigrammatum collectionem,) texuit, dum ex diuerſis antiquitatis ſex et quadraginta ſcriptoribus epigrammatum decerpſit flores. Vixit Olymp. circ. CLXX. 3. ante C. n. 96. V. C. 656. Neque multum discedit *Jacobs*, qui in Prolegomenis ad Animaduerſiones in epigrammata Anthologiae graecae vol. I. part. prior. ſiue tom. VI. Anthol. graecae, Lipſ. 1798. 8. §. 11. (vbi agit de Meleagro, Anthologiae conditore,) p. XXXIX ſq. probat, Meleagrum floruiſſe poſt Olymp. CLX. Alii aliter ſubduxerunt rationes eius aetatis. *) Meleagri carmina ſunt noſtra aetate collecta in *Brunckii* Analectis veterum poetarum graecor. tom. I. p. 1 ſqq. carmina CXXIX. — Totidem, at correcta, in *Frid. Jacobs* Anthologia gr. tom. I. Lipſ. 1794. 8. pag. 1 ſqq. — Separatim edita ab *Alberto Chriſt. Meineke*, cum notis criticis textui ſubiectis, atque hiſtoricis et grammaticis, ſeorſum adiectis, Lipſ. 1789. 8. — et, ordine tamen carminum aliter, ac fecerat Brunck, textu autem vt plurimum ex illius recenſione, aut animaduerſionibus conſtituto, a *J. C. F. Manſo*, cum lectionis varietate, verſione lat. metri-

*) Conf. praeter alios *Reiske* in Notitia Anthologicorum, ſubiuncta eius Anthologiae graecae Cephalae, p. 231 ſqq.

metrica et commentario perpetuo, Jenae 1789. 8. Numerantur autem CXXVIII. carmina. — *Meleagri Idyllium in Ver* ſeorſim euulgatum eſt a *Jo. Baptiſta Zenobettio*, gr. cum adnotatt. Romae 1759. 4. (neque tamen hic primus, vt ſibi videbatur, id quaſi recens detectum e cod. Vatic. eruit;) et ab *Alb. Chriſt. Meineke*, gr. cum notis et Hug. Grotii metrica verſione lat. Gotting. 1788. 8. — Ego quoque inſerui illud cum tribus aliis Meleagri carminibus Anthologiae meae gr. poët. ed. Baruthin. p. 255. item *Koeppen* in *Griechiſch. Blumenleſe*, part. III. p. 206 ſqq. et *Wakefield* edit. ſuae Bionis et Moſchi, Londin. 1795. 8. — *Meleagri* epigrr. tamquam ſpecimen nouae recenſionis Anthologiae graecae cum obſeruatt. crit. edidit *Frid. Graefe*, Lipſ. 1811. mai. 8. — Germanice carm. in ver verterunt *Gedike* in *Leipzig. Muſenalmanach* 1781. 8. atque *Gotthelf Guil. Chriſtoph Starke* inter ſua carmina, Bernburg. 1788. 8. edita. Add. *Imm. G. Huſchke* in Analect. critic. in Anthol. gr. Jenae et Lipſ. 1800. 8. capp. II. et III.

61. *Ezechiel*, Judaeus, forſan Alexandrinus, poeta tragicus. Quando vixerit, non omnino conſtat. *Saxius* in Onomaſt. lit. I. p. 143. (quem conſules,) ſuſpicatur, eum vixiſſe circiter Olymp. CLXXI. 2. ante C. n. 93. V. C. 659. Scripſit Tragoediam Ἐξαγωγὴν ſ. de exodo Iſraelitarum ex Aegypto, Moyſe duce; ſed pauca illius ſuperſunt fragmenta, a Clemente Alexandrino, Euſebio et Euſtathio ſeruata, atque collecta, editaque cum verſione metrica et caſtigatt. a *Fed. Morello*, Pariſ. 1590. 8. etc. et aliis.

62. *Scymnus*, Chius, poeta et geographus, circ. Olymp. CLXXII. 3. ante C. n. 88. V. C. 664. Eius Περιήγησιν ſiue *orbis deſcriptionem*, carmen iambicum, primus gr. edidit, at ſub falſo nomine *Marciani Heracleotae*, et mutilam, cum Scy-

Scylace et aliis *Dav. Hoeschel*, cum notis, in Geographicis, Aug. Vindel. 1600. 8. p. 1 sqq. — Tum *Fed. Morell*, gr. et lat. Paris. 1606. 8. — *Erasmus Vindingius*, gr. cum lat. interpretatione et notis, Hafniae 1662. 12. — et, praefixo veri auctoris *Scymni* nomine, *Hudson.* in Geogr. min. graecis, tom. II. p. 9 sqq. gr. cum Vindingii interpretatione lat. notisque, et suis castigationibus, nec non cum fragmentis, a Luca Holstenio collectis, et cum Henr. Dodwelli diss. de Scymno. Conf. *Bredowii* Epistolae Parisienses p. 12. 30.

63. *Geminus*, Rhodius, Astrologus, aequalis Posidonii, sed iam senis, cuius Μετεωρολογικὰ in Epitomen redegisse dicitur, et aequalis Pompeii atque Ciceronis, Olymp. circ. CLXXVIII. 3. ante C. n. 66. V. C. 686. vt *Saxius* in Onom. litt. I. p. 146. paullo vberius demonstratum iuit: alii aliter tempus computant. Eius Εἰσαγωγὴ εἰς τὰ Φαινόμενα siue *Elementa astronomiae* edidit *Edo Hildericus*, gr. cum sua versione, Altdorf. 1590. 8. rec. Lugd. B. 1603. 8. tum emendatiora ex II. codd. *Petauius* gr. cum Hilderici versione suisque notis in Vranologio, Paris. 1630. p. 1. et Amstel. 1703. fol.

64. *Dionysius*, Thrax, Grammaticus graecus; quem eodem, quo Geminus vixerat, tempore fuisse, suspicatur *Saxius* l. c. p. 147. tom. I. Eius *artem grammaticam*, in quam plurium veterum commentarii gr. in Msst. reperiuntur, primus edidit *Fabric.* in B. Gr. vol. VI. (vbi a pag. 307 sqq. a Fabricio et a me copiosius agitur de Dionysio eiusque arte grammatica,) pag. 311 sqq. et ego subieci varias codicis Veneti lectiones, a *Villoisonio* excerptas et publicatas in Anecdotis gr. tom. II. pag. 99 sqq. et p. 98. 102. 171 sq. quaedam notatu digna adnotantur.

65. *M. Junius Brutus*, Romanus, historicus ac philosophus, Caesarisque interfector. Ipse periit

periit Olymp. CLXXXIV. 3. ante C. n. 40. V. C. 712. Hoc loco tantum memoramus *epiſtolas graecas*, quas ſcripſiſſe fertur eo tempore, quo Brutus et Caſſius, exſtincto Caeſare, cum Dolabella geſſerunt bellum: quas tamen a Sophiſta quodam ſcriptas ideoque ſuſpectas eſſe indicant viri eruditi. Exſtant illae graece cum Phalaridis et Apollonii philoſophi epiſtolis, ex aedibus Bartholom. Juſtinopolitani etc. 1498. 4. (v. *Panzeri* annal. typogr. III. p. 443. nr. 2401.) — cum aliorum Graecorum epiſtolis, ap. Ald. Manut. 1499. 4. — et in collectione Pariſ. 1557. 4. et H. Stephan. 1577. 8. atque alibi.

Poſidonius, Apamea, vrbe in Syria, ortus, natus eſt A. V. 619. Olymp. CLXI. 1. Juuenis Athenas ſe contulit, et audiuit Panaetium, philoſophum Stoicum; hoc a. V. 642. vel paullo poſt mortuo, alias regiones, Hiſpaniam, Italiam, Siciliam, Dalmatiam, Narbonenſem Galliam luſtrauit, indeque Ligures adiit, atque in omni itinere et phyſici et geographi et hiſtorici munere functus eſt. Tum Rhodum ſe contulit, (vnde etiam *Rhodius* cognominatur,) atque non ſolum ſcholam aperuit, ſed etiam cum alios honores, tum Prytanis geſſit munus, qui ſummus erat Rhodi magiſtratus: atque etiam A. V. 668. aetatis fere 50. legatus Romam ad Marium, VII. conſulem, miſſus eſt. Poſidonio, Rhodi manente et cum magna laude docente, praeter multos alios clariſſimos Romanos, Cicero, quum Rhodum adiiſſet, vſus eſt magiſtro et familiari, eumque poſtea in libris ſuis frequenter laudauit. Poſidonius autem eruditionis ſcribendique laudem ad extrema aetatis tempora retinuit, et tandem anno aetatis LXXXIV. et A. V. 703. vita deceſſit, atque Iaſonem, e filia nepotem, in ſchola habuit ſucceſſorem. Permulta varii argumenti variaque ratione ab eo conſcripta memorantur a veteribus; at

pauca

pauca ſuperſunt fragmenta. Sed haec et multo plura vberrime expoſita ſunt et doctiſſime explicita in libro, inſcripto: *Poſidonii Rhodii Reliquiae doctrinae: collegit atque illuſtrauit Janus Bake: accedit D. Wyttenbachii annotatio.* Lugd. Bat. 1810. 8.

Philodemus, Gadarenſis, Epicureus Ciceronis aetate nobiliſſimus. Ex eius poematibus ſuperſunt hodie epigrammata quaedam graeca. — Poſt alios a *Brunckio* in Analectis vett. poetarum graec. tom. II. p. 83 ſqq. edita ſunt atque in tom. III. explicita XXXI. epigrammata; XXXIV. autem epigrr. a *Frid. Jacobs* edita in Anthologia gr. tom. II. p. 70 ſqq. et vberius expoſita in Animadverſion. in epigrr. vol. II. part. I. p. 211 ſqq. Scripſerat quoque opuſc. *de Rhetorica*, et *ſuper virtutibus et vitiis* atque *de Muſica:* ſed fragmenta libri *de rhetorica* protulerunt Herculanenſium antiquitatum editores, tom. V. p. 721. et *de Muſica* liber IV. ſ. fragmm. edita cum eruditis amplisque Car. Roſini notis ac verſione latina, in Herculanenſium voluminum, quae ſuperſunt, tom. I. Neapoli 1793. fol. cum 39. tabulis aen. p. 179. *) Voc. autem *Muſica* h. l. comprehendit quoque poeſin tam epicam, quam lyricam, et refutaturus Diogenem Babylonium philoſophice ſcripſit contra Muſicam. Columnas codicis, quae euolui et legi poterant, repetiit gr. et lat. cum Roſini ſcholiis ſuisque animaduerſſ. *Chriſtoph. Theoph. de Murr* in commentatione de Papyris ſeu voluminib. graecis Herculanenſib. Argentor. 1804. m. 8. Add. auctorem libri: *Reiſe von Warſchau*

*) Conf. longam cenſuram in Ephem. litter. Gotting. 1794. plag. 159. p. 1589 ſqq. et *Chriſti. Gothofr. Schütz* progr. in *Philodemi* Περὶ μουσικῆς librum IV. nuper ab Academicis Herculanenſib. editum, animaduerſionum part. 1. Jenae 1795. fol.

ſchau über Wien nach der Hauptſtadt von Sicilien, Wratislav. et Lipſ. 1795. 8.

66. De *Juba*, Jubae regis Numidiae filio, ſub Julio Caeſare et Octauiano Caeſare, eiusque libris deperditis ac tabulae marmoreae titulo ſuſpecto plura notauit *Saxius* in Onomaſt. I. p. 178 ſqq.

67. *Didymi Alexandrini*, qui Χαλκέντερος cognominatus eſt, aetas in illud quoque tempus incidit. Fuit Grammaticus, et quatuor millia librorum conſcripſiſſe dicitur. Scholia in Homerum, quae ſub eius nomine circumferunt, (v. ad Homerum, atque *Fabric.* B. Gr. vol. I. libr II. cap. 3. p. 386 ſqq. et vol. VI. p. 363.) ſunt ex Didymi multorumque aliorum commentariis aeuo multo ſeriore congeſta. Conf. *Aug. Guil. Ferber* diſſ. ſcholia graeca in Homerum, quae Didymo vulgo tribuuntur, generatim luſtrans, Helmſtad. 1770. 4.

68. *Conon*, tempore Caeſaris et Antonii: ſcripſit L. διηγήσεις ſiue *narrationes de rebus mythicis*. Illarum narratt. argumenta, quae ad intelligendas antiquiſſimas narrationes mythosque adhuc grauia ſunt atque vtilia, ſatis perſpicue expoſuit et ſeruauit *Photius* in cod. 186. et gr. ac lat. cum *Hoeſchelii* ac *Schotti* notis vulgata a *Th. Gale* inter Hiſtoriae poet. ſcriptores, Pariſ. 1675. 8. p. 241. — a *Lud. Henrico Teucher*, *Con. narratt.* cum *Ptolemaei* hiſtoriis ad variam eruditionem pertinentibus et *Parthenii* narrationibus amatoriis, graece cum eius emendatt. et notis variorum, Lipſ. 1794. 8. — ed. II. ibid. 1803. 8. — *Cononis* narratt. — adnotationibus illuſtrauit *Jo. Arnold. Kanne*, praefixa eſt epiſt. ad Heynium: adiectum *Chr. Gottlob Heynii* ſpicilegium obſeruatt. in Cononem, Gotting. 1798. 8. Add. paullo poſt de *Parthenio*.

69. *Memnon*: ſcripſit *commentariorum hiſtoricorum de rebus Heracleae Ponticae* libr. XVI. ab origine vrbis vsque ad mortem Bithagorae,

rae, Heracliensium legati ad Julium Caesarem. Ille autem num his temporibus esse possit, non ausit definire *Saxius* l. c. p. 181. Ex libris IX. vsque ad XVI. seruauit Photius ampla excerpta, quae cum reliquiis quibusdam Ctesiae et Agatharchidis etc. primus graece edidit *H. Stephanus* 1557. 8. — rec. cum versione lat. seorsum excusa, 1594. 8. — gr. et lat. Geneuae 1593. 8. — et cum noua *Rich. Bretti* versione, Oxon. 1597. 8.

70. *Parthenius*, Nicaenus, Eroticorum scriptor sub Augusto imper. et inscripsit librum suum *de amatoriis adfectionibus* Cornelio Gallo; editum gr. et lat. interprete *Jano Cornario*, Basil. 1531. 8. ap. Froben. — Basil. 1555. — cum Achillis Tatii et Longi Eroticis, per Judam et Nicol. Bonnuitios, in bibliop. Commeliniano, 1606. 8. — cum Eustathio siue Eumathio, Lugd. Bat. 1618. 8. — gr. et lat. cum notis *Th. Gale* in eiusd. historiae poet. scriptoribus, Paris. 1675. 8. p. 341 sqq. et not. p. 121 sqq. — cum *Cononis* narrationibus etc. graece cum emendatt. etc. *Lud. Henr. Teucher*, Lips. 1794. 8. et 1803. 8. (vid. §. 68. de Conone.) — *Parthenii* narratt. amatoriarum libellus, emendatus studio *Lucae Legrand*, in lucem editus curante *C. G. Heyne*, Gottingae 1798. 8. Atque ibid. et eod. anno communem acceperunt inscriptionem: *Cononis narrationes* L. et *Parthenii* narratt. amatoriae. *). Conf. criticas eruditasque adnott. *Frid. Jac. Bastii* in Epistola critica super Antonino Liberali, Parthenio et Aristaeneto, cum auctoris emendatt. et additamentis msstis e lingua gallica in lat. versa a *Carolo Alberto Wiedeburg*. Lips. 1809. 8. p. 204 sqq. et

*) De *Antonio Musa*, Graeco, Octauiani Augusti archiatro, vid. *Ackermanni* progr. de Antonio Musa, Octav. Aug. Medico, et libris, qui illi adscribuntur, Altdorf. 1786. 4. Quod h. l. per occasionem adnotare volui.

in Adpendice ad hanc epiſtolam, quam ibid. eodemque anno edidit *G. H. Schaeſerus.*

71. ***Babrius***, Apologorum ſcriptor, cuius nomen iam antiquioribus temporibus corrupte ſcriptum legitur modo *Gabrias*, modo *Babrias*, quamquam alii hos inter ſe, horumque aetatem diſtinguunt. *) Iudice *Tyrwhitto* vixit *Babrius* temporibus Auguſti imper. aut paullo ante illa; *Saxius* autem in Onomaſt. I. p. 402. *Gabriam* ſiue *Babriam*, (ſic eum nominauit,) ad ann. Chr. 348. referendum eſſe ſuſpicatur. Is fabulas, quae ſub Aeſopi nomine ferebantur, expoliuit choliambis, quos verſus temporibus ſequioribus homines male feriati reduxerunt in proſam; vnde noua fabularum Aeſopearum collectio orta eſt. Quasdam *Babrii* ineditas fabulas reperit *Tyrwhitt* in cod. Bodleiano, in iisque Scazontum veſtigia, et fabulas vndecumque collegit numerisque ſuis reſtituit in *Diſſertat. de Babrio, fabularum Aeſopearum ſcriptore. Inſeruntur fabulae quaedam Aeſopeae, numquam antehac editae, ex cod. Bodleiano. Acced. Babrii fragmenta.* Londini 1776. mai. 8. et ſuae Orphei de lapidibus editioni adiecit *Auctarium*, quam diſſertationem vna cum auctario typis repetendam curaui, Erlangae 1785. 8. — Aeſopeas *Babrii* fabulas, quas Tyrwhitt publicarat, addidit *Teucherus* editioni ſuae Antonini Liberalis transformationum congeriei etc. Lipſiae 1791. 8. — Fabulae, quae ſub nomine *Gabriae* aut *Gabrii* feruntur, iam diu cognitae ſunt, atque cum aliis auctoribus pluries editae. **) XLIII. fabulas

*) Vide *Henr. Cannegieter* in praefat. ad Auiani fabulas, quas cum ſuis aliorumque animaduerſion. edidit Amſtel. 1731. mai. 8. et quae ex illa et *Tyrwhitti* diſſ. de Babrio vberius repetii ad *Fabric.* B. Gr. vol. I. p. 628 ſqq. vbi §. VII. et VIII. plura leges de *Babrio* etc.

**) Conf. *Schwabe* in prolegomm. ad ed. Phaedri fabb. Brunsuig. 1806. 8. ſect. IV. p. 155 ſq.

bulas primus edidit gr. et lat. *Aldus Manutius*, cum Phurnuto, Palaephato et aliis, Venet. 1505. fol. tum Jo. Frobenius, gr. et lat. Basil. 1518. 8. et 1521. 8. inter scriptores gnomicos, cum Aphthonii Aesopique fabulis etc. Reliquas XI. fabb. iambis tetrastichis, cum reliquis aliisque, in collectione inscripta: *Fabulae variorum auctorum* etc. gr. et lat. cum notis, *Isaacus Nicol. Neueletus* e codd. Palatinis addidit Heidelb. 1610. 8. et mutata tantum tituli pagina, 1660. 8. — Eaedem sub nomine *Ignatii*, Magistri et Diaconi, qui fabulas Babrii in epitomen redegit, editae sunt ad calcem Phaedri, a Rittershusio et aliis illustratae, Lugd. B. 1598. 8. — *Aesopi* et *Babrii* Mythologia Aesopica et *Cebetis* tabula, in vsum scholae Etonensis, Londini 1682. 12. — *Gabriae* fabulas *Jo. Ge. Walch*, exemplum Aldinum sequutus, Phaedri fabulis adiecit, Lips. 1712. et 1735. 12. — Nuperrime *Babrii* quae restant, correctiora dedit *Jo. Gottl. Schneider* in sua Aesopiarum fabularum editione, Vratislav. 1812. min. 8. — *Gabriae Fabeln aus dem Griechischen, mit Anmerkungen von J. C. F. Bährens*, Colon. 1787. 8.

72. *Dionysius Halicarnasseus*, Alexandri filius, ex Caria, Halicarnassensis, historicus, ad interiorem historiae et antiquitatis romanae intelligentiam vtilissimus, qui, dum in Graecorum gratiam potissimum scripsit, multa, quae Romanis quidem, quos interdum adulatus est, notissima, nec iis notatu digna videbantur, Graecis autem non satis erant perspecta, et nobis incognita mansissent, grauiter, perspicue, nec omnino ineleganter, Polybium inprimis imitatus, memoriae prodidit. Eius tamen oratio scatet modis loquendi, partim patriam Cariam redolentibus, partim et ipsi et saeculo, quo vixit, propriis. Praeterea rhetor et criticus perspicax atque acutus, in iudiciis de veteribus

teribus est seuerus, neque tamen vbiuis locuples testis et arbiter iustus. Secundum *Dodwellum*, in dissert. de aetate Dionysii Halicarn. in editt. Hudsoni et Reiskii, sect. IX. natus est intra annum Varron. 676. et 700. siue Olymp. 175—181. Romam venit circa Olymp. CLXXXVII. 2. V. C. 723. ante C. n. anno XXX. atque ab eo tempore per annos XXII. ibi versatus, latinae linguae facultatem, aliaque ad historiam romanam scribendam necessaria monumenta ac subsidia sibi comparauit, et partim e commentariis veterum latine scriptis, partim ex familiaritate cum viris eruditis materiam sibi amplam vberemque ad futurum opus digerendum congessit. Anno autem Olymp. CXCIII. 1. aut CXCII. 4. a. V. C. Varroniano 746. aut 747. aut Catoniano 745. ante C. n. 7. aut 8. (v. *Saxii* Onom. I. p. 145 sq.) conscribere atque edere coepit *Antiquitatum* siue *Originum romanarum*, Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας, *libros* XX. ab V. C. vsque ad Olymp. CXXVIII. 3. siue ad initia belli primi Punici, a quo incipit Polybii historia. Ex his viginti libris priores tantum vndecim ad annum vrbis 312. et ex posterioribus fragmenta quaedam de legationibus adhuc supersunt. Praeterea scripsit *de Structura orationis* librum; *artem rhetoricam*; varias *epistolas* et libellos criticos, in quibus de poetis, historicis, philosophis atque oratoribus acute, nec tamen raro iuueniliter iudicauit. — Libros X. cum vndecimo imperfecto, sine signaturis, custodibus, paginis et inscriptione, *Lapus Biragus*, Florentinus, latine e duobus codd. Vaticanis transtulit: in calce legitur: Impressum Taruisii per Bernardum Celerium De Luere; 1480. fol. Quoniam Biragus, quamquam pleraque minus latine, multa finisire vertit, codd. graecos presse sequutus verbum verbo reddere studuit in versione: haec instar MSti habenda est, et criticis ad

verae

verae lectionis inueſtigationem viam patefecit. — Recuſa eſt illa editio Regii 1498. fol. et Pariſ. 1529. fol. — tum per *Henr. Glareanum* libri recogniti ſunt atque innumeris mendis repurgati, et illuſtrati adnotationibus etc. Baſil. in offic. Frobeniana 1532. fol. — *Rhetorica* quaedam graece edidit Aldus Manut. in collectione rhetorum, Venet. 1508. fol. — Idem *Aldus* primus edidit *Dion.* de Lyſia et Iſocrate iudicium cum Lyſiae et Iſocratis oratt. 1513. fol. — *Antiquitatum roman.* libri X. *graece* primum prodierunt Lutetiae ex offic. Rob. Stephani, 1546. fol. et ibid. ex eadem officina, *Dionyſii Hal.* de compoſitione, ſeu orationis partium apta inter ſe collocatione ad Rufum, artis rhetoricae ad Echecratem: item, quo genere dicendi ſit vſus Thucydides, ad Ammaeum, 1547. fol. — Nouam recenſionem *Dion. Halic. ſcriptorum, quae exſtant, hiſtoricor. et rhetoricorum* ope et auctoritate codd. MSS. fecit, graeca emendauit, e codd. potiſſimum Romano ac Veneto ſuppleuit, Gelenii verſionem innumeris locis caſtigauit, librum vndecimum et fragmenta de legationibus, a *Fuluio Vrſino* *) edita, et iam recens ad Julii codicem emendata, notas et alia adiecit *Frid. Sylburg,* Francof. ap. hered. Andr. Wechel. 1586. fol. II. voll. quorum prius continet hiſtorica ſcripta, poſterius, quod rarius eſt et ſeparatim editum, comprehendit libros rhetoricos et criticos, e codicibus et coniecturis tam Sylburgii quam aliorum emendatiores, notisque inſtructos, duobusque antea ineditis libris, n. de dicendi vi Demoſthenis et de Thucydide libr. ad Q. Aelium Tuberonem auctos. — Haec editio gr. ac lat. at minus emendate, recuſa eſt Lipſiae 1691. fol. — *Aemi-*

---

*) Edita ſunt *Excerpta ex Dionyſio Hal. de Legationibus*, gr. cum *Fuluii Vrſini* notis, in Excerptis ex Polybio et al. de Legationibus, Antwerp. 1582. 4.

Aemilius Portus libros Antiquitatum roman. latine vertit, suisque illustrauit notis, et cum Glareani chronologia exc. Eustathius Vignon sibi et H. Stephano, 1588. fol. rec. ap. Anton. de Harsy, 1590. 12. — et cum notis Henr. Stephani et Is. Casauboni; item excerpta de legationibus ex triplici versione, et cum notis H. Stephani, Frid. Sylburgii et ipsius Porti, Lugd. ap. Vignon. 1592. fol. — Splendida potius, quam curate intelligenterque facta, contra vitiis typographicis commaculata est Opp. editio *Jo. Hudsoni*, gr. ex recensione Sylburgii et cum Porti versione latina hinc inde emendata, cum notis variorum, (Sylburgii vero mutilatis,) et variis lectt. codd. Vatican. acced. Excerpta de legationibus, gr. cum versione H. Stephani et variorum notis; Peiresciana, cum *Henr. Valesii* *) interpretatione et obseruatt. H. Dodwelli dissert. de aetate Dionysii et tabulae chronologicae Dionysianae. Oxon. 1704. fol. — Hanc editionem typis repetere coepit Georgius, librarius Lipsiensis, et curam demandauit *Jo. Jac. Reiskio*, qui eam, posteaquam plures voluminis I. plagulae a pag. 2—464. iam praelo exierant, minus quidem praeparatus, suscepit, textum a vitiis typographicis purgauit, ac fide codicum, praecipue Vaticani saepius, et ex ingenio interdum correxit, singulis tomis adiecit notas, maximam partem criticas, gr. et lat. cum adnotatt. H. Stephani et aliorum, Lips. 1774—1777. voll. VI. 8. cum indicibus locupletissimis. Voluminis sexti post Reiskium mortuum curam gessit *Morus*. Accesserunt igitur Obseruatt. *Caperronnerii* in Dionysii libellum de vi et sublimitate Demosthenis ductae e Mem. de l'acad. des Inscript. tom. XXIV. p. 1 sqq.

*) Prodierunt in lucem: Fragmenta ex libro XII. Antiquitat. romanarum, gr. et lat. cum notis *H. Valesii*, in eiusdem Excerptis Peirescianis, Paris. 1634. 4. p. 528 sqq.

p. 1 ſqq. ac *Toupii* emendationes, ex eius Curis nouiſſimis in Suidam eiusque Emendatt. in Suidam excerptae. Futuro tamen editori plura ſuperſunt, in quibus caute intelligenterque emendandis, curatius explicandis, ac diligentius illuſtrandis ingenium atque eruditionem oſtendere poſſit. Atque bene praeiuit *David Chriſtian. Grimm*, qui plura loca particularum, ex libris antiquitatum Dionyſii excerptarum, critice, grammatice et hiſtorice perſequutus eſt in libro inſcripto: *Dionyſii Halic. Archaeologiae romanae, quae ritus romanos explicat, ſynopſis.* Adornauit, animadverſiones interpretum ſuasque et indicem — adiecit *Dav. Chriſtian. Grimm.* Accedunt auctaria quaedam. Lipſ. 1786. 8. — *Selecti Dionyſii Halic. de priſcis ſcriptoribus* tractatus, gr. et lat. cum adnotatt. *Guil. Holwell* — Londini 1766. 8. et iterum ibid. 1778. 8. — De antiquis oratoribus comment. recenſuit — *Eduardus Rowe Mores*, gr. Oxon. 1781. 8. II. voll. Haec editio diverſa eſt ab Holwelli edit. de priſcis ſcriptoribus modo memorata, et ab editione *Moreſii* priore de antiquis Oratoribus etc. Oxon. 1749. 8. — Ex *Dionyſii Hal. archaeologiae romanae* lib. X. cap. I—VIII. explanauit *Jo. Sam. Horſtigius*, (gr. contextus eſt Reiskianus; ipſe Horſt. nouam concinnauit lat. verſionem et addidit bonas adnotatt. tam criticas, quam antiquarias et grammaticas,) Lipſ. 1790. 8. — De *Theodori Gazae* verſione lat. atque edit. quorumdam Dionyſii praeceptorum v. infra §. 160. cap. II. ſect. 5. — *De ſtructura orationis* liber, e recenſione Sylburgii editus a *Jac. Vptono*, gr. et lat. cum eiusdem et Sylburgii integris aliorumque ſelectis notis, Londin. 1702. 8. — tum ab eodem *Vptono* ſecundis curis ex ſubſidiis aliorum et codd. emendatior et caſtigatior auctiorque, Londini 1728. 8. et tertia edit. prioribus emaculatior, ibid. 1747. mai. 8. —

Τέχνη

Τέχνη ῥητορικὴ, quae vulgo integra Dionyſio Halic. tribuitur, emendata, noua verſione latina et commentario illuſtrata, auctore *Henr. Aug. Schott*, Lipſ. 1804. mai. 8. — Egregia eſt editio: *Dionyſii Halic.* de compoſitione verborum liber: gr. et lat. cum priorum editorum ſuisque adnotatt. edidit *Godofr. Henr. Schaefer*. Acced. eiusdem Meletemata critica in Dionyſii artem rhetoricam cap. I—IV. Lipſiae 1808. mai. 8. *) — *Dionyſii Hal.* Antiqq. rom. vertit *anglice Edw. Spelman*, notis ac diſſertationibus adiectis, Londini 1758. 4. IV. voll. — in ſermonem *gallicum* transtulerunt *Gabriel François le Jay*, cum notis hiſtoricis, criticis et geographicis, Pariſ. 1722. 4. II. tom. at melius *Bellanger*, cum notis hiſtoricis, geographicis, chronologicis et criticis per *M*···, Pariſ. 1723. 4. II. tom. — in linguam *germanicam*, *Jo. Laur. Benzler*, Lemgov. 1771. et 1772. 8. II. tom. — Verſio *Dion. Hal. von dem Character des Thucydides germanica J. G. Meuſelii* in Gatteri hiſtor. Biblioth. vol. VI. nr. 1. Hal. Sax. 1767. 8. atque iudicium de Iſocrate *germanice* vertit, et adiecit commentat. *Frid. Schlegel*, in Muſeo attico Wielandiano, tom. I. part. 3. Tiguri 1796. 8. — *Italica* verſio Antiqq. roman. cum notis, Romae 1794. 4.

73. *Diodorus Siculus*, ex Agyrio ſiue Argyrio, Siciliae oppido, ortus, floruit ſub Caeſare et Auguſto et circiter a. Olymp. CXCIII. 1. ante C. n. 6. V. C. 746. Hiſtoricus praeclarus, qui, vt de ſingulis accurate ſcriberet, magnam Aſiae et Europae

---

*) Conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 459 ſq. not. 72. Atque *Schaefer* in noua edit. *Ariſtoph. Pluti* ab Hemſterhuſio olim curati atque explicati, Lipſ. 1811. 8. in vltimo additamento dedit varias lectt. ad cap. XIV. Dionyſii Halic. de compoſit. verborum, excerptas ex II. codd. Hermogenis in biblioth. Pariſ.

ropae partem, Aegyptum quoque perlustrauit, et ex scriptoribus superiorum saeculorum graecis, etiam ex priscis Romanorum commentariis ad res et gesta veterum populorum describenda materiam congessit. Scripsit vero *Bibliothecam historicam* *), siue res ab vltimis inde aetatibus vsque ad Olymp. CLXXX. 1. per cognita orbis loca gestas libris XXXX. quorum quidem dimidia fere pars temporis iniuria periit. Historiam vero tam mythicam quam ciuilem perspicue, diligenter moreque Annalistarum persequitur, et temporis rationem vbique notat. In vltimis tamen nationum temporibus multas, tum quidem temporis vulgares, narrat fabulas, et in romanis nominibus et definiendis temporibus aliquoties alucinatur. Ab aliis iusto grauius culpatur; ab aliis rectius excusatur et laudatur. Primus libros VI. (vel potius quinque, quia liber primus ab interprete in duo diuisus est,) primores latine vertit *Fr. Poggius:* acced. *Cornelii Taciti* de situ, moribus et populis Germaniae libellus, Bonon. 1472. fol. quae edit. saepius repetita est. — Primum libri XVI— XX. graece vulgati sunt non emendatissimi quidem, variis tamen meliores illis editionibus, quae cultissimae sunt habitae, opera et studio *Vincentii Obsopoei*, Basil. ap. Jo. Oporin. sumt. Roberti Winter, 1539. 4. — Tum auctior prodiit Diodori Sic. historia, curante *H. Stephano*, inscripta: *Diodori Sic. Bibliothecae historicae libri quindecim de quadraginta. Decem ex his quindecim nunquam prius fuerunt editi.* Paris. 1559. fol.

*) Num vero historiam *catholicam* siue, quam vocant, *vniuersalem* scripserit, nec ne? nostra aetate disputatum est. V. *Ernesti* praefat. ad vol. I. historiae vniuersalis, a *Guthrio* anglice scriptae, et a variis in linguam theotiscam translatae, atque *Jer. Nicolai Eyringii* diss. de historiae vniuersalis apud Graecos Romanosque et nostros iam scriptores diuersa ratione, Gottingae 1763. 4. p. XVI sq.

fol. graece. Addidit fragmenta quaedam ex libris Diodori deperditis, gr. et lat. — Noua fragmenta publicarunt notisque illuſtrarunt *Fuluius Vrſinus* in *Excerptis ex Diodoro Siculo de Legationibus*, gr. cum Excerptis ex Polybio de legationibus, Antwerp. 1582. 4. — *Dauid Hoeſchelius* in *Excerptis e Diodoro*, graece, ad calcem Eclogarum de legationibus, Auguſtae Vindel. 1603. 4. p. 150 ſqq. — et *Henr. Valeſius* in Excerptis Peireſcianis, Pariſ. 1634. 4. p. 220 ſqq. gr. et lat. — Fragmenta inſigniter auxit, omiſit tamen *Vrſini* eclogas legationum, *Laur. Rhodomannus* in ſua editione, rara, *Diod. Siculi biblioth. hiſtor.* gr. et lat. Hanouiae, typis Wechel. 1604. fol. — Multo tamen plura praeſtitit, ſiue contextum gr. ſiue verſionem atque rerum verborumque interpretationem ſpectes, omnia, quae Stephanus, Rhodomannus, Vrſinus ac Valeſius collegerant, reddidit, nouis fragmentis auxit et aliorum adnotatt. partim antea ineditis, ſuisque ornauit aliaque addidit *Weſſelingius* in praeclara ſua editione: *Diodori Siculi bibliothecae hiſtoricae libri, qui ſuperſunt, interprete Laur. Rhodomanno: ad fidem MSS. recenſuit Petrus Weſſelingius, atque Henr. Stephani, Laur. Rhodomanni, Fulvii Vrſini, H. Valeſii, Jac. Palmerii et ſuas adnotatt. adiecit.* Amſtel. 1746. fol. tom. I. II. cum VI. indicibus. — Haec Weſſelingii editio gr. et lat. repetita eſt, at aucta et bene diſpoſita, ex tribusque potiſſimum codd. hinc inde emendatior, curantibus *Extero* aliisque, additis tribus *Chr. G. Heynii* commentationibus et argumentis disputationibusque *Jer. Nicol. Eyringii*, vol. I. II. Bipont. 1793. 8. vol. III—X. Argentor. ex typogr. ſocietatis Bipontinae, a. 1798. vsque ad a. 1801. et vol. XI. indices complectens, ibid. 1807. mai. 8. *Eclogae* a Schweighäuſero iterum collatae cum cod. Bauar., excerpta fragmentaque melius diſpo-

dispoſita ſunt ſecundum ordinem librorum et ex II. codd. adiectae quorumdam librorum variae lectt. — Ex Weſſelingii recenſione *Jo. Frid. Lud. Wachler* ita, vt in textum quasdam reciperet lectt. quas ipſe Weſſelingius probarat in notis, Diodori Sic. biblioth. hiſtoricae libros, qui ſuperſunt, et fragmenta graece edere coepit, vol. I. partem priorem Lemgov. 1798. — partem poſteriorem ſ. libros IV—XI. ibid. 1799. mai. 8. — Poſt Frid. Auguſt. Wolfium, qui nouam parare coeperat editionem, huius curam ſuscepit *Henr. Car. Abrah. Eichſtädt*, et, textu ſaepe ex libris, interdum de coniectura reficto, in lucem prodire iuſſit vol. I. quod continet IV. priores Diodori libros, praeter praefatt. ac dedicationes cum ſuperiorum editionum tum longam doctamque ipſius Eichſtaedtii, Halis Saxon. 1800. mai. 8. — vol. II. quod complectitur libr. V. et XI—XIV. ib. 1802. 8. In ſequentibus voluminibus praeterea comparebunt latina Laur. Rhodomanni emendatior interpretatio, atque notae virorum doctorum ex edit. Weſſeling. integrae ipſiusque Eichſtaedtii aliaeque commentationes. — Diod. Bibl. hiſtor. conuerterunt in linguam germanicam *Frid Andr. Stroth* tom. I—IV. et poſt huius mortem *Jo. Frid. Sal. Kaltwaſſer* tom. V. et VI. Francof. ad Moen. 1782—1787. 8. VI. tom. cum nonnullis, textui ſubiectis animaduerſionibus. — in linguam Franco-gallicam *Terraſon*, tom. I—IV. Amſtelod. 1737--1743. 8. cum notis, interdum criticis. — De ſpuriis Diodori epiſtolis aliisque rebus ſcriptisque ad Diodorum pertinentibus agitur in *Anton. Mongitor.* Bibl. Sicula, tom. I. p. 158 ſq. et *Fabricii* B. Gr. vol. IV. p. 373 ſqq.

74. *Nicolaus*, Damaſcenus, philoſophus peripateticus, poeta, orator et hiſtoricus: an. Olymp. CXCIII. 2. ante C. n. 5. V. C. 747. ab Herode miſſus eſt orator ad Octavianum Caeſarem. Scripſit

pſit hiſtoriam catholicam et Aſſyriacam, (quae quidem pars hiſtoriae vniuerſalis fuiſſe videtur;) de vita Auguſti, et de ſua ipſius vita. Fragmenta collecta et edita ſunt in Excerptis Peireſcianis *Henr. Valeſii,* Pariſ. 1634. 4. p. 414 ſqq. — Ex *Nic. Damaſceni* vniuerſali hiſtoria, ſeu de moribus gentium libris excerpta Jo. Stobaei collectanea, quae *Nicol. Cragius* latina fecit, et ſeorſim edidit: ap. Petr. Santandreanum, 1593. 4. — gr. et lat. interprete Cragio, in *Jac. Gronouii* Theſ. antiqq. gr. tom. VI. p. 3843. — Optima eſt editio: *Nicolai Damaſceni* Hiſtoriarum excerpta et fragmenta, quae ſuperſunt, graece. Nunc primum ſeparatim edidit, verſionem duplicem, alteram Henr. Valeſii, hinc inde emendatiorem; alteram Hugonis Grotii in locos pleroſque, Henr. Valeſii notas integras aliorumque virorum doctorum, vndique collectas, et ſuas, nec non teſtimonia veterum ac recentiorum de Nicolai vita ſcriptorumque notitia adiecit *Jo. Conrad. Orellius*, Diaconus Turicenſis. Acc. *Seuini* diſſ. de Nicolao Damaſceno *), gallice ſcripta. Lipſ. 1804. m. 8. — Acceſſerunt: *Nic. Damaſceni* hiſt. excerpta et fragmm. quae ſuperſunt, *Supplementum ed. Lipſienſis,* continens annotatt. et emendatt. Diamantis Coray **), Frid. Creutzeri, Jo. Schweighäuſeri, Henr. Bremii, Jac. Ochsneri et aliorum, quibus ſuas adſcripſit *Jo. Conr. Orellius.* Acced. *Theodori Metochitae cap. II. de politia Cyrenaeorum et Carthaginienſium.* Lipſ. 1811. mai. 8. —

*) *Franc. Sevin* recitatio, inſcripta: Recherches ſur l'hiſtoire de la vie et des Ouvrages de Nicolas de Damas, primum typis eſt exſcripta in Mem. de l'Acad. des Inſcript. tom. VI. p. 486 ſqq.

**) *Coray* ediderat in Προδρόμῳ ἑλληνικῆς βιβλιοθήκης etc. etiam *Nicol. Damaſceni* τὰ σωζόμενα, cum coniectaneis et obſeruatt. Pariſ. 1805. 8. Conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 461 ſq. not. 96.

8. — Nicolao Damasc. quoque adtribuitur a nonnullis, ab aliis tamen Joanni Damasceno, Σωσαννίς siue Σωσάννης δρᾶμα. v. *Fabric.* B. Gr. vol. II. p. 312. in notitia Tragicorum deperditorum; inprimis vol. III. p. 500 sq. in catalogo Peripateticorum, et p. 742. vbi ipse Fabr. haesitauit, ibique not. Scharf. it. vol. IX. p. 684. et quae ibi in nota *uu.* adnotaui.

CAPVT II. SECTIO II.

De scriptoribus profanis a temporibus Augusti vsque ad aetatem Constantini M.

1. Ob turbas romanas, confluxus incursionesque peregrinorum et barbarorum hominum, ob controuersias christianorum ac philosophorum, praesertim Neo-Platonicorum, qui coeperunt subtilius disserere, argutari, nec raro nugari, et qui, vt christiani doctores, plerumque neglexerunt culturam; elegantiam venustatemque sermonis, aliasque ob caussas litteris tristes, flos atticae elegantiae atque eloquentiae hac tempestate magis magisque deflorescere coepit, et sensim periit. Vera eloquentia obmutuit, et sophistarum declamationes personuerunt ludis exedrisque. Vera et antiqua poesis aufugisse videtur, et pauci exstiterunt historici, qui veterum virtutes imitando adsequerentur. Non quidem omnino defuerunt splendida ingenia, et praestantes historici ac poetae, at pauci, neque a labe nouisque formulis sui aeui plane immunes. Insequentibus temporibus plures instituerunt compilare aut excerpere veterum historias atque commentarios, at saepe consilio pessimo peruersoque modo. Illorum quidem grammati-

maticorum, quibus tamen vtilia debemus lexica, ſtudio multa ex veterum bonorum auctorum ſcriptis excerpta ab interitu ſunt ſeruata; ſed multa etiam alia ab iſtis neglecta interierunt.

2. *Dionyſius Periegetes*, in oppido, quod prius Alexandria, deinde Spaſinu Charax, in tractibus Suſianis ad ſinum Arabicum, dicebatur, natus eſt. Hinc a nonnullis antiquioribus *Characenus*, a pluribus autem *Alexandrinus* eſt vocatus. Floruit ſecundum quidem Fabricium, Saxium in Onomaſt. I. p. 202. aliosque poſt annum tertium a Chriſto nato. Nam de aetate et patria Dionyſii noſtri et antiquiores et recentiores valde diſſentiunt. Cognomen autem *Periegetes* accepit a poemate heroico, inſcripto Περιήγησις οἰκουμένης, *orbis*, tempore illius cogniti, *deſcriptio*, carmine vtili atque quodammodo iucundo, quo ſterilem materiem verſibus includere, illam tamen ornamentis et luminibus hinc inde, interdum vero licentius, illuſtrare ſtuduit. Id iam antiquioribus temporibus *Auienus* et *Priſcianus*, pro quo alii *Rhemnium Fannium* contra codd. auctoritatem nominant, latino carmine, et prior quidem liberius, expreſſerunt: de quorum editionibus v. *Wernsdorf* in Poetis lat. minoribus tom. V. part. I. p. 225 ſqq. et part. II. p. 656 ſqq. etc. *Euſtathius*, libellorum ſupplicum miniſter et magiſter rhetorum, poſtea archiepiſcopus Theſſalonicenſis, clarus circa a. C. 1160. bono et copioſo commentario illuſtrauit Periegeſin, et ex Strabone et antiquioribus, qui ante ipſum in Periegeſin commentati ſunt, ſua plerumque ſumſit, nec tamen ſemper iudicium recte adhibuit. Exſtant quoque gloſſae graecae interlineares et graeca anonymi paraphraſis. Princeps, eaque perrara editio eſt: *Dionyſii Afri* de ſitu opus — graece ſcriptum. Idem in latinitatem a Rhemnio grammatico translatum, falſo hactenus Priſciano adſcriptum etc.

In

In fine; Jo. Machiocus Bondenus imprimebat, cum Coelii Calcagnini excerptis adnotatiunculis. Ferrariae a. MDXII. 4. — *Dionysius* de situ orbis, cum Pindaro, Callimacho et Lycophrone, Venet. in aedib. Aldi etc. 1513. 8. — gr. cum versione lat. Rhemnii grammatici, (quam falso hactenus Prisciano adscriptam contendit,) et cum Coelii Calcagnini adnotatiunculis excerptis, Basil. ap. Val. Curionem, 1522. 8. — cum Arato et Procli Sphaera, gr. et lat. cum notis Ceporini, Basil. 1523. 1534. ac saepius. — gr. ex codd. emendata, cum graecis *Eustathii* commentariis, et variis lectt. Lutetiae ex officina Roberti Stephani, 1547. 4. — Nouam instituit recensionem, et lectiones graeci contextus interdum audacius mutauit variasque lectt. in margine addidit *Henr. Stephanus*, inter Poetas principes heroici carminis, tom. II. p. 360 sqq. Paris. 1566. fol. eumque sequutus est *Lectius* in Corpore poët. gr. Genev. 1606. fol. — *H. Stephanus* iterum bene meruit de *Dionysio*, edd. superiores contulit, varias lectiones et notas tam suas quam potiores Ceporini Papiique adiecit, patris autem sui editionem fecit fundum, et inde suam recensionem more suo formauit, aliaque addidit. Inscripta est edit. *Dionysii Alex.* et *Pomponii Melae* situs orbis descriptio. *Aethici* Cosmographia. *C. J. Solini* Polyhistor. In *Dionysii* poëmatium commentarii *Eustathii*. Interpretatio eiusdem poematii ad verbum ab *Henr. Stephano* facta etc. Excudeb. *H. Stephanus*. 1577. 4. — *Dionys.* orbis descriptio, gr. cum versione H. Stephani, cum commentario critico et geographico, tabulis geographicis et indice, a *Guil. Hill*. Londini 1658. 1659. 1663. et 1679. 8. — atque adnotationibus Eustathii, H. Stephani aliorumque, nec non Guil. Hill commentario — illustrata. Londini 1688. 8. — ex recensione *Tan. Fabri*, (a quo tamen nullae notae sunt additae;

 sed

fed primo exftat textus graecus cum poetica lat. verfione: tum fequitur lat. verfio profaica H. Stephani, cum Stephani, Ceporini et Papii notis.) Salmurii 1676. 8. — gr. e recenfione et cum verfione lat. Stephani, cum variis lectt. ex codd. atque editt. Stephanorum et prifcis Dionyfii interpretibus, tabulisque quinque geographicis, Dionyfio et Euftathio accommodatis, cum veterum fcholiis et *Euftathii* commentariis. *) Accedit Prifciani Periegefis, cum notis Andr. Papii. Oxoniae 1697. 8. — gr. et lat. cum ampliffimo vtilique vocc. et rerum indice, quem fequuntur notae, quibus verfionis lectionisue mutatae aut mutandae ratio redditur, dubia quaedam explicantur, obfcura illuftrantur, edita a *Georg. Henr. Vrfino.* Ratispon. 1705. 8. — *Dionyfii* defcriptionem orbis totam fere *Edu. Wells* immutauit, amputauit et Dionyfii Periegefin bafin quidem fecit, fed ita, vt illam ex fuo ingenio ad faciem hodiernae geographiae digereret, emendaret, in XXXVI. diftribueret capita, et quae ad recentiora pertinerent tempora, ipfiusque Americae defcriptionem fuo quaeque loco infereret adiiceretque, in editione infcripta: Τῆς πάλαι καὶ τῆς νῦν οἰκουμένης περιήγησις, fiue *Dionyfii Geographia* emendata et locupletata, additione fcil. Geographiae hodiernae graeco carmine pariter donatae: cum 16. tabulis geographicis, Oxon. 1704. fubiectis notis et interpretatione latina, rec. 1706. et 1709. 8. Londini 1718. 1726. 1738. et 1761. 8. — *Hudfon* editioni fuae Geographorum minorum addiderat, in quibusdam tantummodo exemplaribus, vol. IV. f. *Dio-*

---

*) Editor *Eduard. Thwaites* primus dedit e codd. Bodleianis gloffas interlineares graecas et paraphrafin gr. anonymi fcholiaftae. Idem fupplementum inferuit, quod J. A. Fabric. ex cod. Holften. in Euftathio ad Dionyfii verff. 889—917 primus vulgarat.

Dionysii Periegesin ex edit. a. 1697. cum Dodwelli diss. in Dionysium et notis. Postea autem auctiorem et separatam, gr. et lat. ipse edidit *Dionysii* Periegesin cum adnotatt. in illam, cum Eustathii commentariis et anonymi paraphrasi graeca: acced. antiquae versiones Prisciani et R. Festi Auieni, Oxon. 1710. — cum nouo titulo ibid. 1712. 8. — rec. et auct. 1717. 8. praemissa Dodwelli diss. de aetate et patria Dionysii. — Nouam eamque accessionibus egregiis, antea vel incognitis, vel nondum in lucem prolatis, ornatam edit. *Dionysii Perieg.* cum Eustathio et reliquis paraphrastis ac glossatoribus parat *Bredow*. V. *Intellig. Blatt der Jen. A. L. Z.* 1806. nr. 53. p. 448. ipsiusque viri clarissimi Epistolas Parisienses pluribus locis. — *Alex. Politus* Eustathii commentar. latine vertit Colon. Allobrog. 1741. 8. II. voll. Idem scripsit Obseruatt. in Dionysium, Romae 1742. — De Dionysio nostro eiusque Periegesi, de verss. latinis, graecisque scholiis et commentariis v. *Conr. Mannert* in *Geographie der Römer u. Griechen*, vol. I. ed. sec. Noriberg. 1799. 8. p. 125 sqq.

3. *Strabo*, Amasiae, Cappadociae siue Ponti vrbe, natus, vnde a quibusdam dicitur Cappadox, primum operam dedit Xenarcho, peripatetico philosopho, deinde tamen Stoicorum placita sectatus est, Athenodori, celebris sub Augusto Stoici, (quem ἑταῖρον suum vocat,) auctoritate motus. Floruit sub Augusto et Tiberio. Reliquit posteris libros XVII. Γεωγραφικῶν, *de Geographia*, opus praestantissimum atque vtilissimum; neque tamen omnino integrum, praecipue in libro VII. ad nos peruenit: quod eximia arte studioque indefesso eo curatius ac sollertius composuit, quia in variis litterarum generibus bene versatus fuit acutusque philosophus, et per magnam orbis partem susceperat itinera et ad extrema Aethiopiae profectus

 erat.

erat. Trans Alpes tamen Germaniam non adiit. Hinc, quamquam in reliquis regionibus ac terris omnia ipſe ſollerter inueſtigarat, et ea potiſſimum, quae non ſolum ad ſitum locorumque nomina, ſed etiam ad origines fataque, mores, cultum tam ciuilem, quam religioſum populorum atque ciuitatum, eorumque inſtituta cognoſcenda et ad animi delectationem comparandam pertinerent, ex ſuis et veterum, praecipue Graecorum, Calliſthenis, Ephori, Polybii, inprimis Eratoſthenis aliorumque commentariis curate expoſuerat, atque ſuperiorum geographorum peruiderat atque emendarat errores: tamen in deſcriptione Germaniae multos commiſit errores, fidemque habet minorem. Neque in ceteris rebus omni caret reprehenſione. Id opus, in latinam linguam translatum, primum prodiit Romae, apud Schweinsh. et Pannartz, circ. a. 1469. aut 1471. fol. max. Libri decem priores a *Guarino Veronenſi*, ſeptem autem poſteriores a *Gregorio Triphernio* (Trifernate) ſumma cum fide verſi ſunt, ita, vt optimorum codd. lectio ad verbum exprimeretur. — Rec. ib. 1473. fol. — Venetiis per Vindelicum Spirenſem, 1472. fol. etc. — Princeps graeca, at valde vitioſa, eſt Aldina, Venet. 1516. fol. — Tum emendatiores prodierunt edd. gr. et lat. curante *Marco Hoppero*, Baſil. per Henr. Petri, 1549. fol. — ibid. gr. et cum verſione *Guil. Xylandri* lat. (quae etiam ſeparatim eod. anno expreſſa eſt typis,) atque cum eiusdem notis et caſtigationibus, 1571. fol. — Priores tamen longe ſuperauit *Iſ. Caſaubonus*, qui, vixdum annos XXVIII. natus, ope edit. Aldinae, antiquioris verſionis et quatuor codd. Msst. ſuique ingenii beneficio contextum graecum multis in locis emendatiorem et auctiorem reddidit, notisque doctiſſimis illuſtrauit; adiecta eſt *Guil. Xylandri* verſio. (Geneuae,) exc. Euſtath. Vignon. 1587. fol. —

Idem

Idem *Casaubonus* paullo ante obitum editionem emendatiorem et locupletatam parauit, quae sexennio fere post illius mortem, cum obseruatt. *Federici Morelli* typis regiis Paris. 1620. fol. est exscripta. — Hanc formulis typographicis recudi fecit *Theodor. Janson ab Almeloveen*, cum notis aliorum partim integris, partim selectis. Subiiciuntur Chrestomathiae *), gr. et lat. Amstelod. 1707. fol. — Splendidissimam et ex cod. emendatam editionem gr. et lat. curare inchoauit *J. Brequignius*, cum adnotationibus, sed primus tantum tomus, tres priores continens libros, Paris. 1763. 4. prodiit, et Brequignius omnem suum, quem collegerat, adparatum quibusdam doctis Anglis, nouam eamque splendidam Oxonii paraturis editionem, commisit. Forsan locum ille adparatus invenit in editione: *Strabonis* rerum geographicar. libri XVII. etc. iuxta edit. Amstelod. codd. MSS. collationem, annotatt. tabulas geographicas adiecit *Thomas Falkoner, (Fawkener,)* Oxon. II. voll. 1807. mai. fol. — Correctissima hucusque editio est, quam *Siebenkees*, qui diu in Italia versatus, codd. MSS. Vaticanos et Venetos bibl. Marcianae potissimum contulerat, instituit, eorumque codd. ope multos sustulit errores, meliore reducta lectione, nac paucas expleuit lacunas: *Strabonis rerum geographicarum* libri XVII. Graeca ad optimos codd. Msstos recensuit, varietate lectionis,

---

*) Has Chrestomathias, siue Geographicorum Strabonis epitomen, intra ann. Christi 976. et 996. sub Basilio Bulgaroctono ab incerto auctore concinnatas, (suspicante H. Dodwello in diss. de Excerptore Strabonis,) primus gr. edidit *Sigism. Gelenius* cum Arriani et Hannonis periplis et Plutarcho de fluminibus et montibus, Basil. 1533. 4. tum gr. et lat. cum Gemusaei versione et diss. *Henr. Dodwelli* de Strabonis excerptore huiusque aetate notisque breuibus *Jo. Hudson.* inter eiusd. Geographos gr. min. in tom. II. Oxon. 1703. 8. Add. *Bredowii* Epistolas Parisienses p. 4. 18. 30.

nis, adnotationibusque illustrauit, Xylandri versionem emendauit *Jo. Philipp. Siebenkees*, Professor Altorfinus, gr. et lat. tom. I. Lipsiae, in libraria Weidmannia, 1796. mai. 8. Post mortem Siebenkeesii, opus vsque ad librum sextum profligantis, id a libro septimo faustis auibus et meliore cum successu continuauit *Car. Henr. Tzschucke*, qui praeter subsidia, a Siebenkeesio relicta, codicum Mosquensium collationem aliaque noua praesidia, ad emendandum Strabonis contextum vtilia, nactus est, tom. II. ibid. 1798. — tom. III. (quem, noua iterum adeptus subsidia, vberioribus instruxit adnotationibus,) ib. 1801. — tom. IV. 1806. continens libros X. et XI. — tom. V. s. libr. XII—XIV. ib. 1808. — tom. VI. ibid. 1811. libr. XV—XVII. (conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lips. vol. I. p. 456 sqq. vbi quoque p. 460. recensetur versio gallica *de la Porte du Theil*, cuius tomi duo, quibus sex priores libri insunt, cum criticis et grammaticis *Corayi*, et cum historicis atque astronomicis *Gosselini* animaduersionibus demum prodiisse dicuntur, Paris. tom. I. 1805. tom. II. 1809. 4.) *) Addenda indicesque breui sequentur. — Librum III. *Strabonis* de Hispania *Joan. Lopez* ex latino sermone in hispanicum transtulit, et cum textu graeco suisque et Casauboni notis ac mappis III. geographicis veteris Hispaniae cum noua comparatae edidit Madrit. 1788. 8. — *Strabonis* Geograph. in linguam germanicam liberius conuertit, et mire mutauit, doctisque obseruationibus atque additamentis illustrauit *Abr. Jac. Penzel*, tom. IV. Lem-

*) De hac edit. praecipue tomo V. v. longam eruditamque censuram, in qua multa Strabonis loca in hoc et superioribus voluminibus emendantur, in *Heidelbergischen Jahrbüchern der Literatur für Philologie* etc. II. Jahrgang, 15tes Heft, 1809. 8. p. 259 sqq.

Lemgov. 1775—1777. mai. 8. — *Thom. Tyrwhitt* ſcripſit doctas acutasque *Coniecturas in Strabonem*, Londini 1783. m. 8. quas ego recudendas curavi, Erlang. 1788. 8. — Conf. *J. G. Hager* in *Geographiſchem Bücherſal*, tom. I. p. 1 ſqq. — *Saxii* Onomaſt. I. p. 209 ſq. — *Jo. Frid. Hennike* diſſ. de Strabonis geographicor. fide, ex fontium, vnde is hauſit, auctoritate aeſtimanda, Gottingae 1792. 8. — Deſcriptio Perſici imperii ex *Strabonis*, tum aliorum ſcriptorum cum illo comparatorum fide compoſita, auctore *Jo. Szabò*, Hungaro, Heidelberg. 1810. 8. — Add. *Conr. Mannert Geogr. der Griechen u. Römer*, tom. I. p. 58. aliosque a *Siebenkeeſio* in Fabric. B. Gr. T. IV. p. 556 ſqq. *) commemoratos.

4. *Caſſius Felix*, ſub Auguſto et Tiberio, de plurium doctorum hominum coniectura, Iatro-Sophiſta. *Problemata*, quae ſcripſit, prodierunt graece Pariſ. 1541. 8. et ibid. eodem anno lat. interprete *Adriano Junio*; — emendatiora gr. cum noua verſione et ſcholiis *Conr. Gesneri*, Tiguri 1562. 8. — gr. cum Theophylacto Simocotta etc. e recenſione *Bonav. Vulcanii*, Lugd. Bat. 1596. 12. — cum Ariſtotele, a *Sylburgio* edito, Francof. 1587. 4. — Denique gr. et lat. cum notis ab *Andr. Riuino*, Lipſ. 1653. 4.

5. *Pontius Pilatus*, quintus per Judaeam procurator Caeſaris cum iure gladii, a. Chr. 33. Sub eius auſpiciis Conſeruator noſter, Jeſus Chriſtus, eſt cruci adfixus. Iſte tamen poſthaec a Caligula in Galliam vel Hiſpaniam relegatus periit a. V. C. 792. a. Chr. XL. Sub illius nomine ſpurii quidam libelli, ab impoſtoribus conficti, circum-

*) Idem p. 572 ſqq. vberius agit de *Henr. Scrimgeri*, (qui ſex codd. Mss. lectionem variam ſummo ſtudio collegerat ad nouam Strabonis edit. adornandam,) codd. Strabonis collatione, et de Chreſtomathiis Strabonianis tam vulgata, quam ineditis.

cumferuntur, *Acta-Pilati*, ſiue, vt in aliis libris inſcribitur, *Euangelium Nicodemi*, et *quatuor epiſtolae*, quarum vltimam ſiue quartam, graece ſcriptam ad Tiberium imperatorem, e cod. Colbert. *Jo. Alb. Fabricius* primus vulgauit in Codice apocrypho N. T. tom. I. p. 972. et de hac aliisque et actis Pilati v. ibid. tom. I. p. 298 ſqq. in parte tertia p. 455 ſqq. atque in B. Gr. vol. XIII. p. 477. et 834. vol. XIV. p. 271 ſq.

6. *Lesbonax*, rhetor et ſophiſta graecus, *Saxio* in Onomaſt. I. p. 236. vixiſſe videtur ſub Tiberio imperatore. Scripſit orationes politicas, vel potius declamationes, e quibus duae exſtant, quae reperiuntur in collectionibus rhetorum graecorum Aldina, Stephaniana, Hanouienſi, et cum notis in Reiskiana vol. VIII. oratorum graecorum.

Ab hoc diuerſus eſt *Lesbonax*, Grammaticus, auctor libelli Περὶ σχημάτων, primum editi notisque illuſtrati a *Valckenaerio* ad Ammonium p. 177 ſqq. adde eius praefat. p. X.

7. *Iſidorus*, Characenus, Geographus, floruit ſub Tiberio et Caio Caligula imperatoribus et ſcripſit poſt a. C. 37. ſ. 789. V. C. aut medio ſaeculo primo libellum, Σταθμοὺς Παρθικοὺς, *manſiones Parthicas*, editum gr. a *Dav. Hoeſchelio* inter Geographos, Aug. Vindel. 1600. 8. et graece ac lat. interprete *Jo. Hudſono*, cum notis *Jo. Alb. Fabricii*, in *Hudſoni* Geographis gr. min. tom. II. cum *Henr. Dodwelli* diſſ. de Iſidoro Characeno. De hoc eiusque Σταθμοῖς vid. *Sainte-Croix* in Mem. de Littérature de l'Académie des Inſcr. et B. L. vol. L. Pariſ. 1808. 4. Add. *Bredowii* Epiſtolas Pariſienſes p. 4. 18. 30.

8. *Xenocrates*, Aphrodiſienſis, Medicus graecus, Tiberio imperante, ante an. Ch. 37. aut, iudice Grunero, Nerone imperante. Eius libellum *de alimento ex aquatilibus*, ab Oribaſio ſeruatum, graece edidit minus integrum *Conrad. Gesner*.

Gesner. cum ſua verſione et ſcholiis, iunctum Jani Dubrauii libris de piſcinis et piſcium, qui in eis aluntur, natura, Tiguri 1559. 8. — Poſtea illum pleniorem et ex cod. Hamburg. integrum cum Jo. Baptiſtae Raſarii interpretat. *Jo. Alb. Fabric.* inſeruerat B. Gr. vol. IX. libr. V. cap. 38. p. 454 ſqq. veteris edit. Ego vero illum in noua edit. omiſi, quoniam libellum Xenocratis graece cum Raſarii interpretat. lat. et C. Gesneri ſcholiis integritati reſtitutum, varietate lectionis animaduerſionibusque illuſtratum, cum gloſſario edidit *Jo. Ge. Frid. Franzius,* Francof. et Lipſ. 1774. et cum nouo forſan tituli tantum folio, 1779. 8. — Dein prodiit libell. cum lat. interpr. Raſarii, ſchol. Conr. Gesneri, et notis integris J. G. Fr. Franzii. Acc. nouae varr. lectt. ex codd. Mss. depromtae *) et animaduerſſ. Diamantis Coray — itemque adnotatt. in auctorem, additamenta in gloſſarium Franzii, — et lucubratio de piſcium eſu *Caietani de Ancora,* Neapoli 1794. mai. 8.

9. *Philo,* Alexandrinus, gente ac religione Judaeus, ex nobili inter ſuos et ſacra familia ortus, philoſophus et ſophiſta. Aetate prouectus caput fuit legationis ad Caium imperatorem, Judaeis Alexandrinis valde incenſum, a. C. XLI. miſſae. Philoſophiam vero Pythagoricam et Stoicam, inprimis Platonicam cum Judaica coniunxit: hinc Philo πλατωνίζειν dicitur. **) Atque nonnulli patres eccleſiaſtici, praeſertim Alexandrini, illius, qui in expoſitione librorum Moſaicorum allegoriis nimis indulſit, amore et frequenti lectione

---

*) Sunt n. ex duobus Msst. Pariſ. et variae lectiones Xenocrateae ex cod. Moſquenſi, quas in peculiari libello publicarat D. *Chr. Godofr. Gruner*, Jenae 1777. 4.

**) Conf. *J. A. Fabricii* diſſ. de Platoniſmo Philonis, Lipſ. 1693. 4. rec. in eius Sylloge diſſertatt. Hamburg. 1738. 4. p. 147 ſqq.

ne decepti, ſcripturam et doctrinam ſacram, more Philoniano, ſubtilibus ſaepeque ſutilibus allegoriis *) peruertere potius, quam explicare ſueverunt. Philonis tamen opera, horumque collationem atque interpretationem permultum conducere ad hiſtoriam philoſophiae, maxime ad rectam vtriusque diuini teſtamenti intelligentiam, plures viri docti, *Jo. Alberti, Claud. Frees. Hornemann, Jo. Benedict. Carpzov, Chriſtoph. Frid. Loesner* aliique, demonſtrarunt. — Multa ſcripſit, praeſertim ad interpretandam Moyſis geneſin, (et Fabricius recenſet XLII. Philonis ſcripta, ac Mangey plura dedit,) quae partim ſuperſunt, partim perierunt. Exſtant, vt quorumdam tantum faciam mentionem, de mundi opificio, ſ. in Hexaëmeron; ſacrarum legum allegoriarum poſt ſex dierum opus, libr. I—III. — de Cherubim et flammeo gladio, et de Cain, qui primus ex homine creatus eſt; — de ſacrificiis Abelis et Caini; — de eo, quod deterius potiori inſidiari ſoleat; poſt quod opuſculum Mangey primus inſeruit aliud: de poſteritate Caini ſibi viſi ſapientis etc. de virtutibus, et legatione ad Caium liber **) etc. — Quaedam Philonis opuſcula *latine* verſa ſaeculo XVI. aliquoties exierunt praelis. Princeps opuſculorum nonnullorum edit. gr. prodiiſſe dicitur Pariſ. 1544. — *Philonis* Judaei in libros Moſis de mundi opificio, hiſtoricos de legibus. Eiusd. libri ſingulares, — graece. Pariſ. ex officina Adr. Turnebi, regiis typis, 1552. fol. in calce additae ſunt variae lectt. — Anno tamen inſequenti *Jo. Chriſtophor-*

*) Conf. M. *Henr. Planck* commentat. de principiis et cauſſis interpretationis Philonianae allegoricae. Gotting. 1807. 4.

**) Separatim editus cura *S. F. N. Mori*, Lipſ. 1781. 8. — germanice verſus a *J. Fr. Eckhard*, Lipſ. 1785. 8. — *Jo. Chriſt. Gottleber* ſcripſit Animaduerſiones hiſtoricas et philologico-criticas ad Philonis legat. etc. IV. progrr. Miſniae 1775 ſq. 4.

stophorsonus, Anglus, *Philonis* libros IV. de mundi fabricatione, de decem praeceptis, de magistratu deligendo, de officio iudicis, primum latine conuertit; excud. Jo. Verwithagen, Antwerp. 1553. 4. Contulit Turnebian. editionem cum codd. Msst. et quadraginta fere errata in illa castigauit. — Quae edita fuerant a Turnebo, ea ex graecis latina fecit *Sigismund. Gelenius*, Basil. 1554. fol. — Postea *Hoeschelius* e bibl. Augustana primus tria Philonis opuscula, gr. et cum notis, in lucem protulit, Francof. Jo. Wechel. 1587. 8. et *Philon.* lib. de Septenario *), eius denique fragmm. II. e libro de prouidentia, ibid. 1614. 4. — *Philonis* Opp. gr. et lat. cum *Gelenii* versione. Accesserunt opuscula quatuor, ab *Hoeschelio* primum edita, cum versione *Fed. Morelli* — et liber de mundo, cum versione *Guil. Budaei*, Genev. 1613. fol. — Opp. omnia, partim ab *Adriano Turnebo*, partim a *Dav. Hoeschelio* edita et illustrata, cum Gelenii et aliorum interpretatione. Accessere variae lectt. et *Philonis* lib. de Septenario, et de prouidentia dei fragmenta, cum rerum indice, Lutet. Paris. 1640. fol. Haec editio ad verbum repetita est Francofurti, (Wittebergae,) 1691. fol. et, nouo forsan tituli folio tantum mutato, Francof. sine anni nota. — Locupletissima et splendida editio est *Thomae Mangey*, qui textum cum Msstis (XIII.) contulit, quam plurima etiam **) e codd. Vaticano, Mediceo, (antiquissimo et optimo,) et Bodleiano, scriptoribus item vetustis, nec non catenis graecis ineditis, adiecit, interpretationem emendauit, et vniuersa notis et obseruatt. illustrauit, Lond. 1742. fol. II. voll.

*) Hunc librum primus lat. vertit, notasque addidit *Fed. Morellus*, Lutet. 1614. 8.

**) Addidit integrum opusc. de posteritate Caini, tum in mandata decalogi, octauum, nonum et decimum fragmenta et alia.

voll. Mangey, quamquam multis praeſidiis inſtructus, bene meruit de Philonis Opp. nouam inſtituit recenſionem, ordinem librorum alium a vulgato meliorem conſtituit, multa praeclare emendauit et illuſtrauit, haud pauca tamen criticis reliquit corrigenda et culpanda. Conf. *Erneſti* cenſuram in Nouis actis erudit. Lipſ. m. Jul. 1745. p. 385 ſqq. Nouiſſima eſt eaque correcta et commoda editio operum, quae gr. et lat. ad editionem Th. Mangey, collatis aliquot Mss. (tribus Bauaricis,) edenda curauit *Aug. Frid. Pfeiffer*, vol. I—V. (reliqua adhuc valde deſiderantur,) Erlangae 1785—1792. 8. Cl. editor eas tantum reddidit Mangeii notas, quae vel noui aliquid, vel textus emendationem continent, ipſe vero animaduerſiones, quae vt plurimum in conſtituenda verſantur lectione, breues adiecit. — *Chreſtomathia Philoniana* ſ. loci illuſtres ex Philone Alexandrino decerpti, et cum animaduerſſ. editi a *Jo. Chriſti. Guil. Dahl*, Hamburgi 1800. 8. Eſt noua particularum ſelectarum recenſio, hinc inde a Mangeiana diſcedens. Ab eodem addita eſt *Chreſtomathiae Philonianae* pars altera, ſiue Philonis Alexandrini libelli illuſtres aduerſus Flaccum et de legatione ad Caium, cum animaduerſionibus, et cum peculiari inſcriptione: *Philonis Alex.* libelli aduerſus Flaccum, et de legatione ad Caium. ibid. 1802. 8. Horum quoque librorum contextum dare ſtuduit multo correctiorem, et tam in notis, quam in tribus excurſibus fuſius illuſtrauit. — *Philo vom Leben Moſes, das iſt: von der Gottesgelahrheit und dem prophetiſchen Geiſte*, Dresdae 1778. 8. At de aliis editt. atque verſionibus multisque libris, quibus vel Philonis libri aut ſententiae explicantur, vel ſcripta vtriusque ſacri teſtamenti ex Philonis opp. vario modo illuſtrantur, et de Philone ipſo multo plura dicta ſunt alibi a *Fabricio* et a me.

10. *Apol-*

10. *Apollonius*, Tyanensis, Cappadox. Fuit, vt ait *Saxius* l. c. p. 247. philosophaster Pythagoricus et praestigiator, his iam temporibus, (n. circ. a. Ch. 50.) et paullo serius clarus, argumento epistolae Claudii imper. ad Tyanenses apud *Philostratum* (qui multas de eo narrauit fabellas Milesias,) in vita Apollonii obuiae, nr. LIII. p. 399. ed. Olear. in qua decretos Apollonio honores, (n. prodigia miraculaque edidisse fingebatur,) probat Augustus etc. Domitiano tamen imper. adhuc floruisse, cognoscitur e *Dione Cassio* LXXVII. p. 878. C. siue cap. 18. tom. II. p. 1304. ed. Reimari. — Exstant LXXXV. epistolae, in quibus sunt quaedam ad illum exaratae. — Hae exstant in Collectione epistolarum Aldina et Cuiaciana; — gr. et cum versione *Eilhardi Lubini*, apud Commelin. 1601. 8. — in *Gottfr. Olearii* edit. *Philostratorum Opp.* Lipsiae 1709. fol. p. 375 sqq. — M. *Sigismund. Christian. Klose* in III. dissertt. de Apollonio Tyanensi, philosopho Pythagorico Thaumaturgo, Witteberg. 1723. et 1724. 4. *Brucker* in Historia philosophiae crit. tom. II. p. 98 sqq. et in Appendice p. 352 sqq. et multi alii de isto impostore homineque seditioso copiose et varia ratione disputarunt. — Quaedam alibi adnotata sunt de *Damide*, Assyrio Nino, intimo Apollonii amico et discipulo, perpetuoque itineris comite, cuius commentariis de dictis placitisque Apollonii et de iis, quae diuinasse dicitur, Philostratus, se cum fructu vsum fuisse, fatetur.

11. *Onosander*, philosophus, vt videtur, Platonicus, sedulus Xenophontis lector atque imitator, et officiorum ducis belli magister, cuius patria parentesque qui fuerint, non constat. Claudii temporibus vixit et *Strategicum* siue *de imperatoris institutione* librum, pro aetatis suae ingenio satis venuste scriptum, et ab omnibus

paene

paene fcriptoribus tacticis tam graecis, quam romanis laudatum atque compilatum, et hodie adhuc vtilem celebremque, Veranio dedicauit a. poft Ch. n. LIII. — Primus latine vertit *Nicol. Saguntinus* et edidit *Onofandrum* cum Vegetio, Frontino etc. Romae 1493. 12. — rec. Bafil. 1541. 12. et 1558. atque 1570. 8. Tum a *Joachim. Camerario* ex corruptiffimo quidem cod. at in lat. fermonem eleganter conuerfus eft Onofandri commentarius de re militari, et a filiis editus Noriberg. 1595. 8. — Graece primus ex vetuftis codd. recenfuit *Onofandri Strategicum* et Orbicii inuentum, atque latina interpretatione et notis illuftrauit *Nic. Rigaltius* Parif. 1599. in calce autem 1598. 4. — rec. adiunctis *Aemilii Porti* caftigationibus, in bibliopolio Commelin. 1600. 4. cum *Jani Gruteri* vberioribus ad infigniora loca Taciti atque Onofandri commentariis, qui vero non omnibus adhaerere videntur editionibus. — Tertium prodiit textus gr. et lat. (ex Rigaltii edit.) notis f. differtatt. *Jo. a Chokier* illuftratus, cum variis lectionibus ex codd. (n. Rigaltianis,) depromtis, et in extremo operis adiectis, fine anni nota; fed dedicatio et praefatio fcriptae funt Romae 1610. 4. — repet. Mogunt. 1613. 4. — Denique *Onofandri Strateg.* ex codd. et ex antiquorum tacticorum potiffimum collatione emendatus, notis perpetuis, nec non figuris aeri incifis illuftratus — vna cum verfione gallica *L. B. de ZurLauben* (antea edita Parif. 1754.) cura et ftudio *M. Nicolai Schwebelii* prodiit Noribergae 1762. fol. — Germanice vertit *A. H. Baumgärtner* tum in: *Vollftändige Sammlung aller Kriegsfchriftfteller der Griechen*, Manhem. 1777. tum feorfim cum infcriptione, *Onofanders Unterricht eines Feldherrn* etc. 1786. 4. cum figg. aeneis.

12. *Pedanius* (vulgo *Pedacius*) *Diofcorides*, Anazarbeus, Cilix, per Europam et Afiam pro-

fectus

fectus plantas collegit et descripsit; botanices graecanicae princeps auctor et clarissimus medicus. Floruit circ. a. Ch. 64. Exstant sub eius nomine *de materia medica* libri V. — *de alexipharmacis et theriacis* libri II. siue libri VI. et VII. aut liber VI. superiorum; sed num genuini sint Dioscoridis, nonnulli dubitant. — Pariter, vti quaedam alia, a nonnullis spurii habentur aut Dioscoridi cuidam iuniori tribuuntur *de Euporistis, siue facile parabilibus medicamentis* libri II. primum ex cod. Augustano in lucem editi a *Jo. Moibano* gr. cum versione huius, atque, quum hic operi immortuus esset, *Conradi Gesneri,* qui etiam notas addidit, Argentor. 1565. 8. — Princeps editio est *Aldina,* libr. VI. de materia medica: Πεδανίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγοι ἕξ. Ἔτι περὶ ἰοβόλων (de venenatis animalibus etc. libri II.) etc. cum Nicandro, Venet. 1499. fol. — Tum emendatius, additis pluribus spuriis opusc. recensente *Hieronymo Roscio,* ibid. 1518. 4. seu octaua forma media. — Iidem libri cum indice rerum spuriisque fragmentis correctiores prodierunt cura *Jani Cornarii,* qui tamen in emendando Dioscoride subinde indulsit suo ingenio, Basil. ex aedibus Jo. Bebelii, 1529. 4. Idem *Cornar.* Dioscoridem lat. vertit, et edidit Basil. 1557. fol. — gr. et latine, ex versione et cum commentariis *Marcelli Vergilii,* (docti quidem hominis, at rerum botanicarum ignari,) Colon. 1529. fol. — Ob textus integritatem valde laudatur editio: *Dioscoridis libri octo graece et lat.* ex interpretat. Jo. Ruellii. *) *Castigationes in eosdem libros,* curante *Jac. Goupylo,* qui multos codd. Msst. Parisin. bibl. contulit, Paris. 1549.

*) Cuius versio de medicinali medicina libror. V. de virulentis animalibus et venenis, caue rabioso etc. prodiit Par. in offic. H. Stephani 1516. fol.

1549. 8. — Optima tamen hucusque habetur *Diofcor. operum, quae exftant, omnium,* additis *Euporiftis*, editio, curante *Jo. Anton. Saraceno*, qui textum quidem Goupyli fequutus eft, at eum ex melioribus codd. correxit, latine vertit, e fex Mss. (a Jo. Sambuco quondam collatis,) et editt. varias lectt. in margine notauit, et ad calcem addidit fcholia, in quibus variae codicum variorum lectiones examinantur, aliorum auctorum fententiae comparantur, et loca Diofcoridis corruptiora, obfcuriora difficilioraque reftituuntur, illuftrantur et explicantur, (Francofurti) fumtibus hered. Andreae Wecheli, 1598. fol. — Multo plura de Diofcoride, eiusque libris ac meritis, de verfionibus latinis, italicis, gallicis et germanicis, de multis in Diofcoridem commentatoribus etc. collegit et iudicium tulit *Jo. Chrift. Gottl. Ackermann* in *Fabricii* B. Gr. lib. IV. cap. 3. vol. IV. p. 673 fqq. atque de verfione german. *Kräuterbuch des uralten und berühmten griechifch. Scribenten Pedacii Diofcoridis* etc. *Erftlich durch Jo. Danzium von Aft verdeutfcht. Nunmehro aber von Petro Uffenbach — aufs neue überfehen, verbeffert* etc. Francof. ad M. 1610. v. *A. Kraufe* in *Intellig. Blatt zur neuen Leipz. L. Z.* 1809. nr. 35. col. 566. Conf. quoque *Halleri* Biblioth. botan. tom. I. Tiguri 1771. 4. eiusdemque Bibl. chirurgicam tom. I. p. 62 fqq. — *Curtii Sprengel* Hiftoriam rei herbariae tom. II. Amftel. 1807. (1808.) m. 4. etc.

Annaeus Cornutus, ab aliis male vocatus *Phurnutus*, Leptitanus, philofophus Stoicus, praeceptor Perfii et Annaei Lucani, poetarum, a Nerone ante Telefinum confulem a. V. C. 819. an. Ch. 66. in infulam deportatus. *) Ex eius fcriptis

*) Vid. *Dionem Caffium* libr. LXII. cap. 29. pag. 1025. vol. II. ed. Reimar. huiusque doctam notam, qui plures, qui de Cornuto vberius disputarunt, VV. DD. laudat.

ptis tantum exſtat Θεωρία περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, ſiue *liber de natura deorum*, in quo ea, quae de diis apud Graecos tradebantur, ad phyſicas ac morales trahit allegorias, et nominum illorum etymologias curioſius inquirit. Editus eſt primum gr. ab *Aldo* cum Aeſopi fabulis, Palaephato etc. Venet. 1505. fol. — gr. et cum verſione lat. *Conradi Clauſeri*, Tigurini, additus Palaephato etc. Baſil. 1543. 8. atque gr. cum Clauſeri verſione a *Thoma Galeo* cum eius notis atque caſtigationibus, in eius opuſculis mythologicis etc. Cantabrig. 1671. 8. et Amſtelod. 1688. 8. — Id opuſculum integrum reperit Venet. in cod. bibl. Marcianae *Villoiſon*. V. eius Anecdot. graec. tom. II. p. 243. De editione, quam a praeſtantiſſimo Villoiſono promiſſam coeptamque vehementer dolemus non prodiiſſe, v. Mélanges de critique et de philologie, par *S. Chardon de la Rochette*, à Paris 1812. 8. t. III. p. 55 ſqq. Villoiſoni Collectanea, in Bibliotheca Caeſarea Pariſina recondita, Baſtius cum Schaefero in vſum nouae editionis communicaturus erat: ſed hoc quoque conſilium mors viri optimi irritum fecit.

13. *Andromachus* pater, Cretenſis, Neronis archiater, et Theriacae inuentor, atque filius eiusdem nominis, vterque medicus graecus. Pater Theriacae laudes carmine elegiaco, a Galeno ſeruato, celebrauit. Id ſeparatim editum eſt in libro: De Theriaca et eius multiplici vtilitate, ac recta conficiendi ratione, in *Andromachi* ſenioris carmen graecum, de theriaca ex viperis inſcriptum, commentarius, cum proſaica Tidicaei et poetica Julii Martiani Rotae verſionibus, aliisque illuſtrationibus, auctore *Franciſco Tidicaeo*, Torunii, A. Coten. 1607. 4. — Item graece cum noua verſione lat. Noribergae 1754. 4.

14. *Erotianus*, vel, (vt alii minus recte ſcribere volunt,) *Herodianus*, eiusdem circiter ae-

tatis Neronianae, ante Galenum, auctor *Gloſſarii Hippocratei, τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή·* quod editum eſt primum ab *Henr. Stephano*, cum eius et Gesneri notis, praefixum eius libro: *Dictionarium medicum* etc. Pariſ. 1564. 8. — Latine vertit ex cod. Vatic. et notis illuſtrauit *Barthol. Euſtachius*, Venet. 1566. 4. — additum editt. Hippocratis, Pariſ. 1639. et Genev. 1657. fol. — Pleniſſima editio eſt: *Erotiani*, Galeni et Herodoti *) Gloſſaria in Hippocratem: ex recenſione H. Stephani. Acceſſerunt emendationes H. Stephani, Barthol. Euſtachii, *Adriani Heringae* **) etc. cum varietate lectionis et animaduerſionibus *Jo. Ge. Frid. Franzii*, Lipſiae 1780. mai. 8.

15. *Juſtus*, Tiberienſis, Tiberiade, oppido Galilaeae, ortus, et aequalis excidio vrbis et aedis Hieroſolymitanae. Chronicon vero eius de regibus Judaeorum intercidit.

16. *Flauius Joſephus*, Hieroſolymitanus, Hiſtoricus, natus a. Ch. 37. et vixit adhuc a. Chr. 93. Quando autem mortuus ſit, non conſtat. Primis vitae annis trium inter Judaeos ſectarum doctrinas et praecepta noſcere ſedulo ſtuduit, tum adoleſcens ad *Banum* quemdam eremitam ſe contulit eiusque auſterum viuendi genus eſt imitatus: poſt triennium rediit Hieroſolymam, et Phariſaeorum partibus ſe addixit: a. Ch. LXIII. aetatis XXVI. Romam profectus opera Poppeae, Neronis vxoris, cuius fauorem nactus erat, amicorum quorumdam, quos Procurator Felix captiuos Romam miſerat, libertatem impetrauit. Orta ſeditione, quam quidem primum ſedare ſtuduit, et deni-

*) Siue rectius *Herodoteum*, in quo explicantur vocc. in Herodoti hiſtoriarum libris reperiundae.

**) *Heringae* notae ſumtae ſ... ex eius Obſſ. criticis cap. I. p. 1 ſqq. Leoward. 1749. 8.

denique flagrante bello, quum Vespasianus a Nerone imperatore in Palaestinam mitteretur et Jotapatam in Galilaea, a Judaeis, duce et auctore Josepho, summa pertinacia defensam, caperet, Josephus viuus venit in victoris potestatem; qua tamen callido et rebus temporique apto praesagio, (de quo plures diuersa ratione iudicarunt,) Vespasianum eiusque filium Titum dignitatem et summam imperii romani consequuturos esse, quum biennio post euentus comprobasset vaticinium, custodia et vinculis securi confractis, liberatus est, atque a manumissore suo praenomen *Flauii* accepit. Postea Tito, Hierosolyma oppugnanti et euertenti, perpetuus fuit a latere comes, et singula diligenter adnotauit: quae, Romae otium nactus, et trium imperatorum, Vespasiani, Titi et Domitiani, fauore perpetuo adiutus, deinceps in ordinem redegit, et in opere singulari exposuit. Plura scripsit, et ea, quae restant, graeco sermone: et quidem primo *de bello iudaico et euersa Hierosolyma libros* VII. Hos primum in ciuium suorum vsum patrio sermone, siue is fuerit syrochaldaicus siue hebraicus, conscripsisse dicitur. Graece quidem obtulit eos Vespasiano. In latinam linguam transtulit primum *Rufinus* Aquileiensis, cuius interpretatio adhuc exstat: deinde alius, nescio quis? — 2) *Archaeologiae iudaicae*, siue *Antiquitatum iudaicarum libros* XX. (quibus vitam suam subiunxit,) ab origine mundi vsque ad XII. Neronis annum, quo Judaei aduersus Romanos rebellare coeperunt. Quaestiones de temporis ordine, quem sequutus sit Josephus, num opus illud bis recensuerit, et fidem mereat, praecipue locus libr. XVIII. Antiquitatt. cap. 3. p. 876 sq. ed. Hauercamp. de Christo, conseruatore nostro, num genuinus sit, nec ne? vti aliae, homines eruditos in diuersas traxerunt sententias. — 3) *de antiquita-*

quitate gentis iudaicae libros II. contra Manethonem aliosque. — 4) *de imperio rationis in laudem feptem Maccabaeorum.* Sed de his aliisque a Jofepho promiffis libris, de fcribendi ratione, de fcriptorum Jofephi virtutibus et vitiis, de fide et auctoritate Jofephi hiftorica, de vtilitate ad criticum inprimis in V. ac N. Teftamenti textu vel reftituendo vel illuftrando vfum, de diverfis VV. DD. iudiciis de Jofepho aut nonnullis librorum locis et de controuerfiis inde natis, de codd. atque editt. tam latinis quam graecis, de verfionibus, et de aliis rebus multisque VV. DD. libris maioris minorisue molis ad Jofephum fpectantibus alibi multis actum eft. *) — Jofephi tamen libri prius *latine*, ex latina Rufini, vt vulgo audit, verfione potiffimum ducti, quam graece lucem adfpexerunt. *Latinae* igitur verfionis princeps editio fuiffe videtur, quae fine loci annique nota inter annos 1462—1470. prodiit in fol. Tum Auguft. Vindel. per Joann. Schüfsler, 1470. fol. mai. deinceps frequentius faec. XV. et XVI. — Princeps graeca edit. cura *Arnoldi Peraxyli Arlenii* Bafileae ex officina Hieron. Frobenii et Nic. Epifcopii 1544. fol. in lucem exiit. — Opp. graece et lat. ex variorum interpretatione **), Aureliae Allobrog. 1591. fol. ***) — rec. at mendis

*) Hoc loco modo memorabo: *Jo. Tob. Krebfii* Obff. in N. T. e Flauio Jofepho, Lipf. 1755. 8. et *J. Aug. Ernefti* Exercitatt. Flauianas, in quibus de fide et dictione Jofephi agit, in Opufculis philolog. et criticis, ed. II. Lugd. Bat. 1776. 8.

**) Atqui Antiquitt. Jud. Jofephi vita et libri contra Apionem fecundum verfionem Gelenianam, Bafil. 1534. 1548. fol. etc. libri de B. J. fec. Rufinianam interpretationem; liber autem de Maccab. ex Erafmi verfione et edit. Bafil. ap. Froben. 1537. fol.

***) Editionem huius loci et anni memorat *Oberthür* in Fabr. B. Gr. l. c. p. 52. *Fabricius* vero in vet. edit. nullam

dis inquinata, Geneuae 1634. fol. — Opp. graece (ex edit. Genev. a. 1611.) et lat. ad MSS. vero Palatinae biblioth. codd. castigata, (cura Thom. Ittigii, qui in prolegomenis de Josephi scriptis et editt. agit,) accessit, curante J. A. Fabricio, adpendix, in qua plura notatu digna exhibentur, (in his vltimo loco fragmentum ex libro περὶ παντὸς sub Josephi nomine ab Hoeschelio in notis ad Photium vulgatum cum versione lat. *Stephani le Moyne,*) Coloniae, (Lipsiae) sumtu G. M. Weidmanni, 1691. fol. — Antiquitatum iudaicarum libri IV. priores et pars magna quinti; item Historiarum de bello iudaico liber I. et pars secundi, cum exemplaribus MSS. collati et illustrati notis amplissimis *Eduardi Bernardi*, quibus aliorum animaduerss. accesserunt, Oxon. 1700. fol. Tom. I. tantum lucem adspexit. Addita est versio lat. vetus, non sub nomine *Rufini*, sed, ex coniectura quadam, *Epiphanii Scholastici.* *) — Splendida est editio Opp. quam ad libros tam scriptos quam editos recensuit, noua versione donauit, et notis illustrauit *Jo. Hudsonus*, Oxon. 1720. fol. II. voll. — Hanc repeti fecit *Sigebertus Hauercampus*, gr. et lat. cum notis et versione Hudsoni: access. notae integrae partim, partim selectae multorum VV. DD. ipsiusque Hauercampi, qui duo codd. bibl. Lugdun. Batav. contulit, et, quaecumque ab aliis in Josephum cogitata et elaborata reperire potuit, inconcinne congessit, Amstel. Lugd. B. et Vltraiecti, 1726. fol. II. voll. — Nouissima ed. Opp. gr. et lat. excusa ad editionem Lugd. Batauam Sig. Hauercampi, cum Oxon. Jo.

---

lam illius fecit mentionem; sed laudauit ed. Genev. 1611. fol. et sequent. edit. Genev. adsignauit a. 1655. qui etiam notatur in Cat. B. Pinell. II. p. 44.

*) Huc quoque pertinent *Ed. Bernardi* lectiones variantes et annotationes in quinque priores libros antiquitatum indaicar. Flauii Josephi. Oxon. 1686. fol.

Jo. Hudsoni collatam, curante *Francisco Oberthür*, Lipsiae, III. tom. 1782—1785. mai. 8. sine notis; sed desiderantur adhuc, quae promisit Oberthür, adparatus criticus, commentarius et Lexicon graecitatis Flauianae. — Noua recensio textus gr. et egregia est editio singularis libri: *Flauii Josephi* de vita sua liber, graece: recensuit, varietatem lectionis et not. adiecit *Henr. Phil. Conr. Hencke*, Brunouici, 1786. 8. — *Chrestomathia Flauiana* siue loci illustres ex Flauio Josepho delecti et animaduersionibus illustrati a *Jo. Ge. Trendelenburg*; Lips. 1789. 8. — Omnia opp. Josephi (vt recentiores tantum commemorem versiones,) vno eodemque anno, 1736. in linguam *germanicam* conuersa multisque animaduersionibus varii generis etc. illustrata comparuerunt 1) a *Jos. Bapt. Ott*, Tiguri, et vnum vol. in folio et VI. tom. in 8. 2) a *Jo. Frid. Cotta*, Tubingae, in fol. — in linguam *gallicam*, a *Lud. Joachim Gillet* cum notis criticis (saepe audacibus) et historicis, Paris. 1756 sqq. 4. IV. voll. — in linguam *italicam* a *Franc. Angiolini*, cum notis, Veronae 1779 et 1780. 4. IV. voll. Romae 1792. 4. II. voll. — in linguam *anglicam* a *L'Estrange*, Londini, 1725. fol. et a *Guil. Whiston*, Londini 1737. fol. et Dublini 1741. 8. V. voll. — Vitam Josephi, ab eo ipso scriptam, germanice verterunt et notis illustrarunt *Jo. Frid. Eckhard*, Lips. 1782. 8. et *J. B. Friese*, cum praef. Oberthür. Altonae 1806. mai. 8. — Idem *Friese* germanice vertit Josephi libr. VII. de bello iudaico, cum praefat. Oberthür. Altonae I. tom. 1804. II. tom. 1805. m. 8.

17. *Epictetus*, Hierapoli Phrygiae natus, floruit circit. a. Chr. 94. et paullo serius adhuc sub Hadriano, imperatore. Primum Epaphroditi seruus fuit; deinde ab eo manumissus Romae vixit. Philosophus Stoicus, vir probus, ab omnique

fastu

faſtu et arrogantia alienus. Poſtea Domitiani edicto circ. a. Chr. 94. cum aliis philoſophis Roma ex Italiaque pulſus Nicopolin Epiri diſceſſit; vbi ſumma auctoritate et mira diſcipulorum in eum frequentia et pietate viguit. In via, in aedibusque et ſchola habuit diſſertationes, quas Arrianus litteris conſignatas, illo mortuo, euulgauit. — Ex Epicteti autem dogmatibus et disputationibus ab Arriano collecta ſunt et in breuem commentarium redacta praecipua doctrinae ſtoicae recentioris capita in libello, qui ſub *Epicteti* nomine fertur et inſcriptus exſtat: *Enchiridion* ſiue *Manuale.* *) Is autem praeclarus et, non quidem ob atticam dictionis elegantiam, ſed ob ſententiarum grauitatem, Arriano res potius, quam verba h. l. curante, quamquam nec barbare nec inficete is ſcripſit, (nec pauca praecepta vel infirmo nituntur talo, vel a puriore Chriſtianorum doctrina ſunt aliena,) valde commendandus, varias ſubiit mutationes. Nam partim, quum Enchiridion illud pro libro eſſet memoriali, multi multa in margine adleuerunt, quae deinceps a librariis in ipſa philoſophi verba ſunt recepta; partim homines chriſtiani illud voluerunt ad puriorem doctrinam refingere. Vnde aliis reſectis, aliis rurſus additis, mira lectionum varietas orta eſt. Opinio tamen quorumdam, Epictetum fuiſſe chriſtianum, aut ſaltem eius animum coeleſti et matutino chriſtianae religionis rore quodammodo adſperſum, ab aliis **) abunde reſutata eſt. *Flauius Arria-*

*) Conf. *J. J. Garnier* de Epicteto eiusque ſcriptis, in Mémoires de Littérature — des Inſcr. et B. L. tom. 47. p. 408 ſqq. Pariſ. 1808. 4.

**) Praeter alios vid. *Mich. Roſſal* in disquiſit. de Epicteto, philoſopho ſtoico, qua probatur, eum non fuiſſe Chriſtianum etc. Groeningae 1708. 8. *Lud. Chriſtiani Crellii* diſſ. II. in quibus τὰ τοῦ Ἐπικτήτου ὑπέρσοφα καὶ ἄσοφα com-

Arrianus memoratus Dissertationum Epicteti libros IV. et *Simplicius* commentarium in Epicteti Euchiridion, anonymus autem Enchiridii paraphrasin christianam scripserunt. Notandum quoque est *Nili* Enchiridion: quae omnia iunctim cum Epicteti Enchirid. nouissime edidit *Jo. Schweighäuser*, et titulum quoque generalem praefixit: *Epicteteae philosophiae monumenta*, Lipsiae 1799 sqq. mai. 8. Editionum, quae multae sunt, quinque aut sex classes constitui possunt: n. duae Venetae, Haloandrina, Naogeorgii, Heyniana et Schweighäuser. Saepe autem editum est Enchiridion cum Gebetis tabula; vti supra ad sect. IIdam capitis I. §. 54. iam, interdum paullo fusius, significaui. Quare de eiusmodi edd. h. l. breuiori esse mihi licebit. Princeps vero editio est *Epicteti* Enchiridion cum *Simplicii* commentario, Venet. per Jo. Anton. et fratres de Sabio, 1528. 4. gr. ac lat. Cum hac potissimum conuenit ed. Heinsio-Salmasiana cum sua familia. — Ex alio codice plenior prodiit, curante *Gregorio Haloandro: Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου· idem latine per Angelum Politianum*, Norenbergae ap. Jo. Petreium, 1529. 8. — rec. Basil. apud Andr. Cratandrum. Ex Cratandriana et sequenti Veneta editionibus fluxit Wolfiana. — Altera autem *Veneta: Ἀῤῥιανοῦ* etc. *Arriani* Epictetus, Venetiis in aedibus Barthol. Zanetti — aere vero et diligentia Jo. Trincauelli, 1535. 8. gr. ducta est ex cod. episcopi Georgii a Selua et continet Enchiridion atque Arriani dissertatt. Epicteteas. — Si inscriptio, (in Maittaire A. T. III. p. 314.) non mendax est, editio: *Epicteti Enchiridium, graece mille in locis castigatum: per Conr. Neobarium*, regi a graeca typogra-

commonstrantur, Lips. 1711. et altera 1716. 4. — *Dan. Müller* progr. de Epicteti Christianismo, Chemnicii 1724. 4. etc.

pographia, Pariſ. 1540. 4. et latine, *Politiano* interprete, ibid. eod. anno, principibus omnino eſt adnumeranda. — Principibus edd. accenſetur et claſſem quartam duxiſſe dicitur: *Moralis philoſophiae medulla, ſeu Epicteti enchiridion* cum explanatione *Thomae Naogeorgii*, Argentor. ap. Wendelin. Rihelium, gr. et lat. 1554. 8. Naogeorgium habuiſſe codicem accuratius ſcriptum, VV. DD. quidam exiſtimant: at, iudice Schweighäuſero, is nullo vſus eſt cod. msto, ſed Haloandrinam recenſionem ita reddidit, vt ſiue ex Politiani verſione, ſiue ex ingenio quaedam mutaret. — *Hieron. Wolſius*, qui *Epicteti* enchiridion cum *Arriani* diſſ. et *Simplicii* commentario et *Cebetis* tabula, gr. et lat. cum adnotatt. edidit Baſil. (1560.) 8. III. tom. — rec. quibusdam mutatis aut aliter collocatis, Colon. 1595. et in quibusd. exemplaribus 1596. 8. III. tom. — editionem Cratandrinam maxime ſequutus, vulgatam Enchiridii lectionem conſtituit. De hac, tum de Salmaſiana, Berkeliana, Meibomio-Relandiana, Schroederiana, Schweighäuſeriana aliisque editionibus *Epict.* Enchiridii cum *Cebetis* tabula vide ſupra ad §. citatam de Cebete. — In maiore *Schweighäuſeri* edit. *Epicteteae philoſophiae monument.* tomus III. Lipſ. 1799. 8. continet *Enchiridion* et fragmenta, gr. et lat. cum notis Vptoni et Schweighäuſ. — Edit. *Mer. Caſauboni* citatae, Londini 1659. min. 8. addita eſt *Enchiridii Paraphraſis graeca, ex qua non pauci in Enchiridio loci reſtituti; numquam antehac edita: item paraphraſeos verſio, cum notis eiusdem.* — *Epicteti* Manuale, *Cebetis* tabula, et *Prodici* Hercules, *Theophraſti* characteres ethici, gr. et lat. cum notis variorum: ſuisque obſeruatt. auxit et illuſtrauit *Joſeph. Simpſon*, Oxon. 1739. 1740. 8. rec. Londin. 1744. et auctior, ita vt pleraque ex notis Heynianis transferrentur, 1758. ac 1762. 8.

— *Epi-*

— *Epicteti* — **diss. ab *Arriano* collectae, nec non** *Enchiridion* et fragmenta, gr. et lat. cum integris Jac. Schegkii et Hieron. Wolfii, selectisque aliorum doctorum adnotatt. Recensuit, notis et indice illustrauit *Jo. Vptonus.* Londini 1741. min. 4. II. voll. Ex recensione Vpton. aliquoties in Britannia editum est Epict. Enchiridion: de quibus aliisque editionibus et versionibus anglicis v. *Brüggemann* A View of the english editions etc. pag. 306 sqq. et in Supplement etc. p. 64 sq. — Curatius excussis superiorum interpretum copiis, et collatis Simplicii commentariis, Arriano, Paraphrasi graeca, siue potius Enchiridio, ad christianam disciplinam accommodato, atque Enchiridio christiano, quod concinnarat *S. Nilus* Asceta, (inter eius opera a Suaresio Romae 1673. fol. edita, p. 327 sqq.) et codice Dresdensis bibl. egregiam cel. *Heyne* curauit editionem *Epicteti Enchir.* gr. et lat. cum scholiis graecis, (ex cod. Dresd. primum excerptis,) et animaduerss. tam criticis, quam exegeticis, Varsauiae et Dresdae 1756. 8. — editio altera emendatior et auctior, ibid. 1776. 8. et folio tituli tantum mutato, 1782. 8. — Ex priore Heyniana recensione Enchiridion edidit, notisque idoneis illustrauit *Nic. Schwebel,* Noribergae 1771. 8. — Plura iactitauit, quam praestitit *J. B. Lefebvre de Villebrune*, quamquam vsus erat codd. nondum collatis et variis lectionibus aliisque subsidiis. *Villebrune* autem edidit Enchiridion: primum solummodo graecum textum, Paris. 1782. 16. tum eodem anno gr. textum, adiectis in fine variis lectionibus et notis in Enchiridion: tertium *Manuel d'Epictète* et tableau de *Cébès*, en grec, avec une traduction françoise etc. Paris. 1795. 12. II. voll. — *Epicteti* manuale, gr. cum selectis Heynianis ac suis notis ed. *L. Sahl,* Hauniae 1791. mai. 8. — Enchiridion cum *Cebetis* tabula, gr. et lat. Brunouici 1736.

1736. et mutato tantum tituli folio 1796. 16. — In vol. tertio Operum *Flauii Arriani Nicom.* editorum ab *Aug. Christiano Borheck,* quod vol. continet *Epicteti* dissertatt. quatuor libros, *Epicteti Enchiridion,* scholia antiqua in Epicteti Enchir. et *Epicteti* dissertationum reliquias, graece, Lemgov. 1811. 8. — In varias linguas saepe conversum est Enchiridion Epicteti. Sed sufficiat h. l. paucas breuiter commemorare versiones. Translatum igitur illud est 1) in sermonem *gallicum* a *Dacier,* cum notis et vita Epicteti, Paris. 1715. 12. II. tom. ac saepius, nec non Dresdae 1799. 8. — ab abb. *Bellegardeo,* (h. e. *Jo. Bapt. Morvan,*) Triuulti 1700. 12. et saepius, recentissime Argentor. 1787. 8. — cum *Cebete* a *Camo,* Paris. 1796. 12. II. tom. et ab anonymo, (qui *Desforges* esse dicitur,) Paris. 1797. 4. — 2) in linguam *germanicam* a *Rühlen,* (qui Epictetum edidit graece, lat. et germanice,) Idstein. 1712. 12. — a *Jo. Georg. Schultess,* Tiguri 1766. repet. in eiusd. *Bibliothek der griech. Philosophen,* tom. II. ibid. 1778. 8. — (a *Dan. Isaac. Langsdorf)* cum Epicteti vita, a Dacier gallice conscripta, et a Langsd. germanice reddita, Francof. 1781. 8. — ab *Ernestina Christiana Reiske,* in eius Opusculo: *Zur Moral* etc. Dessav. et Lips. 1782. 8. p. 149 sqq. — a *Gottlieb Christi. Carolo Link,* cum animaduerss. Noriberg. 1783. 8. — a M. *Jo. Ge. Philipp. Thiele,* Francof. ad Moen. 1790. 8. — a *Jo. August. Briegleb, Schule der Weisheit nach Epictet,* cum additamentis, Coburg. et Lips. 1805. 8. — 3) in linguam *italicam* ab *Eretisco Pilenejo,* Parmae, typis Bodon. 1793. mai. 4. et min. 8. — Plura leges in *Jo. Franc. Beyer* libello: *Epiktet und sein Handbuch der Stoischen Moral, in biographischer und litterarischer Rücksicht,* Marburg. 1795. 8.

18. *Are-*

18. *Aretaeus*, **Cappadox, celebris medicus, et elegans omníumque medicorum diſertiſſimus ab eruditis dicitur: neque tamen, quod nonnulli ſtatuerunt, ſectae pneumaticorum medicorum, ſed ſcriptoribus practicis ſectaeque dogmaticorum eſt accenſendus. Eius aetatem Ackermannus collocat** poſt Neronem ſub Domitiano circ. a. 81—96. Alii aliter ſubduxerunt temporis rationes. *) Ad noſtram aetatem peruenerunt 1) de cauſſis et ſignis acutorum et chronicorum ſ. diuturnorum morborum libri IV. ab initio manci; 2) de curatione acutorum et diuturnorum libri IV. manci mutilique omnes. Primum *Aretaei* opera latine prodierunt, *Junio Paullo Craſſo* interprete, Venet. apud Juntas 1552. 4. Deſiderantur tamen in hac editione libri de diuturnorum morborum curatione ſecundi capita quinque, n. ſecundum vsque ad ſeptimum, quae poſtea in aliis editionibus tam *latine*, ex Craſſi verſione cum notis et Rufo Epheſio typis expreſſa ſunt Pariſ. ap. Guil. Morelium et Jac. Puteanum 1554. 12. ab *H. Stephano*, omiſſis tamen notis, inter medicae artis principes, 1567. fol. etc. quam *graece* ſuo loco reſtituta ſunt. Princeps autem editio *graeca* eſt *Jac. Goupyli*, Pariſ. ap. Andr. Turnebum, 1554. 8. — Sequuta eſt edit. graeco - latina *Georgii Heniſchii*, collatis Mss. cum VV. LL. et cum commentario, haud laudando, Auguſtae Vindel. 1603. fol. Multo praeſtantior eſt ed. ſplendida et accuratiſſima *Jo. Wigan*, ex cuius noua recenſione prodierunt *Aretaei* libri graece et cum noua ver-

*) Conf. *Car. G. Kühn* de dubia Aretaei aetate, cum nouo editionis eius ſpecimine, Lipſ. 1779. 4. *Hamberger* in *Zuverläſſigen Nachrichten* tom. II. p. 146 ſqq. etc. Atque *Petrus Petitus* in praefat. ad Commentarios in tres priores *Aretaei* Cappadocis libros, nunc primum a Mich. Maittaire editos, Londini 1726. m. 4. collocat Aretaei aetatem poſt Neronem eumque, arbitratur, Galeno fuiſſe poſteriorem.

versione notisque copiosis atque emendationibus et cum variis lectt. ex libris et Mss. collectis: acced. diss. de aetate, secta, opinionibus et scientia medica Aretaei; item *Maittaire* commentat. de Ionica Aretaei dialecto doctumque lexicon, Oxon. 1723. fol. mai. — Nouissimam editionem, gr. ex Goupyli recensione cum latina Crassi versione, commentariis integris Petri Petiti, notisque Jo. Wigani, et Dan. Wilh. Trilleri obseruatt. atque emendatt. Maettariique dissertatt. curauit *Hermannus Boerhaue*, Lugd. Bat. 1731. fol. mai. Totus textus gr. cum lat. versione et subnexis notis iam 1719. typis expressus fuit. — *Aretaei* — *libri* VII. accuratissime in latinum sermonem versi et ad Boerhauian. editionem expressi prodierunt latine Argentorati 1768. 8. — ex Jo. Wigani versione, at vitiose, Vindobon. 1790. 8. et ab *Hallero* cura *Philippi Rudolphi Vicatii* in tom. V. Principum artis medicae, cum Wigani praefat. Lausan. 1772. ed. II. et emendata, ibid. 1787. 8. — *Aretaeus* de pulmonum inflammatione. Contextum graecum, adiecta versione latina, edidit, emendatt. in contextum adiunxit *Car. Weigel.* Sectio prior. Lips. 1790. 4. — Germanice a *Fr. O. Dewetz* versi sunt libri quatuor de caussis etc. cum notis, etiam criticis, Vindob. 1790. 8. et de curatione etc. libri IV. ibid. 1802. 8. — anglice ab *Jo. Moffat*, Londin. 1785. 8.

19. *Herennius Philo*, Byblius, Domitiano imperante et deinceps clarus, Grammaticus et Historicus, haud miscendus cum *Philone Judaeo.* Is num fuerit Sanchoniathonis vel graecus interpres, vel istius Phoenicum historiae architectus, alii aliter sentiunt.

20. *Dio*, patria Prusaeus, ab oris suauitate elegantiaque *Chrysostomus* dictus, floruit a. Chr. 94—117. Primum fuit sophista acerbusque contra summos, quos Graecia olim tulerat, poëtas atque philo-

philofophos declamator; poftea ftoicae fectae nomen, et fobriae eloquentiae operam dedit, eiusque orationes, vel potius declamationes, nec raro in his docte acuteque fcriptae commentationes, quae fuperfunt, LXXX. ab elegantia, eloquentia, licet interdum vmbratili, aliisque intermixtis veterum poetarum fragmentis et capitibus, ad mythologiam et antiquitatem pertinentibus, funt adhuc commendabiles. Ipfe autem poft longa itinera facta reuertens, at Domitiani tyrannidem metuens, circa a. Ch. 94. vltro exfulauit et ad Getas Thracesque confugit. Interfecto Domitiano, milites tumultuantes graui fermone compefcuit, dein a Traiano, (aut fecundum alios iam a Nerua,) reuocatus, apud Traianum inprimis gratiofus fuit. — Eius orationes, *latine* factae, ante textum graecum editum, fine l. et anno, dein Bononiae 1493. 4. prodierunt. — De Ilio non capto, e graeco in latinum vertit *Francifc. Philelphus*, Cremonae 1494. 4. — *Graece* opera num primum typis expreffa fuerint Mediolani, 1476. 4. dubium quibusdam VV. DD. videtur. Certior eft editio graeca Orationum LXXX. cum varietate lectionum, Venetiis ap. *Federic. Turrifanum*, fub figno Aldi, 1551. 8. (Notam tamen anni exemplaribus deeffe, ab aliis *) obferuatum eft.) — *Dionis* oratt. LXXX. lat. interprete *Thoma Naogeorgo*, Bafil. 1555. fol. — LXXX. oratt. graece, cum Naogeorgi verfione, e recenfione atque emendatione et cum animaduerff. atque coniectaneis *Fed. Morelli*, codd. aliisque fubfidiis vfi, vna cum Philoftrati Dione, Photii excerptis et Synefii cenfura ac diatriba If. Cafauboni, Parif. ex offic. Claudii Morelli, 1604. nouoque tantum titulo, a. 1623. fol. — Nouam editio-

*) V. Annales de l'Imprimerie des Aldes, par *Ant. Aug. Renouard*, tom. I. Parif. 1803. 8. p. 267.

editionem *Jo. Jac. Reiske* ante obitum ſuum pararat; quam poſt illius mortem eius coniux prodire iuſſit: *Dionis Chryſoſtomi oratt.* ex recenſ. *Jo. Jac. Reiske* *), cum eiusdem aliorumque animaduerſionibus etc. Lipſiae, impenſis viduae Reiskii, 1784. mai. 8. II. voll. et, folio primo tantum mutato, 1798. — Soſpitatorem tamen aptumque interpretem, qui aliorum quoque VV. DD. emendationes atque interpretationes conſulat in vſumque conuertat, adhuc exſpectat Dio Chryſoſtomus. Quaedam oratt. ſunt ſeparatim editae, ex. gr. *Oratt. IV. de regno*, graece, cum notis breuibus, a *Jo. Caſelio*, Roſtoch. 1584. 8. — *Oratio de Ilio non capto*, gr. et lat. cum interpretatione et ſcholiis *Laur. Rhodomanni* et praefat. Caſelii, ibid. 1585. 8. et ad Q. Calabri Paralipomena, Hanov. a. 1604. 8. p. 134. Lugd. Bat. 1706. 8. — *Oratio de Homero*, gr. cum Homero, edit. Florent. 1488. fol. et cum notis *Jo. Dauies*, praemiſſa Opp. Homeri a *Joſ. Barneſio* editis, tom. I. p. 124. — Iſocratis, Demetrii Cydone et Mich. Glycae aliquot epiſtolae, nec non *Dionis Chryſoſtomi oratio περὶ λόγου ἀσκήσεως*, — edidit et animaduerſſ. adiecit *C. F. Matthaei*, Moſquae et Lipſ. 1776. 8. — XIII. oratt. germanice vertit *Erneſtina Chriſtina Reiske*, in libro inſcripto, *Hellas*, Mitav. 1778. 8. p. 1 ſqq. — *Gilb. Wakefield* quaedam *Dionis Chryſoſtomi* in linguam anglicam transtulit, notasque criticas atque exegeticas addidit, Londini 1800. 8.

21. *Theodoſius*, Tripolitanus, vel Tripolites, inſignis mathematicus, cuius aetatem *Hamberger* in

*) Idem *Reiske* antea in tomo III. voluminis IX. Obſervatt. miſcell. Amſtel. p. 375 ſqq. animaduerſſ. criticas ad orationem XXXIII. ſcripſerat; quas vero poſthaec ipſe repudiauit, et perfectiora dedit, omnesque Dionis oratt. critice pertractauit in primo vol. Animaduerſſ. ad graecos auctores, Lipſ. 1757. 8.

in *Zuverläss. Nachricht.* tom. II. p. 323. adsignat a. Ch. 150. *Saxius* autem in Onomast. lit. I. p. 281. (quem vide,) circ. a. Ch. 97 sq. circa Nervae et Traiani tempora eum floruisse suspicatur. *Libri III. Sphaericorum*, qui hodie graece et lat. formulis typogr. sunt descripti, editi sunt gr. et lat. per *Jo. Penam*, Paris. 1558. 4. et (per *Jos. Hunt*) Oxon. 1707. 8. — Latine autem versi tantum leguntur, (graece scripti adhuc delitescunt in bibliothecis,) *de diebus ac noctibus* libri II. et *de habitationibus* liber.

22. *Menelaus*, Alexandrinus, mathematicus, floruit circ. a. Chr. 98. Eius libros III. *Sphaericorum* ex arabica versione in linguam latinam transtulisse *Marinus Mersennus* dicitur, (num vero ex arabico versi sint, dubium aliis videtur,) et in Synopsi mathematica, Paris. 1644. 4. p. 205 sq. edidit.

23. *Rufus*, Ephesius, medicus, dogmaticorum sectae addictus, celebris, cuius merita et peritiam rei botanicae, rei anatomicae et medicinae practicae laudat Hallerus in suis bibliothecis, sub Traiano imperatore circ. a. Ch. 99. In libris, qui tantum supersunt, 1) de vesicae renumque adfectibus, lib. I. extrema parte mutilo; 2) de purgantibus medicamentis, fragment.; 3) de corporis humani adpellationibus, libris III. vsus est dictione attica, simplici, et concisa. Princeps illorum editio prodiit gr. Paris. apud Andr. Turnebum, (curante *Jac. Goupylo*,) 1554. 8. cum quibusdam lectt. variis. Eadem editio prodiit eodem anno, cum *Aretaeo*, eadem forma et eod. editore, *Jac. Goupylo*. — graece ex rec. Goupyli, et cum versione Junii Paulli Crassi et Goupyli latina, edente *Guil. Clinch*, qui dissertat. de auctore eiusque scriptis etc. adiecit, Londini 1726. 4. — Carmen graecum *de virtutibus herbarum deo alicui consecratarum*, quod cum Dioscoride

Aldus

Aldus gr. Venet. 1518. 4. et Fabricius cum verſione et notis D. *Jo. Rendtorſii*, in B. Gr. libro III. cap. 26. p. 629 ſqq. vol. II. edit. vet. (ego vero in noua edit. vol. IV. cap. 29. p. 360. vbi de auctore illius quaedam monui, carmen ipſum in volumen ſupplementorum me coniecturum promiſi,) ediderunt, alii Rufo noſtro, alii aliis tribuunt.

24. *Plutarchus*, Chaeronenſis, Philoſophus Platonicus, aut potius eclecticus, isque ſobrius, quamquam prudens lector non omnes eius opiniones, nec omnia eius iudicia philoſophica, vti non omnem eius enarrationem fabularumque commemorationem probabit. Natus eſt a. V. C. 803. an. Chr. 50. denatus a. Chr. 120. ſiue ſecundum alios a. C. 13⅞. Romae poſtquam aliquamdiu docuerat philoſophiam, et linguae latinae ſcientiam, licet mediocrem, ſibi parauerat, (hinc in antiquitatibus Romanorum non raro lapſus fuiſſe arguitur,) a Traiano conſularibus ornamentis auctus et Illyrio praepoſitus, atque ab Hadriano, cuius praeceptor fuit, Graeciae procurator conſtitutus eſt; admodum vero ſenex Apollinis ſacerdotio functus eſt et in patria vita deceſſit. Permulta ſcripſit; ſed ad noſtram aetatem peruenerunt CXXV. opuſcula *), e quibus elucent magna ſubtilitas et foecunditas ingenii, verus philoſophiae et virtutis amor, mira rerum variarum et antiquitatis ſcientia et tanta rerum diuinarum humanarumque doctrina, vt nonnulli VV. DD. ad immodicam Plutarchi

*) Haec latius indicauit *Lamprias*, ſiue quisquis auctor fuerit, in epiſtola, graece ſcripta, de ſcriptis Plutarchi, quam cum verſione latina recudi fecit *Fabric.* in B. Gr. vol. V. p. 159 ſqq. vbi varias lectt. cod. Veneti ſubieci. Ipſe Fabric. ib. per totum caput XIII. de Plutarcho a p. 153. vitam eius ſcriptaque, horumque edd. et verſiones aliaque copioſe perſequitur.

tarchi laudationem ac venerationem abriperentur. Atque Plutarchus, quod tam diffuſa ſcientia poetarum diuerſorumque ſcriptorum imbutus, a recenti eaque varia lectione ad ſcribendum ſaepe acceſſit, a ſuauitate, elegantia et naturali pulchritudine veterum ſaepius disceſſit, atque vſus eſt ſcribendi genere duriuſculo, inaequali, hinc inde florido et maculoſo, ideoque etiam obſcuro atque impedito. Quaedam vitia a patria quoque ſua et aetatis labe ſibi contraxiſſe videtur. Omnes, qui ſuperſunt, libri diſpeſcuntur in duas claſſes: quarum prior continet *Vitas parallelas* XLIV. *); poſterior autem *Moralia*. Fuerunt tamen viri docti, qui ei plura ſcripta abiudicarent; contra haud defuerunt, qui illi ea, quae ſuppoſititia habebantur, vindicarent. Praeter vitas parallelas quaedam tantum opuſcula commemorabo: n. de liberis educandis opuſculum, quod etiam nonnulli VV. DD. non Plutarchi, ſed hominis inepti et ieiuni eſſe cenſent, (v. *Wyttenbachii* iudicium in *Beckii* Actis Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 368.) nec a pueris, ſed a parentibus legendum, neque eius interpretatio vtilis aptaque eſt pubi ſcholaſticae; de ratione audiendorum poëtarum; quomodo adulator ab amico internoſci poſſit; librum de ſera numinis vindicta; quomodo audiendi ſint, qui recta praecipiunt; conuiuium ſeptem ſapientum; conuiualium quaeſtionum libr. IX.; quaeſtiones romanas; de Iſide et Oſiride; de garrulitate; de genio Socratis; de placitis philoſophorum phyſicis; apo-

*) De his v. *Jo. Frid. Schaarſchmidt* progr. Quid Plutarchus vitis illuſtrium virorum comparandis ſpectauerit, quaeſtio I. Schneeberg. 1808. 8. Omnes illas vitas ſcriptas a Plutarcho et plenas eſſe, it probatum etc. Sed conf. *Neue Leipz. L. Z.* 1808. nr. 90. — Quaeſtio II. Schneeberg. 1810. 8. Add. *Heeren* recitation. ſ. commentat. I. de fontibus et auctoritate parallelarum, cuius ſummam leges in Gotting. ephemer. litter. a. 1810. nr. 202. p. 2009 ſqq.

apophthegmata regum et imperatorum, vt multa alia praetermittam. In quanta autem auctoritate omni aetate, praeſertim a renatis litteris, Plutarchi fuerint ſcripta, patet ex innumera quaſi copia codd. msstor. atque editionum, praecipue nonnullorum opuſculorum; et tamen contextus graecus in ſcriptis potiſſimum moralibus nondum ſatis emendatus eſt. Ego vero in commemoratione potiorum, in primis recentiorum editionum h. l. acquieſcam. Antea vero, quam graecus textus prelo exiit, verſiones vitarum aliorumque Plutarchi opuſculorum *latine* factae in lucem ſaepe prodierunt. Principem tantum nominare iuuat: Vitae parallelae, a variis latine verſae, et a *J. A. Campano* collectae et editae, Romae, ſine anni nota, (probabiliter a. 1470.) in folio magno, II. voll. — *Graece* primum lucem adſpexit: Κέβητος πίναξ — Πλουτάρχου περὶ παίδων ἀγωγῆς· Ξενοφῶντος Ἱέρων· ſine l. et a. (Romae aut Venetiis, ſaec. XV. exeunte, aut XVI. auſpicante,) in 8. — Junctim prodierunt primum *Opuſcula* (moralia) LXXXXII. gr. cura *Demetrii Ducae, Cretenſis,* Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Aſulani ſoceri, 1509. fol. Edition. *Vitarum parallelarum* tres conſtituuntur claſſes, vnde reliquae fluxerunt, *Juntina,* at multis mendis obſita, Florent. 1517. fol. addito Iſocratis Euagora, et Ageſilao: (ordo differt ab eo, qui poſtea eſt mutatus:) *Aldina,* moderante forſan eam Marco Muſuro, qui textum e codd. locis multis dedit emendatiorem, a multisque vitiis Juntinae ed. typographicis liberauit, nec pauca tamen loca ſana integraque perperam mutauit, 1519. fol. graece, et *Stephan.* — *Vitae,* gr. cum praefat. Simon. Grynaei, Baſil. ap. Cratandr. et Jo. Bebel. 1533. fol. — *Moralia,* gr. apud Hier. Froben. 1542. fol. et ex *Xylandri* recenſione, ib. 1574. fol. editio critica egregiaque, quae multis locis bene

 disce-

discedit ab ed. Stephan. *Henr.* autem *Stephanus Plutarchi* Opera omnia edidit (Geneuae) 1572. 8. XIII. voll. nempe in ſenis voll. textum gr. multis in locis ſiue ex libris ſiue de coniectura bene correctum, in paucis tamen locis potius deprauatum; in ſenis voll. latinam interpretationem, in vltimo vol. praefationes et adnotatt. indicesque dedit. — Stephanianus contextus maximam partem propagatus eſt in ed. Francofurt. ap. Wechelii heredes, cum lat. verſ. et ad calcem cum Xylandri ac Stephani notis et cum indice variar. lectionum, 1599. fol. II. voll. Priori vol. vitarum additae ſunt vitae Galbae et Othonis. — Haec ed. repetita Francofurti in officina Dan. et Dauidis Aubriorum et Clementis Schleichii, gr. et lat. 1620. fol. Additus eſt *Plutarchi* libellus, quem alii ſpurium eſſe iudicant, *de fluminibus*, cum *Mauſſaci* *) notis et iudicio, (quod criticum quidem, at valde mediocre eſſe dicitur,) verſioneque. Tum repetita haec edit. eſt gr. et lat. cum notis etc. acceſſit Plutarchi vita, a *Jo. Rualdo* collecta digeſtaque, cum eiusdem animaduerſionibus ad inſignia Plutarchi σφάλματα ſiue lapſiones LXXII. Lutet. Pariſ. typis regiis, Pariſ. 1624. fol. Hanc editionem plerumque ſequuti ſunt *Auguſtin. Bryanus*, et, hoc operi immortuo, *Moſes du Soul* in ſplendida nec tamen ſatis correcta editione: *Plutarchi Chaeron. Vitae parallelae, cum ſingulis aliquot, gr. et latine. Adduntur variantes lectt. ex Mstis codd. veteres et nouae doctorum virorum notae et emendationes et indices,* Londini 1729. 4. mai. tomi V. **) — *Jo. Jac.*

*) *Mauſſaci* editio, cum Vibio Sequeſtre ac Pſello de lapidibus, prodierat Toloſae 1615. 8. gr. et. lat. rec. inter *Jo. Hudſoni* Geograph gr. min. voll. II. Oxon. 1703. 8.

**) De qua cara eaque rara edit. conf. Noua acta eruditorum, Lipſ. 1733. nr. IX. p. 385 ſqq. Atque vol. I. 1729. vol. II. III. IV. 1723. vol. V. 1724. prodierunt.

Jac. Reiske, iam in maxima parte vol. secundi (Lipſ. 1759. 8.) ſuarum Animaduerſionum ad graecos auctores in Operibus Plutarchi more ſuo emendandis verſatus, poſtea, a bibliopola Gotth. Theoph. Georgio inuitatus, *Plutarchi Chaer. quae ſuperſunt, omnia, gr. et lat. principibus ex editionibus caſtigauit, virorum doctorum annotationibus inſtruxit*, Lipſ. 1774—1782. 8. XII. voll. quorum duo poſtrema tres tenent indices. Quinque voll. implent vitae cum notis Bryani aliorumque integris; Reiskii autem, (qui in vitis praecipue ex primis editt. et ingenio multa loca emendare ſuſtinuit,) notae ſunt vna cum Palmerii Rualdique animaduerſionibus fini ſubiectae. Morbus diuturnus et mors Reiskium impediuerunt, quominus pari diligentia pertractaret opera philoſophica, quae a volumine VI. edita ſunt cum notis Guil. Xylandri, H. Stephani et J. Jac. Reiskii (ab alio V. D.) textui ſubiectis: vol. X. acceſſ. Philippi Jac. Mauſſaci ad libr. de fluuiis notae, et ad calcem duo Plutarchi fragmm. a Jo. Bapt. Caſp. d'Anſſe de Villoiſon ex cod. Pariſ. edita. — Reiskii editio baſis facta eſt eius, et doctae et commodae, quam curauit graece cum ſuis et variorum adnotationibus, adiectaque lectionis diverſitate, *Jo. Georg. Hutten*, Tubingae 1791—1804. 8. XIV. voll. Vltimo vol. a p. 250. inſerta ſunt fragmenta librorum perditorum Plutarchi: et quibusdam tomis praemiſſae ſunt praefationes de nouis, quae Hutten nactus eſt, ſubſidiis et de nonnullis editt. Vſus quoque interdum eſt *Wyttenbachii* opibus. Illius autem V. D. praeſtantiſſima editio inſcripta eſt: Πλουτάρχου — τὰ Ἠθικά. *Plutarchi Chaer. Moralia*, i. e. Opera, exceptis Vitis, reliqua. Graeca emendauit, notationem emendationum, et latinam Xylandri interpretationem caſtigatam adiunxit, animaduerſiones explicandis rebus ac verbis, item indices copioſos adiecit

adiecit *Dan, Wyttenbach.* Oxon. e typographeo Clarendon. tom. I. 1795. — tom. II. 1796. — tom. III. et IV. 1797. — tom. V. 1800. mai. 4. atque X. tom. in mai. 8. et totidem in min. 8. In praefat. vol. I. praemiffo acute aperteque iudicatur inter alia de codd. msst. editionibus, verfionibus, animaduerfionibus et commentariis. Haec editio ita, vt pretio fieret parabilior, Lipfiae repeti coepta operaque data eft, vt menda typographica, quae editionem Oxon. plurima obfident, diligenter tollerentur; fed hucusque demum tom. I. pars I. Lipf. 1796. et pars II. 1799. 8. prodierunt. — Vitas graece cum obferuatt. graece fcriptis *Coray* edere coepit, primique tres tomi prodierunt Parif. 1809—1811. mai. 8. qui implent tertium, quartum et quintum voll. Hellenicae bibliothecae. (v. *Beckii* Acta Seminarii — Lipf. vol. I. p. 466 fq.) Ad Corayi maxime recenfionem nunc ipfum eduntur Lipfiae elegantibus Tauchnitzii typis, forma minori, curante editionem textumque hic illic ex coniectura refingente *G. H. Schaefero*, cuius editionis priores tomi prodierunt aeftate a. 1812. — Quaedam opufcula feparatim toties edita funt atque illuftrata, in variasque translata linguas, vt h. l. potiores tantum et recentiores paucis commemorari poffint. — Notanda eft critica *Guil. Xylandri* edit. *Moralium*, Bafil. 1574. fol. — Vitae felectae parallelae *Plutarchi* graecis marginalibus, cum praefatione editae a *Guil. Chriftiano Jufto Chryfandro*, Helmftad. 1747. 8. — Idem edidit Vitam Numae, Rintelii 1753. 8. — *Demofthenis et Ciceronis vitae parallelae:* Graeca recenfuit, latine reddidit, notis illuftrauit *Phil. Barton*, Oxon. 1744. mai. 8. — Eaedem vitae receptae funt atque illuftratae in praeclaro libro: Ἐκλογαὶ ἱϛορικαί· Selecta principum hiftoricorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii illuftres loci.

Plu-

Plutarchi vitae Demosthenis et Cicer. Delectu, praefatione, adnotatione discipulorum institutioni accommodauit *Dan. Wyttenbach.* Amstel. 1794. 8. — Eaedem separatim editae sunt graece, cum adnotatt. variorum adiectaque lectionis diuersitate et indicibus, opera *Jo. Ge. Hutten*, Tubingae 1795. 8. — Vitae parallelae *Themistoclis* et *Camilli; Alexandri* et *Caesaris*, gr. indice copioso illustratae a *Ludov. Adolph. Baumann*, Halae 1761. 12. — et cum selectis variorum notis, curauit *K. H. Joerdens*, Berol. 1788. 8. — quam edit. recudi fecit et indicem locupletiss. adiecit, *J. H. Ch. Barby*, 1796. (al. 1797.) 8. — *Plutarchi Theseus* et *Romulus*, *Lycurgus* et *Numa Pompilius*, gr. ex noua recensione, atque cum notis criticis, historicis ac grammaticis, et cum indic. graecitatis ac rerum, *Ern. Henr. Ge. Leopold.* Lips. 1789. mai. 8. — Pari diligentia et sollertia versatus est idem V. D. in recensendis explicandisque aliis vitis: *Plutarchi Marius*, *Sulla*, *Lucullus et Sertorius*, Lips. 1795. m. 8. — *Plutarchs Timoleon, Philopoemen, die beyden Gracchen und Brutus, mit kurzen Anmerkungen und einem erklärenden Wörterverzeichniss von G. G. Bredow*, Alton. 1800. m. 8. — Idem easdem vitas germanice vertit, Alton. 1807. m. 8. atque in textu aliquoties alias, ac in edit. gr. receperat, delegit lectiones. — Vtilis est editio: *Plut. vitae parall. Alexandri et Caesaris* cum commentario M. *Frid. Schmieder*, graece, Halae Magdeb. 1804. 8. — *Plutarchi Agesilaus* et Xenophontis Encomium Agesilai. In scholar. vs. edid. not. et ind. illustrav. *Detl. Car. Guil. Baumgarten-Crusius.* Lips. 1812. m. 8. — *Plutarchi Vitae Timoleontis, Gracchorum et Bruti.* Animaduerss. instrux. *Frid. Wilh. Fabrici.* Lips. 1812. m. 8. — In alias linguas frequenter translatae sunt vitae parallelae. Potiores vero aut recen-

tiores

tiores memorare praeſtat. Inter *gallicas verſiones vitarum,* interdum adiunctis *moralibus,* eminent *Jac. Amyoti,* qui Msst. codd. graecos contulit, interpretatio *vitarum*, Pariſ. 1559. 1565. *) fol. et *moral.* 1575. fol. ac deinceps ſaepius, atque ſuperiore ac noſtro ſaeculis verſio ab Amyoto facta, recuſa et emend. cum obſſ. Abbatis *Brotier* et tabb. aen. Pariſ. 1783—1785. tom. V. et reliquorum Opp. verſio cum notis *Brotier* ac *Vauvilliers,* recognita, correcta auctaque verſione variorum opuſculorum et fragmentorum ineditorum Plut. Opus prodire coepit Pariſ. 1801. 8. et conſtabit XXV. voll. quorum dimidia pars iam prelo exiiſſe dicitur, curante *E. Clauier.* — Curatior *vitarum* gallica verſio facta et ſaepius edita eſt ab *Andr. Dacerio* eiusque vxore, cum animaduerſſ. hiſtoricis et criticis, additisque ſupplementis comparationum deperditarum, Pariſ. 1695. 12. — rec. ibid. 1721. 4. VIII. voll. — Amſtel. 1723. 12. IX. voll. et 1735. 8. aut mai. 12. X. tom. etc. — *Moralium* verſio, a *Ricard,* cum animaduerſſ. Pariſ. 1783—1795. XVII. tom. in mai. 12. — Eiusd. verſio *vitarum* gallica, Pariſ. 1799 ſqq. XII. voll. — *Anglicae* et vitarum et moralium verſiones plures factae ſunt, ex. gr. *vitarum,* a Dryden et aliis, cum Plutarchi vita, a Dryden confecta, Londini 1683. 8. V. voll. et ſaepius; recentius, ib. 1727. 8. VIII. voll. et 1749. in 18. IX. voll. — cum notis Dacier. et aliorum, Lond. 1758. 8. — rec. Edinburg. 1758. 1763. 1774.

*) Conf. de auctiore antiqua edit. item de verſione italica atque hiſpanica, de edd. verſionis Dacier. ac quibusdam lat. editt. etc. Theſaurum bibliothecal. tom. I. p. 361 ſqq. Norimberg. 1738. 4. item de quibusdam edd. gr. atque verſionibus Amyoti ac Dacier. *Baumgarten. Nachricht. von merkwürd. Büchern*, tom. VIII. p. 501 ſqq.

1774. 12. VI. voll. et Lond. 1770. 12. VIII. voll. — a *Jo. Langhorne* et *Guil. Langhorne* cum notis criticis et historicis, (ex edit. Dacierii mutuis fere sumtis,) Lond. 1770. 8. VI. voll. — rec. 1774. 1778. 8. VI. voll. — *Moralia* anglice a pluribus, n. *Matth. Morgan*, *Thom. Creech*, *Guil. Baxtero* aliisque versa, Lond. 1684. 8. V. voll. quarta ed. correctior, ib. 1704. 8. V. voll. quinta, reuisa et emendata, Lond. 1718. 8. V. voll. — Nec paucae versiones vitarum *germanicae* cum notis comparuerunt; quarum recentiores habent auctores M. *Jo. Christoph. Kind* et alios, Lips. 1745—1754. 8. VIII. tom. — *Gottlob Bened. de Schirach*, Berolin. 1776—1780. 8. VIII. voll. et *Jo. Frid. Sal. Kaltwasser*, Magdeburg. 1799—1806. 8. X. tom. — Idem *Kaltwasser* vertit *Moralia*, Francof. a. M. 1783—1795. VI. tom. — *Nüscheler* selecta opusc. philosophica, Tiguri 1768—1774. 8. IV. tom. — *Lykurg u. seine Gesetzgebung, übersetzt aus Plutarch, und mit Anmerkungen begleitet von Aug. Wettengel*, Lips. 1811. 8. — Nullum vero Plutarchi opusculum saepius editum, notisque, interdum puerilibus, illustratum atque in alias linguas translatum est, quam id *de educatione aut institutione puerorum.* Vt antiquiores *) omittam, in censum h. l. veniunt edd. graecae, cum versione et scholiis *Francisci Fabricii*, Antwerp. 1663. 8. — ex recensione et cum notis *Olai Hesychii*, gr. et lat. Lips. 1705. 8. — *Plut.* bina opuscula, alterum, de puerorum educatione, in vsum tironum, alterum de ratione audiendi, in vsum prouectiorum, gr. et lat. cum notis haud spernendis, Breslav. 1738. 12. — gr. et germanice

*) Propter insignem raritatem memorabo edit. *Plutarchi tractatus de liberis educandis, Guarino Veronensi interprete*, Parmae, typis Portilii, 1472. 4.

manice cum notis leuioribus *Jo. Caſp. Keydel*, Quedlinburg. 1738. 8. — *Plut.* de educat. liber. et *Iſocratis* tres oratt. graece cum notis germanic. *Jo. Chriſt. Clemann.* Hamburg. 1745. 8. — de liberorum educat. et de audiendis poetis, *Iſocrat.* tres oratt. *Heſiodi* Opp. et *Theognidis* ſententiae a M. *Chriſtoph. Kretzſchmar*, gr. cum pleniſſ. indice, Dresdae et Lipſ. 1750. 8. ac Lipſiae 1750. 8. — Haud commendanda eſt ed. M. *Chr. Juncker* gr. et cum duplici verſione lat. notisque puerilibus, Lipſiae 1719. et ſaepius. — Superioribus tam ſubtilitate critica, quam eruditione multum praeſtat editio: *Plut.* de liberorum educat. commentarius, cum noua interpretatione lat. et adnotatt. *Chriſt. Aug. Heumanni:* editionem curauit, Xylandri ſuasque obſeruatt. addidit *Jac. Frid. Heuſingerus:* acc. indices locupletiſſimi, (et ſub finem vv. lectt.) Jenae 1749. 8. — Huius edit. notas quidem et indicem maxime contraxit, noua tamen quaedam adtulit ornamenta *A. Kallius* in ſua edit. gr. Hauniae et Lipſ. 1774. 8. — Noua recenſio et critica eruditaque editio curata eſt a *Jo. G. Schneider*, gr. cum notis: acced. bina *Plutarchi* *) et *Marcelli Sidetae* medici fragmenta, Argentor. 1775. 8. — gr. et lat. variorum notas adiecit, ſuasque animaduerſſ. immiſcuit *Thom. Edwards*, Cantabrig. 1791. 8. — *J. C. G. Bähreus* Heuſingeri copiis notisque et indice vſus eſt in ſua editione, Halae Saxon. 1790. 8. — Idem *Plut.* libellum *germanice* vertit, notisque inſtruxit, ibid. 1786. 8. — Nouam edit. curauit M. *Chr. Gottfr. Dan. Stein* cum variis lectt. textui ſubiectis, et commentario vberrimo. Lipſ.

---

*) Bina illa Plut. fragmenta ex cod. Harleiano edidit *Thom. Tyrwhitt*, Lond. 1773. 8. *Schneider* vero illa hic in indice emendauit atque illuſtrauit.

Lipſ. 1793. 8. — Germanice quoque verterunt libellum *Chr. Guil. Kindleben*, Lemgou. 1779. 8. — nec non M. *Jo. Ge. Steinert* cum adnotatt. ad artem paedagogicam maxime ſpectantibus, Lipſ. 1795. 8. — et anonymus, *(G. Ch. Kellner,)* ſub titulo: *Plut. über die Erziehung, frey überſetzt vom Verf. der Charidion*, Manhem. 1793. 8. — Sed pergendum eſt ad commemorationem quorumdam aliorum librorum *Plut.* editorum. *De ratione audiendorum vel legendorum poëtarum*, gr. et lat. interprete *Hugone Grotio*, et cum *Baſilii* libro ſimilis argumenti: praemittitur Jo. Stobaei florilegio, Pariſ. 1623. 4. — Eosdem libros cum Grotii interpretatione lat. et adnotatt. recudi fecit, atque variantes lectt. notasque adiecit *Jo. Potter*, Oxon. 1694. 8. — cum interpretat. *Hug. Grotii* et notis *Jo. Potteri*, gr. et lat. Glasguae 1753. min. 8. — *Plut. commentar. quomodo adoleſcens poetas audire debeat*, admodum vtilis doctaque eſt edit. e recenſione atque emendat. *J. Tob. Krebſii* cum animaduerſionibus, gr. et lat. ex interpretatione Xylandri, Lipſ. 1746. 8. iterumque ſecundis curis emendata et multis animaduerſionibus nouis illuſtrata, ibid. 1779. mai. 8. — Περὶ δυσωπίας καὶ περὶ τύχης, gr. et lat. cum animaduerſion. Reiskii, Salmaſii et Xylandri. VV. lectt. duorum codd. Moſquenſ. et ſuas animaduerſſ. adiecit *Chriſt. Frid. Matthaei.* Acc. Plut. fragmenta quaedam, Moſquae 1777. 8. Idem V. D. denuo recenſuit ediditque gr. et lat. *Plut. de ſuperſtitione* libell. et *Demoſthenis* orat. funebrem, cum integris notis Reiskii, Sallierii, Taylori, Wolfii et Xylandri, et cum ſuis animaduerſſ. variisque trium codd. msstor. lectt. Moſquae 1778. 8. — *Plut. apophthegmata regum et imperatorum; apophthegm. Laconica; antiqua Lacedaemoniorum inſtituta; apophthegmata Lacaenarum*, gr. et lat. cum notis, (editore *Mich. Maittaire,)*

taire,) Londini 1741. mai. 4. — *Plut.* liber de regum atque imperatorum ſcite dictis, quae apophthegmata nuncupantur. Recenſuit et ornauit *Steph. Pemberton.* Oxon. 1768. mai. 8. — Doctior eſt et critica editio: *Plut. inſtituta et excerpta apophthegmata Laconica:* recenſuit, animaduerſſ. (criticis, grammaticis atque exegeticis,) illuſtrauit indiceque verborum graecorum inſtruxit *Theoph. Erdmann. Gierig,* (qui in praef. haec opuſcula Plutarcho indigna eſſe cenſet,) graece, Lipſ. 1779. 8. — *Chriſti. Gottlieb Wernsdorf* dedit Specimen nouae Quaeſtionum gr. editionis in Commentat. I. ad Plutarchi Quaeſtiones graecas, Helmſtad. 1795. 4. Ille pag. 3 ſqq. de vi et vſu inſcriptionis *Aἴτίων* ſ. *Αἰτιῶν* copioſe docteque disputat, et pag. 15—49. tres priores Quaeſtiones graecas, graece et lat. ex edit. Reiskiana reddidit, ſingulasque vberrimis adnotatt. ſ. excurſibus docte explicuit atque illuſtrauit. — Critica nitidaque editio eſt: *Plutarchi de Iſide et Oſiride* liber: graece et anglice. Graeca recenſuit, emendauit, commentario auxit — *Samuel Squire.* Acceſſ. Xylandri, Baxteri, Marklandi coniecturae et emendatt. Cantabrig. 1744. mai. 8. — Vtilis huc pertinet liber: *Jo. Salom. Semlers Erläuterung der egyptiſchen Alterthümer durch Ueberſetzung der Schrift Plutarchs von der Iſis und dem Oſiris, und der Nachricht von Egypten aus Herodots zweytem Buch, mit beygefügten Anmerkungen,* Breslav. 1748. mai. 8. — *De animi tranquillitate,* gr. Lipſ. 1779. 8. — *De ſera numinis vindicta,* acc. fragmentum eidem vindicatum ap. Stobaeum, gr. et lat. cum eruditis notis *Dan. Wyttenbach,* Lugd. Bat. 1772. 8. — *De placitis philoſophorum libri* V. nouiſſime bis iique praeclare ſunt et emendati et illuſtrati: 1) gr. latine reddidit, recenſuit, adnotatt. (tam criticis quam exegeticis,) variantibus

lectt.

lectt., diſſertatt. *) illuſtrauit *Ed. Corſinus*, Florent. 1750. mai. 4. — 2) Eosdem emendatiores edidit et lectionis varietatem adiecit *Chr. Dan. Beckius*, Lipſ. 1787. 8. — *De muſica* libr. *Burette* in Mémoir. de Litterature — des Inſcript. tom. VIII. Pariſ. in aliquot commentatt. curatius explicare atque illuſtrare ſuſtinuit; in ſecunda diſſerit de editt. ac verſionibus Plutarchi librorum et huius opuſculi, denique Plutarchei libelli argumentum ipſum et oeconomiam oſtendit. In tomo autem X. dedit textum graecum, collatis tribus codd. Pariſ. et vett. editionibus, cum verſione ſua gallica et cum criticis hiſtoricisque animaduerſſ. quas in tom. XIII. XV. et XVII. continuauit. — Separatim Pariſ. 1735. 4. — *Plut. de discrimine amici et adulatoris*, gr. cum varietate lect. animaduerſſ. Xylandri aliorumque, et indicem vocc. gr. adiecit *Ch. A. Kriegel*, Lipſ. 1775. 8. — De verſione libell. de discrimine etc. et conuiuii VII. ſapient. gallica cum notis criticis per *La Porte du Theil*, Pariſ. 1772. v. *Philolog. Bibliothek* tom. III. part. 1. Gotting. 1775. 8. p. 26 ſqq. — Opuſculo di Plutarco, come discernere il vero amico dall' adulatore, recato dalla Greca nella Italiana favella, dal *D. L. V. M.* (h. e. Dottore Lodovico Valeriani Malvezzi da Bagnacavallo,) con note, Rom. 1796. 8. — Vtilis eſt liber, praecipue ad artium hiſtoriam: *Plutarchi* ex operibus excerpta, quae ad artes ſpectant: collegit, in capita digeſſit, interpretatione latina et adnotatione inſtruxit *J. F. Facius.* Coburgi 1805. 8. — *De nobilitate* opuſculum, cuius initium *Fabric.* in B. Gr. tom. XII. p. 268 ſqq. vet. edit. cum notis breui-

---

*) In prima diſſ. difficiliora quaedam Plutarchi loca, vel obſcuriora philoſophorum placita vberius explicantur; in altera plurima vett. philoſophorum placita, a Plutarcho memorata, cum recentiorum placitis conferuntur.

breuibus e cod. vulgarat, poſtea integrum, a fine tamen deficiens, gr. et lat. cum ſuis Fabriciique notis *Jo. Chriſtoph. Wolf*, in Anecdotis graecis, tom. IV. Hamburg. 1724. 8. edidit, ac *Wyttenbach* in ſuam recepit edit.

25. *Soranus*, Menandri filius, Epheſius, medicus methodicus graecus, artemque medicam primum Alexandriae, dein Romae, imperatoribus Traiano et Hadriano, circ. a. C. 116 ſqq. exercuiſſe dicitur. Eius librum vnum *de Fracturarum ſignis* in Veterum Medicorum graecor. chirurgicis quibusdam deſideratis, gr. et lat. edidit *Anton. Cocchius*, Florent. 1754. fol. Eſt autem a *Sorano* Epheſio, iuniore, ſed incertae aetatis medico, qui vitam Hippocratis, a *Fabric.* in B. Gr. XII. p. 674 ſqq. editam, aliaque compoſuit, a Pſeudo-Sorano, latino auctore *Iſagoges in artem medendi*, aliisque diſtinguendus.

26. *Criton*, medicus graecus, in palatio Traiani clarus. Argumenta librorum IV. *Critonis* Κοσμητικῶν reddidit gr. et lat. *Fabric.* B. Gr. vol. XII. vet. ed. p. 689 ſqq. add. eumdem in vol. XIV. p. 132 ſq.

27. *Theon*, Smyrnaeus, inſignis mathematicus et philoſophus Platonicus, ſub Traiano et Hadriano, circ. a. C. 117. Scripſit de iis, quae in mathematicis ad Platonis lectionem vtilia eſſent. Fragmentum, quod ſupereſt, et in quo de *arithmetica et muſica* agitur, aliudque ex op. *de aſtronomia Iſmael Bullialdus* gr. edidit cum verſione latina notisque, Lutet. Pariſ. 1644. 4.

Diſtinguendus eſt a *Theone*, mathematico Alexandrino, ſaeculi IV. ad a. Chr. 390.

28. *Cleomedes*, aſtronomus: quando vixerit, in alia omnia eunt VV. DD. (vid. quae notaui ad *Fabr.* B. Gr. IV. p. 38. §. XXII. vbi de Cleomede agitur.) Aliis, vt *Saxio* in Onom. lit. I. p. 294. videtur circ. a. C. 116. floruiſſe et antiquior eſſe

esse Claudio Ptolemaeo; alii, vt *Hamberger.* in *Zuverläss. Nachr.* part. III. p. 97. eius aetatem ad Theodosii II. Aug. tempora, circ. a. Chr. 427. referunt. Reliquit libros II. Κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων, *de circulari s. sphaerica inspectione coelestium, siue de contemplatione orbium coelestium.* Editi sunt cum *Philonis* libr. gr. et lat. *Georgio Valla* *) interprete, post *Aristotelem* de mundo, gr. cum *Guil. Budaei* versione lat. Basil. 1533. 8. Separatim, gr. apud Conr. Neobarium, Paris. 1539. 4. — gr. et lat. (cum Vallae versione,) cum Procli Sphaera, Arato et Dionysii Periegesi: adiectis doctor. virorum adnotatt. a *Marco Hoppero*, Basil. 1547. 8. — auct. ib. 1561. 8. et, vitiose tamen, ib. 1585. 8. — *Meteora*, gr. et lat. a *Roberto Balforeo* ex Ms. cod. — multis mendis repurgata, lat. versa, et perpetuo commentario illustrata, Burdigalae 1605. 4. — Variae lectt. ad Cleomedis librum I. de meteoris in *Chr. Frid. Matthaei* Lectionibus Mosquens. vol. I. Lips. 1779. 8.

29. *Aristides Quinctilianus*, *Bacchius* et *Alypius*, (ab aliis Alypiis distinguendus,) scriptores musici, Ptolemaeo antiquiores, circ. a Chr. 116. fuisse videntur *Marco Meibomio*, qui illorum libellos, ad artem musicam pertinentes, edidit in Opere inscripto: *Antiquae Musicae auctores septem, gr. et lat. Marc. Meibomius restituit ac notis illustrauit.* Amstelod. ap. Lud. Elzeuir. 1652. 4.

30. *Alcinous*, philosophus Platonicus, eiusdem forsan aetatis, init. saeculi II. Eius *Introductio ad Platonis dogmata* edita graece, at corrupte, cum Apuleio, Venet. ap. Aldum 1551. 8. — Intro-

---

*) *Vallae* versio lat. *Cleomedis de mundo*, aliorumque Graecorum etc. prodiit Venet. per Anton. de Strata, 1488. et ib. per Simon. Papiensem, dictum Beuilaquam, 1498. fol.

— Introductio et alia, Pariſ. gr. 1532. cum Marſilii Ficini verſione lat. 1533. 8. — gr. et lat. *Dion. Lambino* interprete, cum eiusd. ſcholiis, Lutet. 1567. 4. — gr. Pariſ. 1582. 8. — gr. cum verſione Ficini paſſim interpolata et ſeorſim exhibita a *Dan. Heinſio*, ad calcem Maximi Tyrii, Lugd. Bat. 1607. 8. Sed in altera edit. 1614. 8. et graecus contextus et latina verſio, paſſim emendatior, iuxta poſita ſunt. — it. Lugd. Bat. 1630. 8. — Ex hac Heinſii recenſione *Alcinous* ſeparatim recuſus eſt gr. et lat. Accedit Platonicorum aliquot ſyllabus alphabet. (per Jo. Langbaenium et Jo. Fellum,) Oxon. 1667. 8. — *Alcinoi* Introductio addita quoque eſt a *Fiſchero* edit. III. Platonis dialogorum, Euthyphronis etc. Lipſ. 1783. 8. — Gallice verſa eſt Alcinoi Introductio a *J. J. Combes-Dounous*, Pariſ. 1800. (an. VIII.) 8.

31. *Fauorinus*, Arelatenſis, Gallus, Hermaphroditus, Sophiſta, philoſophus Platonicus, neque tamen a ſecta Pyrrhonia alienus, temporibus Traiani et Hadriani. Romae propter oris et orationis ſuauitatem et corporis eloquentiam magna floruit docuitque auctoritate. Multa, quae a veteribus frequenter laudantur, ſed interierunt, ſcripſerat. V. *Imman. Frid. Gregorii* II. commentatt. de *Fauorino*, Arelatenſi philoſopho, graecae romanaeque dictionis exemplari, Laub. 1755. 4.

Calliſtratum, Sophiſtam, Ecphraſeωn ſcriptorem, huic quoque tempori, ſub Hadriano, a. Chr. 117. accenſendum eſſe ſuſpicatur *Saxius* in Onom. I. p. 295. Contra *Heynius* in Opuſculis academic. vol. V. Gottingae 1802. m. 8. p. 198. eum ſeriorem Philoſtratis fuiſſe iudicat. V. infra ad §. 69. de vtroque Philoſtrato.

32. *Ael. Hadrianus*, imperator, variorum epigrammatum auctor, litterarum et doctorum hominum amans. *Fabric.* in B. Gr. vol. XII. vet. edit. p. 516 ſqq. reddidit Hadriani Reſponſa et reſcri-

rescripta gr. cum notis Goldasti, atque cum latina vetere Dosithei versione, et in vol. XIV. p. 557 sqq. Altercation. Hadriani Aug. et Epicteti philosophi, lat. ex *Frid. Lindenbrogii* editione. (Hamburgi 1615. 12. conf. not. *bb.* in *Fabr.* B. Gr. I. p. 867.) — Eius epigrammata typis repetenda curauit *Brunck* in Analect. vett. poet. graec. vol. II. p. 285 sq.

33. *Secundus, Atheniensis*, philosophus Pythagoreus et sophista, floruit in aula Hadriani circ. a. Ch. 123. praeceptor Herodis Attici. Eius, et *Demophili* ac *Democratis*, veterum philosophorum, *Sententias morales* e codd. primus edidit, adiectis *Secundi* philosophi Responsis ad interrogata Hadriani ex Vincentio Bellouacensi, Spec. hist. lib. X. cap. 71. *Lucas Holstenius*, Romae 1638. 12. rec. Lugd. Batav. 1639. 12. — tum in Opusculis mythologicis, ethicis et physicis, iunctim editis a *Tho. Galeo*, Cantabrig. 1670. 8. et Amstel. 1688. 8. Easdem sententias, cum vita *Secundi*, antea non edita, ex apographo Gudiano cod. Medicei, vulgauit *Jo. Ad. Schier*, Lips. 1754. 8. *Fabric.* in B. Gr. vol. XIII. p. 564 sqq. reddidit *Secundi* 1) sententias gr. et lat. ex edit. Luc. Holstenii, collata cum MS. Gudiano; 2) eiusd. Responsa ad interrogata Hadriani, lat. et 3) eiusdem sententias s. Quaestiones problematum, scriptas ad Hadrian. imper. ex *Casp. Barthii* Aduersar. lib. XI. cap. 17. lat.

34. *Apollodorus*, Damascenus, architectus celebris, floruit sub Traiano, inprimis sub Hadriano imp. a quo relegatus et dein interfectus est. Ad Hadrianum scripsit Πολιορκητικὰ, siue *de machinis obsidionalibus* librum, qui exstat in *veterum mathematicorum* collect. Theuenotiana, Paris. 1693. fol. p. 13—48.

35. *Ptolemaeus*, Hephaestionis filius, cognomine *Chennus*, Grammaticus Alexandrinus, clarus

Traiani et Hadriani temporibus. Ex eius ſeptem libris περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱϛορίας, *nouae ad variam eruditionem hiſtoriae*, Photius in cod. CXC. ampla nobis ſeruauit excerpta: quae inſeruit *Th. Gale* Hiſtoriae poëticae ſcriptoribus antiquis Pariſ. 1675. 8. p. 303 ſqq. gr. et lat. cum *Andr. Schotti* ſcholiis, et interpoſitis *Hoeſchelii* notis: ea cum Conone et Parthenio edidit *L. H. Teucher*, Lipſ. 1793. 8. iterumque 1803. 8. — Diuerſus eſt *Ptolemaeus Aſcalonita*. Scripſit praeter alia librum περὶ διαφορᾶς λέξεων· cuius ſpecimen ex cod. Gudiano euulgauit et de hoc Ptolemaeo egit *Fabric.* in B. Gr. vol. VI. p. 156 ſqq.

36. *Flauius Arrianus*, Nicomedienſis Bithynus, Epicteti diſcipulus, philoſophus ſtoicus, dux militaris, et hiſtoricus verax atque elegans felixque Xenophontis imitator. Floruit ſub Hadriano imp. cui carus fuit, et magnam eruditione nominis famam atque auctoritatem conſequutus et dignitatibus atque ciuitate tam Romana, quam Athenienſi ornatus eſt. Ab Hadriano a. V. C. 134. Cappadociae praefectus, contra Alanos et Maſſagetas feliciter bellauit. Romae honores ſenatorios ipſumque conſulatum nactus, in patria autem ſacerdotio Cereris ac Proſerpinae functus eſt. Multa ſcripſit, ſed plura interierunt, et ad noſtram aetatem pervenerunt: 1) *Diſſertationum Epicteti libri IV*. qui prior pars librorum VIII. Διατριβῶν Ἐπικτήτου, a Photio cod. 58. memoratarum, fuiſſe videntur *): 2) *Enchiridion Epicteti*: 3) *de expeditione Alexandri* libri VII. attice ſcripti: 4) *Indica* ſiue de rebus indicis liber vnus, ionica exaratus dialecto: falſo quidam eum habuerunt librum octauum hiſtoriae Alexandri: ſectatus autem

tem

*) Ex deperditis libris locum Arriani reperit *Heeren* in Stobaei Eclogis phyſicis.

tem eſt Arrianus *Nearchum*, Cretenſem, Alexandri comitem, cuius reliquias ex Arriano collegit ac tom. I. Geographorum minor. cum Bonauent. Vulcanii interpretatione inſeruit Hudſon, atque Dodwelli, cui quidem ſuſpectus eſt *Nearchi* Paraplus *), diſſertation. de Arriani Nearcho diſſ. VI. §. 3 ſqq. p. 130 ſqq. praemiſit: 5) *Epiſtola ad Hadrianum* imp. in qua *periplus ponti Euxini* a Trapezunte vsque ad Dioſcuriada, atque inde ad Boſporum Cimmerium indeque ad Thracium et ipſam Byzantium vrbem: 6) *Periplus maris Erythraei*, quem tamen librum, nonnulli ſtatuunt, ab alio homine eſſe conſcriptum: 7) *de acie inſtruenda* liber: 8) *Inſtructio aciei aduerſus Alanos*; pars libri de bello aduerſus Alanos, ab Arriano geſto, eſſe videtur: 9) *liber de venatione*, ſupplens ea, quae in priſci Xenophontis libro de venatione deſiderantur. **) — *Diſſertationum* princeps editio gr. Venetiis, in aedibus Barthol. Zanetti Caſterzagenſis etc. 1535. 8. editore

*) Dodwell putabat, Nearchi paraplum ſub poſtremis Ptolemaeis fictum eſſe; ſed refutatus eſt a *Sainte-Croix* in Examen critique des anciens Hiſtoriens d'Alexandre-le-Grand, ed. II. Pariſ. 1804. 4. p. 746 ſqq. (in not. 4. tamen profitetur, ſe in ed. I. copioſius examinaſſe Dodwelli paradoxa,) et ſaepius de Nearcho, inprimis de Arriano p. 89 ſqq. 100 ſqq. 240 ſqq. 297. 392 ſqq. 441. etc. agit iudicatque; et a *Guil. Vincent* in opere: The voyage of *Nearchus* from the Indus to the Euphrates, collected from the original Journal preſerved by *Arrian*, and illuſtrated by authorities ancient and modern; containing an Account of the firſt Navigation attempted by Europeans in the Indian Ocean. By *William Vincent* etc. London. 1797. 4. (v. *Brüggemann* a Supplement to the View of the Engliſh editions etc. p. 67.) Atque *Schmieder* edit. ſuae: *Arriani* Hiſtoria indica, p. 233 ſqq. adiecit *Dodwelli* diſſ. de Arriani Nearcho et *Vincentii* refutation. Dodwell. p. 56. ex anglico in latinum translatam. Add. eius praef. p. VI ſqq.

**) *Neuius* in acceſſion. ad Whear relectt. hiemal. p. 106. illum librum *Arriano* cuidam iuniori, Athenienſi, adſerit.

tore Victore Trincauello. Haec basis facta est, paucis interdum mutatis, editionum subsequutarum vsque ad Wolfium, qui a. 1561. vulgatam lectionem primus restituit; de cuius edit. atque de editt. *Vptoni* ac *Schweighäuseri* (in Epicteteae philosophiae monumentis tom. I. et II. Lips. 1799. 8.) et de *Epicteti* Enchirid. v. supra §. 17. de *Epicteto* et §. 54. cap. I. sect. 2. de *Cebete*. — Germanice verterunt *J. G. Schulthess: Arrians Epictet*, Tiguri 1766. 8. etiam in eius *Bibliothek der griechischen Philosophen*, tom. II. nr. 1. et melius pulcriusque *S. M. Schulz* cum obseruatt. philosoph. Altonae 1801. et 1803. II. voll. — Libri *de expeditione Alexandri* primum *latine* versi sunt interprete *Carolo Valgulio*, Brixiensi, absque vlla nota, in fol. saec. XVI. tum, interprete *Barthol. Facio*, Pisauri 1508. fol. et saepius. *Graece* autem primum prodierunt, curante *Victore Trincauello*, *Arriani Historiae de ascensu Alexandri*, Venetiis in aedib. Barthol. Zanetti, 1535. 8. — Tum *Arriani de expedit. Alexandri* libr. VIII. gr. cum Barthol. Facii interpretatione latina mendis repurgata per *Nic. Gerbelium*, Basil. 1539. 8. II. voll. Hanc Gerbelii edit. at ope cod. msti multis locis emendatiorem, reddidit, et primus recensuit textum, nouamque adiunxit interpretationem aliaque *Bonauent. Vulcanius*, (Geneuae) exc. Henr. Stephanus, 1575. fol. — *Arriani de exped. Alex. libri VII. eiusdem Indica* ex Bonav. Vulcanii interpretat. *Nicol. Blancardus* e vett. libris recensuit, versionem lat. emendauit, octo libros animaduerss. adiecit, Amstel. 1668. 8. Is vero atrociter et petulanter agitatus est a *Jac. Gronouio* tam in Supplementis lacunarum in Aenea Tactico, Dione Cassio et Arriano, Lugd. Bat. 1675. 12. p. 160 sq. quam in praefatione et notis ad editionem: *Arriani expeditionis Alexandri libr. VII. et histo-*

riae

riae indicae, gr. et cum latina Vulcanii interpretatione ſuisque animaduerſionibus, Lugd. Bat. 1704. fol. in qua quidem multa in contextu gr. praeclare reſtituit ex Ms. Peruſino et quatuor codd. Mediceis, librosque in capita diuiſit; ſed in animaduerſionibus, doctis quidem, Blancardum, Freinshemium aliosque inhumane inſiceteque inſectatus eſt, et tamen poſteris haud ſpernendum reliquit ſpicilegium. — Admodum probabilem illorum editionem *Georg. Raphelius* iam 1709. parauerat, quam demum diu poſt illius obitum eius gener, *Conr. Arnold. Schmid*, in lucem protulit, cum adnotatt. (criticis Gronouii potioribus ſuisque hiſtoricis atque grammaticis,) et indice gr. locupletiſſimo: accedunt *Eclogae Photii* ad Arrianum pertinentes, cum lectionibus variantibus *Dav. Hoeſchelii.* Amſtel. 1757. 8. *Raphel.* *) textum Gronouian. tribus locis mutauit, in notis autem emendationes Gronov. interdum examinavit, et capita in minores diuiſit ſectiones, atque Curtium contulit. — *Aug. Chriſtian. Borheck* edidit *Arriani Opera*, tom. I. gr. Lemgov. 1792. mai. 8. tom. II. 1810. tom. III. 1811. Sed valde praeſtat edit. quae noua eſt recenſio, multis locis in textu ex codd. aut coniecturis et aliorum et propriis feliciter emendatis, et inſcripta eſt: *Arriani Nicomed. expeditionis Alexandri libri ſeptem: recenſiti et notis* (tam criticis, quam philologicis, hiſtoricis, geographicis et antiquariis, vt plurimum propriis, interdum Gronouii, Raphelii et aliorum,) *illuſtrati a Friderico Schmieder,*

*) Add. *Raphelii* emendationem loci cuiusdam in Arriani hiſtoria indica cap. XIII. nr. 6. in Miſcellan. obſeruatt. Belgicis, vol. IV. tom. II. p. 270 ſqq. Amſtel. 1734. 8. vbi quoque conſilium ſuae edit. futurae aperuit. Idem edidit Annotationes philolog. in N. T. ex Polybio et *Arriano* collectas, Hamburg. 1715. 8. poſtea in Belgio recuſas.

der, Lipſ. 1798. 8. In praef. bene ſciteque agitur de huius libris Msstis, editionibus, verſionibus, ſubſidiisque. Idem antea ediderat duo ſpecimina notarum criticarum in Arriani Nicom. de Alexandri M. expedit. libros IV. priores, Halis Magd. 1795. 4. — In linguam *germanicam* contulerunt illos libros *Gebh. Chriſtoph. Lud. Timaeus*, cum animaduerſſ. Lipſ. et Erford. 1765. 8. atque *Aug. Chriſtian. Borheck*, Francof. ad M. tom. I. 1790. tom. II. 1792. 8. Tertius tom. adhuc deſideratur. — in linguam *anglicam* eosd. libros et Indica *J. Rooke* cum notis criticis, geographicis et hiſtoricis, Londin. 1729. 8. II. voll. — in linguam *gallicam P. Chauſſard*, qui alias variasque addidit disquiſitiones, Pariſ. 1802. 8. III. voll. et vol. in 4. tabulas 12 aeneas cum explicatione continens. — *Indicam hiſtoriam*, cum Bonav. Vulcanii interpretat. lat. emendatiore, ſeparatim edidit, recenſuit et illuſtrauit *Frid. Schmieder*, Halis Magdeb. 1798. 8. Ad finem adiectae ſunt *Dodwelli* diſſ. de Nearchi paraplo cum *Vincentii* refutatione, ex anglico ſermone in latinum translata, et mappa geographica. — *Germanice* verterunt (*Ge. Raphelius*,) Hamb. 1710. 8. et elegantius eius gener, *Conr. Arnold. Schmid*, additis *Hannonis* Periplo, et duabus Dodwelli atque de Bougainville commentatt. cum tabulis geographicis et indice geographico atque hiſtorico, Brunsvic. et Guelferb. 1764. mai. 8. — *Periplum ponti Euxini* et *periplum maris Erythraei* cum periplo Hannonis, Plutarcho de fluminibus et montibus, ac Strabonis epitome graece primus edidit *Sigism. Gelenius*, Baſil. ap. Froben. 1533. 4. at textus eſt multis in locis mancus plurimisque mendis deformatus: quare *vtrumque periplum*, a plurimis mendis repurgatum, cum verſione lat. amploque commentario euulgauit *Jo. Guil. Stuckius*, Tigurinus, Geneuae ap. Euſtath. Vignon (in

(in aliis exemplar. Lugd. ap. Barthol. Vincentium,) 1577. fol. — Vtrumque periplum gr. cum Stuckii versione et tabula ponti chorographica edidit notisque illustrauit *Nic. Blancardus*, vna cum *Arriani* arte tactica, acie contra Alanos, (tunc Peripli sequuntur,) libro de venatione, Epicteti Enchiridio etc. Amstel. 1683. 8. — *Periplum Euxini maris* et *Maeotidis paludis* primus in lucem protulit et illustrauit *If. Vossius*, Amstel. 1639. 4. eumque recudi fecit cum suis et Vossii notis *Jac. Gronov.* in Geographicis antiquis, Lugd. Bat. 1700. 4. p. 133 sqq. — *Arriani* periplum ponti Euxini et maris Erythraei cum versione J. Guil. Stuckii; *Nearchi* paraplum ex Arriano, interprete Bonav. Vulcanio; Ponti Euxini et Maeotidis paludis periplum, interprete If. Vossio, *Jo. Hudson* inseruit gr. et lat. cum suis aliorumque adnotatt. tom. I. Geographiae veteris scriptorr. graec. minorum, et praemisit Dodwelli dissertatt. — *Tactica* atque *Instructio aciei aduersus Alanos* ex cod. Mediolan. et *Mauricii artis militaris libri duodecim*, omnia numquam antea publicata: graece primus edit, versione notisque illustrat *Jo. Schefferus*, Vpsaliae 1664. 8. — *De venatione* libr. gr. primus vulgauit et lat. vertit *Luc. Holstenius*, Paris. 1644. 4. — Ex Holstenii et Blancardi editionibus ac Stephani schediasmate *Jo. Car. Zeune* nouam instituit recensionem et explicuit, adiecitque *Xenophontis* opusculis politicis, equestribus et venaticis, Lips. 1778. 8. — Lectiones cod. Paris. in Periplo ponti Euxini cum notis criticis, it. pauca ad *Arrianum* de venatione et periplum maris Erythraei dedit *Frid. Jac. Bastius* in Epistola critica, lat. versa a *Car. Alberto Wiedeburg.* Lipsiae 1809. 8. p. 34 sqq. 82. 105. 178. not. et 227. et p. 3 sqq. multa pari modo de Periplo ponti Euxini et paludis Maeotidis, auctore anonymo. — De Indica historia eiusque fide critica

tica etc. egit *Anquetil Duperron* in Mémoires des Inſcript. etc. tom. XLIX. ſect. III. p. 570 ſqq.

37. *Artemidorus*, Epheſius: Daldianus autem a Daldia, vrbe Lydiae et loco matris ſuae natali adpellatur. Quando vixerit, valde diſſentiunt vv. docti. Hadriani et Anton. Pii temporibus vixiſſe videtur *Saxio* in Onomaſt. lit. I. p. 299. *Reiff* vero in praefat. ad edit. ſuam p. VI. probatum iuit, Artemidori vitam litterariam non tam in Antonini Pii, quam Antonini philoſophi eiusque ſucceſſoris, Commodi, tempora incidere. Scripſit Ὀνειροκριτικὰ, ſ. de diuinatione ex ſomniis iisque interpretandis libros IV. Accedit quintus, continens narrationes ſomniorum prope centum cum eorum euentibus. Libri quinque primum graece editi ſunt ab Aldo, Venet. 1518. 8. — Latine vertit *Janus Cornarius*, Baſil. 1539. 8. 1544. 8. Lugd. 1546. 8. — gr. et cum Cornarii verſione lat. recudi eos fecit, addiditque notas eruditas *Nic. Rigaltius*, Pariſ. 1603. 4. — Noviſſima, eaque critica auctiorque editio eſt: *Artemidori Oneirocritica* ex II. codd. msst. Venetis recenſuit, emendauit, poliuit, notis inſtruxit *Nic. Rigaltii* et *Jo. Jac. Reiskii* *) ſuisque illuſtrauit, item indices copioſos adiecit *Jo. Gothofr. Reiff*, Saxo. tom. I. II. Lipſ. 1805. mai. 8. Tertio tomo editor vita nuper defunctus complecti volebat ceteros coniectores, qui in ed. Rigaltiana continentur.

Plures *Artemidoros* antiquiores recenſet *Fabric.* V. p. 263 ſqq. Inter hos h. l. memorandus eſt et a ſuperiore diuerſus *Artemidorus Epheſius*, Geographus, clarus circ. Olymp. 169. Is libris XI. vniuerſam geographiam complexus eſt: epito-

*) *Reiske* animaduerſſ. ad Artemidorum ſcripſerat in ſuis Animaduerſion. ad graecos auctores, vol. V. p. 625 ſqq. Lipſ. 1766. 8.

epitomen autem integri operis, nobis temporum iniuria erepti, confecit Marcianus Heracleota, e qua tamen tantum prologus et Ponti, vtriusque Bithyniae et Paphlagoniae periplus supersunt. Conf. Schol. Apoll. Rhodii II. 948. 967. III. 558. IV. 259. Eius fragmenta pleraque collegit ad calcem Marciani *Hudson.* tom. I. Geographor. graec. minorum: duo fragmenta publicauit *van Goens* ad Porphyrium de antro Nymphar. p. 87. et aliud fragmentum de Nilo ex cod. bibl. Monacens. graece primum edidit et latine vertit *Frid. Xauer. Berger* in *Aretini Beyträgen zur Geschichte und Literatur*, a. 1804. part. V. s. mens. Maii p. 49 —53.

38. *Gaudentius*, scriptor Musicus, ante Ptolemaeum in priore dimidia saeculi secundi parte, vt videtur, clarus. Eius *Introductionem harmonicam* edidit gr. ac lat. atque illustrauit *Meibomius* cum reliquis Musicis graecis, Amstelod. 1652. 4.

39. *Aelius Dionysius*, Halicarnasseus, Sophista et Musicus sub Hadriano clarus. Scripsit περὶ ἀκλίτων ῥημάτων libr. editum in Cornu copiae s. Hortis Adonidis, Venet. ap. Aldum 1496. fol. Alia, partim probabilia, partim incerta de eo variisque Dionysiis adnotantur in *Fabricii* B. Gr. vol. IV. p. 405. §. XX. et vol. VI. p. 168. ac pag. 364.

40. *Claudius Aelianus*, Tacticus, sub Nerua et Hadriano a. Chr. 130. homo graecus, olim a quibusdam confusus cum Claudio Aeliano, variarum historiarum scriptore, a. Chr. 225. *) Scripsit Τακτικὰ, s. *de instruendis aciebus* libr. ad Hadrianum. Huius libri versio latina saeculis XV. et

*) Vid. *Henr. Vales.* in Emendatt. libr. V. cap. 1. p. 121. et cap. 3. p. 123. ac *Iac. Perizon.* praef. ad Aeliani H. V. stell. 6. pl. 2 sqq. edit. Abrah. Gronov.

et XVI. faepe formulis typographicis defcripta fuerat. — *Graeca* editio Aeliani, a *Robortello* feorfim ex tribus Mss. recenfita et variis picturis atque imaginibus illuftrata; ac feparatim Robortelli latina verfio, cum translatione latina Theodori Gazae prodiit Venetiis 1552. 4. — Vtramque verfionem cum contextu graeco recudi fecit *Conr. Gesnerus,* Tiguri 1556. fol. — Denique Aeliani liber graece cum noua verfione et animaduerff. *Sixti Arcerii* editus eft, adiectis ex Xenophonte aliisque pugnarum quarumdam defcriptionibus, Lugd. Bat. ap. Lud. Elzeuir, 1613. 4. — *Germanice* vertit notisque inftruxit *A. H. Baumgärtner,* ediditque primum cum Onofandro, praefixa infcriptione: *Vollftändige Sammlung aller Kriegsfchriftfteller der Griechen,* Manhem. 1779. 4. deinde feparatim, titulo tantum mutato et cum praefat. 1786. 4.

41. *Apollonius, Dyscolus* ob aufterum vitae genus cognominatus, Alexandrinus; pater Herodiani; quos omnibus prioribus Grammaticis antefert Prifcianus in praefat. libr. I. et aliquoties laudat. In fumma quidem paupertate vixit, magnum tamen inter grammaticos nomen confequutus eft, circa an. Chr. 138. et vlterius fub Hadriano et Antonino Pio imperatt. Sub pofteriore Romam venit; poftea rediit in patriam, et vixit ac fepultus eft in Bruchio Alexandrino. Ex multis eius fcriptis, quae typis funt expreffa, fuperfunt: 1) de *Conftructione,* fiue *fyntaxi partium orationis libri IV.* in editionibus autem graecis imperfecti; 2) *Hiftoriae mirabiles,* haud integrae. — Libri *de conftructione* primum prodierunt graece cum Theodori Gazae Introductiuae graecae libris IV. Venet. ap. Aldum 1495. fol. — tum graece, cum *Magno Bafilio* de grammatica exercitatione, Florent. in aedib. Phil. Juntae, 1515. 8. — denique ex cod. a *Francifco Porto* et *Sylburgio* paffim correcti

recti et suppleti, notationibus aucti et a Porto latine redditi: addita e Procli Chrestomathia grammatica Photii patriarchae CP. electa, ab Andrea Schotto primum edita, latinitate donata et scholiis illustrata — opera *Frider. Sylburgii*, Francof. ap. A. Wecheli heredes, 1590. 4. — *Is. Vossii* Excerpta ex *Apollonii* Dyscoli grammatics, numquam ante edita, cum *Mich. Maittaire* graecae linguae dialectis, edit. *J. F. Reitzii*, Hag. Com. 1738. 8. p. 421 sqq. et *Sturz.* in noua Maittair. libri edit. Lips. et Lond. 1807. 8. quaedam, quae Valcken. ad Theocriti Adoniaz. et Koen ad Greg. Corinthium collegerant et adnotarant, adiecit. At integrum *Apollonii* librum *de pronomine* primum edidit *Emanuel Bekkerus*, in Wolfii ac Buttmanni Museo antiquitatis studiorum, vol. I. fasc. II. Berol. 1811. 8. cum lectt. calci adiectis. — Ex Grammatica inedita loca profert *Koen* in notis ad Gregor. Corinth. de dialectis p. 96. 114. et 161. Plura Bastius in notis ad editionem Lipsiensem Gregorii Corinthii. — *Apollonii historiae mirabiles:* gr. cum versione lat. et adnotatt. *Guil. Xylandri*, et cum *Antonino Liberali* etc. Basil. 1568. 8. — *Historiae commentitiae liber. Jo. Meursius* recensuit, (quaedam de coniectura sua correxit,) syntagma de eius nominis scriptoribus et commentarium addidit. Lugd. Bat. 1620. 4. Haec editio recusa est a *Lamio* in Meursii Opp. tom. VII. et a *Ludov. Henr. Teuchero*, cum notis Guil. Xylandri, Jo. Meursii propriisque, Lips. 1792. 8.

42. *Antonius Polemo*, patria Laodicenus, rhetor et sophista, clarus ante a. Ch. 117. vsque post a. 138. diversus ab aliis, qui multi fuerant, Polemonibus, in magna gratia apud imperatt. Traianum, Hadrianum, a quo coetui musei Alexandrini fuit adscriptus, atque Antoninum Pium. Vixit tamen, et docuit Smyrnae floruitque magna aucto-

auctoritate tantoque diſcipulorum et admiratorum numero, vt, hac dignitate nominisque fama elatus, aſperos ſuperboſque indueret mores. Atque ipſum eius genus dicendi robuſtum ac vehemens, at aliquando minus amoenum videtur criticis. Tandem anno aetatis LVI. dolores morbi articularis diutius non ferens, rediit Laodiceam, et vivus in tumulum maiorum deſcendit, quem claudere iuſſit, ne ipſum ſilentem ſol adſpiceret: atque ita ſponte inedia periit. — Exſtant duae declamationes ſ. duo contrarii λόγοι ἐπιτάφιοι de honore et principatu funeris celebrandi, parentum nomine dicti in Cynaegirum et Callimachum, Athenienſes, qui in pugna Marathonia fortiter pugnantes ceciderunt. — Illas primus cum Himerii et aliorum quorumdam declamationibus edidit *H. Stephanus*, cum nonnullis fini adiectis adnotatt. 1567. fol. min. — tum graece, Pariſ. Steph. Prevoſteau, 1586. 4. — denique gr. et lat. cum notis *Petrus Poſſinus*, Toloſae 1637. 8.

43. *Phlegon Trallianus*, Trallibus, Lydiae vrbe, natus, Hadriani Auguſti libertus et hiſtoricus. Floruit circ. a. C. 138. Certe eum a. Chr. 140. ſiue Olymp. CCXXIX. 4. euulgaſſe opus ſuum de Olympiadibus, viri docti demonſtrarunt. — Superſunt 1) *de mirabilibus* liber, initio mutilus; 2) *de longaeuis*, Italis maxime, qui centum et amplius annis vixerunt; 3) *de Olympiis* fragmentum. Haec ex cod. Palatino primus gr. edidit, latine vertit, (quae verſio ſeparatim excuſa eſt,) notisque illuſtrauit *Guil. Xylander*, cum Antigoni et Apollonii Mirabilibus et M. Antonino, Baſil. 1568. 8. Deinde ex recenſione et cum *Jo. Meurſii* notis atque Xylandri verſione, Lugd. Bat. 1620. 4. rec. a *Lamio* in tom. VII. Opp. Meurſii, atque a *Jac. Gronov.* in tom. VIII. p. 2690. et 2727. Theſauri antiquitt. graec. duo priores libri, fragmentum vero de Olympiis in tom. IX. p. 1289.

p. 1289. — Fragm. de Olympiis, graece, praefixum est Pindari editioni Oxon. 1697. fol. — Nouissima editio est: *Phlegontis opuscula* gr. et lat. ex recensione Jo. Meursii: accesserunt eiusdem et Guil. Xylandri animaduerss. atque *Jo. Meibomii* de longaeuis epistola: iterum edidit, animaduersion. indicesque adiecit *Jo. Ge. Frid. Franzius*, Halae Magdeb. 1775. 8. — Lectt. cod. Paris. cum multis emendationib. et obseruatt. in *Phlegontis* libr. *de rebus mirabilibus* et *de hominibus longaeuis* dedit *Bastius* in epistola critica, lat. versa a *Car. Alb. Wiedeburgio*, Lips. 1809. 8. p. 59 sqq. ac p. 71 sqq. *de ludis Olympicis*.

44. *Tiberius Claudius Atticus Herodes*, Atheniensis, ex pago Marathonio, philosophus et rhetor, floruit gratia Antoninorum Pii ac Philosophi, et Veri impp. Variis igitur iisque amplissimis muneribus functus est, et a. C. 141. Romae fuit consul. Tabe confectus Marathone in patria a. aetatis LXXVI. obiit. Ad nostra tempora tantum peruenit declamatio, non quidem scripta natiua simplicitate atticaque elegantia, sed more sophistarum illius aeui nimis exornata, qua suaderet Thebanis, vt cum Peloponnesiis et Lacedaemoniis societatem inirent contra Archelaum, Macedoniae regem. Suo tamen tempore fama laudeque eloquentiae adeo floruit, vt ab Hadriano *βασιλεὺς λόγων* vocaretur. Illa declamatio graece prodiit cum Lysia aliisque atticis oratoribus Venet. apud Aldum 1513. fol. et Paris. ap. H. Stephan. 1575. fol. Latine vertit et ad calcem Aristidis edidit eam *Guil. Canterus*, Basil. 1566. fol. — tum gr. cum Canteri versione *Janus Gruterus*, ad calcem oratt. Dinarchi, Lycurgi etc. Hanov. 1619. 8. — *Jo. Jac. Reiske* ex sua recensione et cum notis in Oratorum graecor. vol. octauo, Lips. 1773. p. 32 sqq. et *Raphael Fiorillo*, qui *Herodis Attici quae supersunt* edidit et adnotatt. illustrauit:

prae-

praefixa eſt epiſtola *Chr. G. Heynii* ad auctorem. Lipſ. 1801. m. 8. Continentur 1) conſecratio ſepti ad pagum *Triopium,* in praediis *Herodis Attici,* cum variis lectt. 2) dedicatio ſtatuae Regillae, Herodis vxoris (quam tamen etiam Fiorillo adſcripſit *Marcello* *) *Sidetae,* tempore Marci Aurelii florenti,) cum variis lectt. 3) adnotatt. vberiores in duas illas inſcriptiones; 4) diatribe in *Herodis Iambographi* (cum Herode Attico confuſi a *Fabricio* B. Gr. IX. p. 617. ſed in nota *d* animaduerti, iam a *Ruhnkenio* in Hiſtoria critica oratorum graec. in nota pag. XCIX ſq. fuiſſe refutatum, eumque ſequutus eſt *Fiorillo* l. c. p. 171.) fragmenta; 5) *Herodis* orat. de republica, cum Reiskii obſſ. Illam tamen orationem minime ab Herode, ſed a ſophiſta quodam anonymo multo ſeriore eſſe ſcriptam, Fiorillo iudicat in praef. p. VI. et ad vitam Herodis p. 12. not. 16. — De *Inſcriptionibus* autem, quas vel ipſe compoſuiſſe, vel ab aliis componendas ſibi curaſſe dicitur, et in monumento, quod ſibi ſuisque heredibus in primis ſtruxit in *Triopio* ſuo, poſuit, et ex quo quatuor nobis inſcriptiones innotuere, alii copioſe egerunt. Hoc loco ſufficiat quosdam citare libros, huc pertinentes: *Cl. Salmaſii* duarum inſcriptionum veterum Herodis Attici rhetoris et Regillae coniugis honori poſitarum explicatio, vna cum Doſiadae, Simmiae et Theocriti luſibus, Pariſ. 1619. 4. p. 11 ſqq. et p. 89 ſqq. Repetita eſt haec editio in *Th. Crenii* Muſeo philol. ſecundo, Lugd. Bat. 1700. 8. nr. 1. et in eiusd. Muſeo philologico primo, Lugd. B. 1699. 8. nr. 4. Salmaſii notae ad Conſecrationem templi atque Caſauboniana inſcri-

*) Atque ediderunt ſub *Marcelli* nomine eam cum prima *Herodis* inſcript. *Brunck* in Analectis vett. poet. graec. tom. II. p. 300 ſqq. atque *Jacobs* in Anthologia graeca, tom. III. p. 14 ſqq.

inſcriptionis editio emendata notisque illuſtrata (1608.). *Salmaſii* duarum illarum inſcriptionum vett. Herodis explicatio etc. recuſa eſt in *Poleni* Supplementis vtriusque theſauri antiquitatum roman. graecarumque, vol. II. Venet. 1737. fol. p. 609 ſqq. — *Mich. Maittaire* notae, magnam partem ex If. Caſaubono et Cl. Salmaſio excerptae, in illas duas inſcriptiones, p. 174 ſqq. ad Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptorum carmina, Londin. 1722. 4. — Inprimis laudanda eſt IV. inſcriptionum editio: *Iſcrizioni Greche Triopee, ora* Borgheſiane, con verſioni ed oſſervazioni di *Ennio Quirino Viſconti,* Rom. 1794. 4. cum II. tabb. aen. — Conf. Mémoires ſur la Vie d'Herode Atticus par *Mr. de Burigny* in Mémoir. de Litterature, tom. XXX. p. 1 ſqq.

45. *Appianus, Alexandrinus,* hiſtoricus, vtilisque ſcriptor ad militarem Romanorum diſciplinam atque romani imperii incrementa cognóſcenda: neque tamen raro exſcripſit Polybium et Plutarchum aliosque, tenui ſcribendi genere vſus. Hiſtoriam vero ſuam ſecundum gentes et nationes, a Romanis, quos nimium adulatur, deuictas, haud omnino commode compoſuit. Romae verſatus in cauſſis apud Auguſtorum tribunalia agendis, et denique inter procuratores imperatorum cooptatus eſt. Floruit Traiano, Hadriano, et Antonino Pio principibus, et a. Chr. 147. Antonino Pio regnante libros ſuos edidiſſe videtur *Saxio* in Onomaſt. liter. I. p. 306. Teſte Photio cod. 57. ſcripſit hiſtoriae Romanae libr. XXIV. quorum dimidiam tantum partem ab iniuria temporis ſeruatam habemus. Primus latine, at infinitis in locis obſcure contorteque vertit Appianum *Petrus Candidus December,* Venetiis per Vindelin. de Spira, 1472. fol. et deinceps ea editio in Italia, Gallia et Germania ſaepius repetita eſt. Duabus conſtat partibus, quarum altera Prooemium Appiani, tum

librum

librum Libycum, Syrium, Parthicum *) et Mithridaticum complectebatur; altera libros V. de bellis ciuilibus cum libro Illyrio et libri Celtici epitome. Candidi tamen interpretatio ad veram lectionem indagandam aliquoties iuuare poteft criticum. Primum Appiani reliquiae, tum cognitae, graece, cura *Caroli Stephani,* Lutet. Parif. 1551. fol. in lucem funt emiffae, cum variis lectt. ad voluminis calcem. — Ex Ctefia, Agatharchide, Memnone, excerptae hiftoriae. *Appiani Iberica: item; de Geftis Annibalis.* Omnia nunc primum edita. Cum *Henr. Stephani* caftigationibus. Parif. 1557. 8. — Eclogas fiue fragmenta, (a Tollio autem praetermiffa,) ex IX. prioribus *Appiani* libris, gr. inter Eclogas *de legationibus* ex Polybio aliisque collectas, edidit breuesque adiecit notas *Fuluius Vrfinus,* Antwerp. 1582. 4. — Altera poft primam graecam Parif. editionem, eaque hinc inde emendatior et plenior Appiani editio, additis *Ibericis* et *Hannibalicis,* gr. et lat. prodiit cura *Henr. Stephani* cum eius adnotatt. in Appiani librum de rebus a Romanis in Hifpania geftis, in libr. de bellis Hannibalicis, in librum, (a Stephano male Appiano tributum,) de rebus romanis adv. Parthos geftis, et in conciones per Appiani libros fparfas, a. 1592. fol. — *Illyrica,* quorum hactenus nonnifi fragmentum exftabat, e cod. Auguftano a *Dau. Hoefchelio* graece primum edita, Auguftae Vindelic. 1599. 4. — Nouum auctarium fiue noua *fragmenta* ex *Appiani* IX. prioribus libris, *Henr. Valefius* ex cod.

*) At libell. *Parthicus* genuinus, ab Appiano fcriptus, diu intercidit; contra ille, qui hodie circumfertur, ex Plutarchi vitis Craffi Antoniique confarcinatus, eft fuppofititius, id quod late demonftrauit *Schweighäufer* in tom. III. edit. p. 905 fqq. et ideo illum feiunxit a reliquis atque in eod. tom. p. 19 fqq. poft fpicilegium fragmentor. pofuit.

cod. Peiresciano, gr. et lat. cum adnotatt. dedit in *Eclogis de virtutibus ac vitiis*, ex Polybio aliisque scriptoribus collectis, Paris. 1634. 4. — Edit. H. Stephan. ad verbum expressam renouavit, notis Stephani suo statim loco substratis, atque paucis aliorum notis adiectis, *Alexand. Tollius*, Amstel. 1670. 8. II. voll. Sed praeter alia omisit ea, quae Fulv. Vrsinus atque Hoeschelius diu antea vulgauerant. — Optima et plenissima ex multisque codd. msstis correcta, libris commodius aptiusque ordinatis, est editio: *Appiani Alexandrini romanarum historiarum quae supersunt*, nouo studio conquisiuit, digessit, ad fidem codd. msst. recensuit, suppleuit, emaculauit, varietatem lectionum adiecit, lat. versionem emendauit, adnotationibus variorum suisque illustrauit, commodis indicibus instruxit *Johann. Schweighäuser* *), Lips. vol. I–III. 1785. 8. — Ex edit. Schweighäus. vt plurimum ducta est, quam graece edidit *Lud. Henr. Teucherus*, vol. I. pars I. II. Lemgov. 1796. — vol. II. pars I. II. ibid. 1797. 8. Adnotatt. et alia in titulo et praefat. promissa adhuc desiderantur. — *Appiani* Hist. bell. ciuil. translata est in linguam *italic.* Rom. II. tom. 1791. et 1792. 4. — in linguam *gallicam* a *J. J. Combes-Dounous*, cum adnotatt. criticis atque historicis, et in praefatione cum notitia Appiani, eius scriptorum horumque codd. msst. editt. et versionum, Paris. 1808. mai. 8. III. tom. — in linguam *germanicam* a *Fr. W. Jonath. Dillenio*, adiectis notis, Francof. ad Moen. 1793. et 1800. 8. II. tom.

*) Idem antea ediderat diss. s. Exercitationes in Appiani Alex. romanas historias, Argentor. 1781. 4. et commentat. historico-criticam de impressis ac msstis historiarum Appiani Alex. codd. Acc. nouae editionis specimen. ibid. 1781. 4. Vtraque recusa est in Schweighäuseri Opusculis academicis, Argentorati, part. II. p. 1 sqq. et p. 97 sqq. a. 1806. 8.

tom. — *Braccii* et *Dolcii* verfio, faec. XVI. aliquoties typis expreffa, *italica* repetita eft, et quidem bellorum externorum, Veronae 1731. ac bell. ciuilium, 1732. 4.

46. *Nicomachus*, e Gerafa, Arabiae vrbe, ortus; hinc *Gerafenus* cognominatur: philofophus Pythagoricus, mathematicus et muficus. Eius aetatem cum *Fabricio*, (in Bibl. gr. vol. V. p. 630. cap. 32.) *Saxius* in Onomaft. lit. I. p. 307. ponere malit in a. Chr. circ. 147. *Hamberger.* vero in *Zuverläff. Nachrichten*, II. p. 258. ante a. Chr. 117. fub Traiano imper. — Exftant eius 1) *Arithmeticae inftitutionum*, fiue *introductionis in numerorum difciplinam libri II.* quos graece excudit Chrifti. Wechel. Parif. 1538. 4. — 2) *Manuale Harmonices* libris II. editum gr. primum e Jof. Scaligeri cod. a *Jo. Meurfio* vna cum aliis muficis, Ariftoxeno et Alypio, et breuibus notis, Lugd. Bat. 1616. 4. dein emendatius e codd. gr. et lat. a *Marco Meibomio*, inter Antiquae muficae auctores feptem, cum notis, Amftelod. 1652. 4. Conf. *Forkel Allgemeine Litteratur der Mufik*, p. 44 fq.

47. *Antoninus Liberalis*, Mythographus, fuit Antoninorum aequalis, a. Chr. circ. 147. et fiue Pii, fiue Marci libertus. Alii, qui eius aetatem referunt ad a. Chr. circ. 50. confundere videntur noftrum Antoninum graecum et *M. Antonium Liberalem*, rhetorem latinum temporum Claudianorum. (v. *Saxii* Onomaft. I. p. 308.) Scripfit *transformationum congeriem* fiue *narrationes*, *capp.* XXXXI. ex variis fcriptoribus collectas. Hinc ftilus eius eft valde inaequalis et multae immifcentur poeticae dicendi formulae. Res vero lepidas et mire fabulofas, ad intelligendos tamen poetas mythosque antiquiffimos cognofcendos fcitu frequenter haud inutiles iniucundasque congeffit. — Illas narrationes primus ex cod. Palat.

nunc

nunc Parif. cum Parthenio *Guil. Xylander*, gr. et lat. edidiffe dicitur a Fabricio, Bafil. 1568. 8. et correctius eodem anno ibidemque gr. et lat. cum adnotatt. vna cum Phlegonte Tralliano, Antigoni hift. mirab. et M. Antonino de vita fua. Enimuero *Baftius* in epiftola critica, paullo inferius laudata, p. 204 fq. dubitat, id fatis accurate relatum effe, „primum, ait, quia nusquam inveni, *Xylandrum* Parthenium edidiffe; tum quia difficile is creditur, eodem anno 1568. procuraffe duas Antonini Liberalis editiones etc.“ — Separatim pofthaec edidit *Antoninum Liberalem*, notisque paucis iisque ieiunis inftruxit *Abrah. Berkelius*, gr. et lat. Lugd. Bat. 1674. 12. — Huius recenfionem atque correctiones retinuerunt *Thom. Gale* in Hiftoriae poet. fcriptorr. antiq. Parif. 1675. 8. atque *Jo. Ge. Walch*, cum notis Berkelii, ad calcem editionis fuae Phaedri fabularum, Lipf. 1735. 8. — Meliorem et doctiorem editionem debemus *Thomae Munckero*, qui *Antonini* congeriem, gr. et lat. Guil. Xylandro interprete recenfuit et notas adiecit, Amftel. 1675. (quamquam an. 1676. in fronte confpicitur,) 12. — Berkelius autem, arbitratus, multas fibi emendationes a Munckero fublectas effe, fequenti anno, mutato, vt noua videretur editio, titulo, fuam editionem repetiit, et adnotationibus aduerfus Munckerum peracerbis et pueriliter procacibus onerauit et vero infamauit. Contra *Munckerus* in altera fua Mythographorum latin. editione Antoninianas fuas adnotationes placide et moderate vt plurimum defendit a Berkelianis calumniis et conuiciis, et Antoninum Liberal. frequenter explicuit aut illuftrauit. Has Munckeri notas, tam editioni illius fubiectas, quam in notis ad mythographos fparfas, collegit, digeffit, mutauit, interdum aut diminuit, fuasque et aliorum ineditas coniecturas adiecit *Henric. Verheyk* in luculenta

ſua edit. gr. et lat. interprete Guil. Xylandro, Lugd. Bat. 1774. 8. Sub finem in Excurſu longo ſeparatim egit de dialectis in Antonino Liber. obuiis. Futuris tamen editoribus multa reliquit denuo inueſtiganda meliusque explicanda. Neque id praeſtitit *Ludov. Henr. Teucher*, qui bis edidit *Antonini Liberalis* congeriem: 1) cum notis Guil. Xylandri, Abrah. Berkelii, Th. Munckeri et Henr. Verheykii, (interdum contractis.) Acceſſ. *Aeſopi* fabulae aliquot, quae in Aeſopearum editionibus haud leguntur, et *Babrii* nonnullae (n. illae, quas Tyrwhitt ediderat, et ego recudendas curaui,) graece, Lipſ. 1791. 8. 2) gr. (ita, vt textum redderet correctum, et interdum certiores criticorum emendationes reciperet,) cum *Gabriae* ſiue *Ignatii Diaconi* fabulis iambicis tetraſtichis et *Babrii* nonnullis, Lipſ. 1791. 8. — Antonini Liber. loca paene infinita copioſe, docte acuteque emendauit explicuitque *Frider. Jac. Baſtius* in Epiſtola critica — ſuper *Antonino Liberali, Parthenio* et *Ariſtaeneto*. Cum auctoris emendatt. et additamentis msstis e lingua gallica in latinam verſa a *Car. Alberto Wiedeburg*, cum tabula aeri inciſa, Lipſ. 1809. 8. pag. 99—204. Add. Append. huius Epiſtolae locis in Ind. citatis.

48. *Hephaeſtio*, Grammaticus Alexandrinus, praeceptor Aelii Veri, imperat. Scripſit *Enchiridion de metris et poemate*, libellum a criticis et graecis veteribus et recentioribus laudatum. *Godofr. Hermann* de metris poetarum graecorum et romanorum, libr. III. Lipſ. 1796. mai. 8. paſſim ita prouocauit ad Hephaeſtionis loca, vt interdum verba emendaret, aliquoties autem eum refutaret *). — Primum prodiit graece Florent. apud

*) Idem V. D. nouam Hephaeſtionis editionem parat, cuius tanquam prodromus Lipſiae 1812. mai. 8. prodiit *Draco Strato-*

apud haered. Phil. Juntae, 1526. 8. — inde emendatius, gr. cum scholiis antiquis, Paris. 1553. 4. ab *Adriano Turnebo*: cuius editionem vt plurimum sequutus est *Jo. Cornel. de Pauw*, et scholia antiqua criticasque animaduerss. adiecit, Traiect. ad Rh. 1726. 4. sed valde exagitatus ac reprehensus a *Doruillio*, (qui ipse multa in textu corrigit loca, maxime comparando edit. Florentinam,) in libro inscripto: Critica vannus in inanes Jo. Corn. Pauonis paleas etc. Amstel. 1737. 8. cap. X. p. 405—543. Jam antea *Ge. d'Arnaud* in Specimine animaduersionum criticar. ad aliquos scriptores graec. etc. Harlingae 1728. 8. capp. XVI sqq. p. 95—158. Pauonis coniecturas frequenter examinauit, nec pauca Hephaestionis loca emendauit, explicuit et notauit.

49. *M. Aurelius Antoninus*, ex antiquissima gente ortus, philosophiae stoicae, quam iuuenis iam imbiberat, amantissimus et sapientissimus doctusque princeps; natus a. C. 121. patre, Annio Vero, mature vita decedente, ab auo Lucio Annio Vero bene educatus est. Postea, iubente Hadriano, a L. Aurelio Pio adoptatus, et imperii designatus successor, mutauit nomen suum *Catilii Seueri*, et nomen *Aelii Aurelii Veri*, denique, quum imperaret, nomen *M. Aurelii Antonini* adsciuit. Quum solus capesseret imperium, grauiter sancteque regnauit, mores ciuium temperauit, omnia bene constituit, et scholas litterasque et horum cultores liberaliter aluit nutriuitque, in Christianos tamen, praeoccupata opinione suaeque philosophiae seueritate deceptus, saeuiit. Quando et quo loco mortuus aut exstinctus

Stratonicensis de metris poëticis, e Cod. Paris. nunc primum ab Hermanno editus: acced. *Jo. Tzetzae exegesis in Homeri Iliadem* e Cod. Lipsiensi, cum praefatione et indicibus in ambo Grammaticos.

ctus fuerit, diſſentiunt auctores. Saxius tamen cum aliis VV. DD. ſtatuit, eum a. C. 180. denatum eſſe. — Ad noſtram aetatem peruenerunt duodecim eius libri τῶν εἰς ἑαυτὸν (ſcil. ὑποθηκῶν, *praeceptorum*,) opus fere aureum, in quo quidem non rigidum philoſophiae ſuae ſyſtema expoſuit Antoninus; neque enim in his commentariis omnia Zenonis praecepta integra incorruptaque edixit. Neque a dictionis elegantia et ſuauitate, quam potius a veri ſtudio vitaeque integrae cura laudandi ſunt et commendandi illi libri. Ipſe vero Antoninus in illis nobiliores, quibus animus imbutus quaſi abundabat, ſententias et praecepta, vtcunque in mentem venerint, non vno tempore, nec vna ſerie litteris, in pugillaribus forſan, vti *Joly* contendit, conſignaſſe, et poſtea alii eo, qui nunc exſtat, ordine collegiſſe atque publicaſſe videntur. — Illos commentarios primus in lucem protulit *Guil. Xylander* graece cum lat. verſione, ſeparatim excuſa, in cuius calce haerent breues Xylandri notae, Tiguri, ap. Andr. Gesner. II. voll. 8. Dedicatio tantum, ſcripta Heidelbergae Cal. Oct. a. 1558. anni notam prae ſe fert. Illos tamen libros idem *Xylander* poſtea paullo emendatiores recudi fecit vna cum Phlegonte Tralliano, Apollonio Dyſcolo etc. Baſil. 1568. 8. Poſterior Xylandri editio repetita eſt Argentorati 1590. 8. prior autem, at vitiis aucta, cum *Marino* de Procli vita, gr. et lat. additis notis quibusdam, quae haud tulerunt plauſum criticorum, Lugd. 1626. 8. Editor librum in minores ſectiones primus diuiſit. — Melior editio curata eſt a *Merico Caſaubono*, *) Iſaaci filio, gr.

*) *Mer. Caſaubon.* antea Antonini Commentarios in linguam anglicam transtulit, notasque adiecit, Londin. 1634. quam edition. poſt paucos menſes emendatiorem is recudi fecit,

gr. cum latina versione, plurimis locis emendata, et cum eius notis atque emendationibus post textum, cuius libri singuli in certas diuisi sunt sectiones, positis, quas sequuntur Xylandri adnotatt. et auctarium notarum, Londini 1643. 8. — Optime de illis commentariis meruit *Thomas Gataker*, in doctissima plenissimaque editione, in qua, (vt ille in fronte libri profitetur,) libri locis haud paucis repurgati, suppleti, restituti; versione insuper latina noua, lectionibus item variis locisque parallelis ad marginem adiectis, et perpetuo commentario, (docto quidem, at nimis copioso et operoso,) explicati atque illustrati, Cantabrig. 1652. 4. — rec. Londini, 1697. 4. et 1707. 4. Secundae et tertiae editt. accesserunt adnotatt. selectiores *Andr. Dacerii*, latinitate donatae, nec non M. Antonini vita, passim aucta a Georg. Stanhope. Illa Gatakeri edit. repetita est in Operibus criticis Gatakeri, curante *Hermanno Witsio*, Traiecti ad Rh. 1698. fol. — In edit. Oxon. 1680. 12. textus fere est Casaubon. cum Casauboni versione, et additis nonnullis eiusdem et Gatakeri coniecturis. — Textus, a Gatakero constitutus, cum eiusd. versione repetitus est Oxon. 1704. 8. notis Gatakerianis et Casaubonianis in compendium redactis, interdum tamen auctis. — Item Glasguae, 1744. 12. et 1751. 12. — Haud diligenter rec. ad exemplar Oxon. 1704. cura *Christophori Wolle*, praemissa *Jo. Franc. Buddei* introductione ad philosophiam stoicam ex mente M. Antonini, et huius vita obss. criticis illustrata, Lips. 1739. m. 8. Adiectae sunt ex ed. Oxon. *epistolae*, quae Antonino, at parum probabiliter,

---

cit, 1635. 4. Quintae editioni, Londin. 1692. 8. rec. 1694. et 1702. 8. praemissa est Antonini vita, ex gallica Daceriana a *William King* anglice versa.

biliter, tribuuntur. — Ex ead. Gatakeri recenſione gr. et lat. cum paucis tam ex ſecunda Oxon. editione repetitis quam propriis coniecturis commentarios reddidit *Morus,* (qui tamen nomen celauit,) Lipſiae 1775. 8. — *Joann. Petrus de Joly* noua ratione tractauit Antonini commentarios, primum in verſione illorum *gallica*; cum notis et variis lectt. Pariſ. 1770. 8. deinde in edit. graeca inſcripta: *Pugillaria imperat. M. A. Antonini*, graece ſcripta, disiecta membratim, et quantum fieri potuit, reſtituta pro ratione argumentorum. Sequitur interpretatio Gatakeri, ſimiliter expreſſa, Pariſ. 1774. 12. Singula enim placita loco ſuo hucusque conſueto mouit, ſecundum rerum et argumenti ſimilitudinem ſuo ingenio abuſus in XXXV. ſectiones pro lubitu dispeſcuit, aut potius discerpſit et mutilauit. Sed argumentorum leuitatem bene oſtendit V. D. in Biblioth. philol. tom. III. part. V. Gotting. 1776. 8. et in tom. I. part. V. ibid. 1771. p. 238 ſqq. verſio Joly gallica recenſetur atque examinatur. Add. iudicium de Joly conamine et de integritate, inſcriptione et ordine librorum *Jo. Matthiae Schulz* in Prolegomenis ad tom. I. edit. ſuae p. XLVIII ſqq. — Ille enim fide multorum codd. e quibus lectionis varietatem excerptam ſibi compararat, et vett. editionum nouam textus recenſionem inſtituit et inſcripſit editionem: *M. Antonini imperat. commentariorum, quos ipſe ſcripſit, libri duodecim.* Graeca ad codd. Msst. fidem emendauit, notationem varietatis lectionum et interpretationem latinam caſtigatam adiunxit, — *J. Matthias Schulz*, vol. I. Slesuici 1802. 8. In ſeq. vol. (quod num lucem adſpexerit, equidem neſcio,) adiiciet Gatakeri (contractas) aliorumque notas cum ſuis animaduerſionibus indicesque locupletiſſimos. — Idem iam antea verſionem *germanicam* cum hiſtoricis ac philoſophicis criticisque adnotationibus ediderat,

rat, ibid. 1799. mai. 8. — Praeterea *germanice* verterunt *Jo. Adolph. Hofmann,* Hamburgi 1723. 8. et saepius. Quinta ed. ab anonymo emendata prodiit ibid. 1755. 8. — *J. G. Schulthess,* Tiguri 1779. 8. et in tom. III. eiusd. *Bibliothek der griechischen Philosophen.* — melius *Jo. Guil. Reche,* Francof. ad M. 1797. 8. qui textui subiecit adnotatt. criticas atque exegeticas; adiecit autem commentatt. in quibus dogmata Antonini, in quasdam classes redacta, explicuit et cum aliorum Stoicorum placitis comparauit. — Inter *gallicas* versiones eminet *Daceriana,* Paris. 1691. 12. II. tom. et saepius; nouissime et splendide Paris. ap. Didot, 1801. 4. cum aen. tabb.; quam, mutatione capitum facta, *Joly* 1742. recudi fecit, eaque iterata est Dresdae 1754. 8. Bouillon. 1772. 12. II. tom. — De aliis versionibus, de ipso Antonino, scriptisque, quae ad philosophiam librosque eius interpretandos intelligendosque faciunt, et de quaestione, num edictum illud celebre Ephesinum pro Christianis, ab *Eusebio* H. E. IV. 13. seruatum, nostrum Antoninum, an Antoninum Pium habuerit auctorem, aut an sit supposititium, pluribus agitur in *Fabr.* B. Gr.

50. *Claudius Ptolemaeus,* Pelusiensis Aegyptius; vel potius Ptolemaide Hermeiu in Thebaide ortus, et commoratus est Canobi, haud procul Alexandria sitae; Geographus, Musicus et astronomorum princeps; floruit iam circ. a. Chr. 125. et adhuc a. C. 161. Multa scripsit. Ex iis, quae supersunt, memoranda sunt: 1) *Geographiae libri* VIII. *) Tabulas geographicas delineauit *Agathodaemon,*

*) Conf. *J. G. Hager Geograph. Büchersaal* vol. II. part. IV. nr. 5. p. 284 sqq. et part. V. de Ptolemaeo eiusque libris, inprimis Geographia, et *Conr. Mannert Geographie der Griechen u. Römer,* parte I. edit. sec. Norib. 1799.

daemon, mechanicus Alexandrinus, Ptolemaei mentem presse sequutus. 2) *Magnae constructionis* siue *Almagesti* libri XIII. siue demonstrationes de motibus siderum et vniuersae sphaerae coelestis ratione: est primum Astronomiae systema; 3) *Quadripartitum*, siue IV. libri de apotelesmatibus et iudiciis astrorum, ad Syrum; 4) *Fructus librorum suorum*, centum aphorismis astrologicis, ad eumdem Syrum; 5) *Recensio chronologica regum* a Nabonassoro Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum et Romanorum vsque ad Antoninum Pium. *) Qui sequuntur imperatores vsque ad Theodosium M., eos a Theone, Ptolemaei interprete, additos, sed a Christiano quodam postea interpolatos esse, sunt, qui statuant. 6) *De adparentiis et significationibus inerrantium* per vniuersum annum. Eiusmodi quatuor parapegmata inter se diuersa exstant Ptolemaei nomine; sed primum parapegma solum genuinum esse, contendit Fabric.; alii vero etiam illud abnegant Ptolemaeo. 7) *Elementorum harmonicorum* libri III. 8) *De iudicandi facultate et animi principatu* libellus etc. — De *Geographiae* libris et versionibus, quae diu ante edd. graecas et saepius typis sunt expressae, h. l. paucis agere licet. **) Princeps ed. ex versione Jac. Angeli

1799. 8. period. III. p. 135 sqq. et part. III. ed. 1792. p. 374. 467. etc. De tabulis geograph. v. *de Murr* in Memorabilibus bibliothecar. publ. Noriberg. etc. parte II. Noriberg. 1788. 8. p. 86 sqq. not.

*) Conf. *J. S. Semler* de illo Canone in: *Sammlung von Erläuterungsschriften zur allgem. Welthistorie*, tom. III. p. 103 sq. Hal. 1750. 4.

**) Praeter *Joann. Weidlerum* in historia astronomiae cap. VII. §. 13. p. 176 sqq. et *Jo. Christoph. Heilbronner* in historia matheseos vniuersae p. 343 sqq. qui passim de commentatoribus, codd. msst. etc. agit, conf. inprimis *Georg. Mar-*

Angeli habetur Vincentiae ab Hermanno Leuilapide Coloniensi impressa, 1475. fol. A nonnullis autem princeps editio nominatur, quae, vti quidem in calce legitur, impressa *Bononiae* opera Dominici de Lapis, — Anno M.CCCCLXII. Alii tamen contendunt, post L. in numero annorum excidisse XX. et sumendum esse annum 1482. Alii aliter sentiunt. — Princeps *gr.* ed. *Geographiae* sine lat. versione et sine tabb. geograph. parata est a *Desiderio Erasmo*, Basil. typis Hier. Frobenii et Nic. Episcopii 1533. 4. *) — rec. Paris. ap. Christ. Wechel, 1546. 4. — *Geogr. libri VIII.* graeco-latini. Latine primum recogniti et emendati, cum tabb. geographicis, ad mentem auctoris restitutis, per *Gerard. Mercatorem:* iam vero ad graeca et lat. exemplaria a *Petro Montano* iterum recogniti, et pluribus locis castigati. Francof. Jodoc. Hondius excudit etc. 1605. fol. Alia exemplaria habent subscriptionem: sumtibus Cornelii Nicolai et Jodoci Hondii, Amsterodami, 1605. sed, folio tantum tituli mutato, vna eademque est editio. Idem dicendum est de editione hucusque optima et plenissima, ex superiore ducta: — cum notis *Ger. Mercatoris,* cum tabb. geographicis et castigatione *Petri Bertii,* (qui adscripsit varias lectt. e cod. Palatino,) 1618. fol. quae modo excusa dicitur Lugduni Bat. typis Is. Elzeuirii, ex cuius officina prodierat illa; modo Francof. ad M. modo Amstelod. sumt. Jodoci Hondii, qui in vtraque vrbe officinam habuit librariam. — Eadem editio inserta est, (separatim tamen quoque vendi solet,) tomo primo operis rari carique, inscripti:

Martini Raidelii comm. critico-litterar. de Claudii Ptolemaei geographia, eiusque codd. tam msst. quam typis expressis, Noribergae 1737. 4.

*) De qua graeca et nonnullis latinis editt. v. *Mannert* l. c. part. I. p. 184 sqq. et p. 191 sqq.

ſcripti: *Theatrum geographiae veteris*, duobus tomis diſtinctum, *edente Bertio*, Beuero. — *Tomus prior*, in quo *Cl. Ptol. Alexandrini Geographiae libri VIII. graece et lat.* Graeca ad codd. Palatinos collata, aucta et emendata ſunt: Latina infinitis locis correcta. — *Tomus poſterior*, in quo *Itinerarium Antonini imper. terreſtre et maritimum* etc. Amſtelod. ex offic. Jodoci Hondii 1618. 1619. fol. mai. — *Cl. Ptolemaei Arabia*, ope cod. MS. vetuſtiſſimi innumeris locis emendata a *Jo. Grauio*, gr. et lat. Londini 1650. 4. — rec. in *Hudſoni* geogr. veteris ſcriptoribus gr. min. tom. III. Oxon. 1712. 8. In eodem tomo ſunt quoque *Cl. Ptolemaei* tabula longitudinis et latitudinis vrbium inſignium, ex vetuſto cod. Barocc. cum variis lectt. duorum aliorum msst. ab *Hudſono* primum eruta, gr. et lat. et *Ptolem.* catalogus fixarum ſtellarum, graece, e Msst. emendatus. — *Magnae conſtructionis* ſiue Almageſti libri XIII. prodierunt graece cum *Theonis Alexandrini* commentariorum libris XI. Baſil. 1538. fol. Ptolemaeum *Simon Grynaeus*, et Theonem *Joach. Camerarius* ediderunt. — Liber I. *Conſtructionis* gr. et lat. editus. Additae explicationes aliquot locorum ab *Eraſmo Reinholdt.* Witteberg. 1549. et 1569. 8. — Liber ſeptimus Syntaxeos Ptolemaei gr. cum verſione gallica Abb. *Montignot*, Argentor. 1787. 4. — Eiusd. libri VII. cap. 1. germanice ex graeca lingua a *Fiſchero*, capp. autem II. III. et IV. a *Bode* ex gallica Montignoti interpretatione, ſed liberius, verſa ſunt in libro: *Cl. Ptolemaeus Beobachtung und Beſchreibung der Geſtirne und der Bewegung der himmliſchen Sphäre. Mit Erläuterungen* etc. *von J. E. Bode.* Berol. et Stettin. 1795. 8. — De latina *Georgii Trapezuntii* verſione eiusque editt. v. ad *Fabricii* B. Gr. vol. XII. p. 74. not. *cc.* Conf. *Scheibel. Aſtronomiſche Bibliographie*, part. I. p. 78.

p. 78. 103 ſq. etc. *Ludov. Ideler* in: *Hiſtoriſche Unterſuchungen über die aſtronomiſchen Beobachtungen der Alten*, Berol. 1806. m. 8. dedit quaſi commentarium in Ptolemaei Almageſtum et canonem ad rationem chronologiae antiquiſſimae explicandam ope calculi aſtronomici et comparationis atque examinis locorum in vett. auctoribus huc pertinentium. Idem in Additam. p. 293 ſqq. agit de libello Πρόχειροι κανόνες, quos Ptolemaeum habuiſſe auctorem certum eſt. — *Libri quatuor compoſiti* et *fructus librorum ſuorum* ſ. *centum dicta* etc. graece. *Traductio in linguam lat.* librorum *Ptolemaei* et ex aliis praecipuorum aliquot locorum *Joachim. Camerarii.* Conuerſio centum dictor. *Ptolemaei* in latin. *Joviani Pontani.* Annotatiunculae eiusd. Joachimi ad libros priores duos iudiciorum Ptolemaei etc. Norimbergae 1535. 4. Poſtea tam emendatiorem contextum gr. vtriusque operis, quam plane novam latinam interpretationem reddidit *Phil. Melanthon*, Baſileae per Jo. Oporin. 1553. 8. *) — *Recenſio chronologica regum* etc. ſ. canon regnorum in *Joſ. Scaligeri* Iſagoge canonum p. 291. — integrius a *Setho Caluiſio* in Iſagoge chronologica p. 97. — poſtea e *Theonis* Alexandrini, (ſi is fuit auctor,) commentariis Εἰς τοὺς προχείρους κανόνας gr. et lat. a *Dionyſio Petauio* ad calcem Rationarii temporum: tum a *Jo. Bainbridgio* cum libro Ptolemaei, hypotheſibus planetarum, *Procli* ſphaera etc. gr. et lat. Londini 1620. 4. — Denique lib. gr. et lat. partim cum Mss. editisque collatus, partim e Mss. nunc primum editus cum variis lectt. et notis *Henr. Dodwelli*, adiectis aliis faſtis graecis recentioribus fragmentisque

---

*) Tam Camerarii quam Melanthonis editt. vberius recenſuit *Frid. Gotthilf Freytag* in Adparatu litterar. tom. III. Lipſ. 1755. 8. p. 721—727.

tisque e *Theonis* et *Heraclii* imp. commentariis in Προχείρους Ptolemaei κανόνας, in adpendice ad Dodwelli diſſ. Cyprianicas, Oxon. 1684. 8. et cum Cypriano Fellii 1685. fol. Bremae 1690. fol. et Amſtel. 1700. fol. — *De adparentiis et ſignificatt. inerrantium ſtellarum:* partem poſteriorem eamque mutilam dedit *Dionyſius Petauius* gr. cum ſua verſione in ſuo Vranologio, Pariſ. 1630. fol. p. 71. rec. Antwerp. (vel potius Amſtelod.) 1703. fol. — Partem priorem integram e cod. Sauiliano primum graece cum verſione latina *Fed. Bonauenturae*, (edita cum notis Vrbini 1592. 4.) in poſteriorem vero partem varr. cod. Sauil. lectt. aut ſupplementa vulgarat *Fabric.* in B. Gr. vol. III. p. 420 ſqq. Ego vero in noua edit. vol. V. de Ptolemaeo p. 290. promiſi, me, ſi vita ſiuerit, in Supplem. tomum eſſe coniecturum. — *De hypotheſibus planetarum liber*, gr. et lat. formisque mathematicis illuſtratus a *Jo. Bainbridge*, Lond. 1620. 4. — *(Elementorum) Harmonicorum libri III.* ex codd. XI. graece cum ſua verſione et notis primus publicauit *Jo. Walliſius*, Oxon. 1682. 4. — rec. cum *Porphyrii* in Ptolemaeum commentariis, (haud integris,) et *Man. Bryennii* Harmonica cum Walliſii verſione, in *Walliſii* Operibus, tom. III. p. 1 ſqq. Oxon. 1699. fol. — *De iudicandi facultate* etc. libellus, gr. cum verſione et notis primum editus ab *Iſmaele Bullialdo*, Pariſ. 1663. 4. et cum noua tituli plagella, 1681. 4. — Conf. doctam comment. *Ueber den Ptolemaeus in der Anthologie und den Klaudius Ptolemaeus*, in qua etiam de eius patria et nomine, ab Arabibus ſcripto etc. critice agitur, in: *Muſeum der Alterthumswiſſenſchaft*, ed. a *Frid. Aug. Wolf* et *Phil. Buttmann*, tom. II. part. III. Berol. 1810. 8. p. 455 ſqq.

51. *Polyaenus*, Macedo gente, rhetor et in foro verſatus, circ. a. Ch. 163. auctor *librorum*

octo

octo de ſtrategematis illuſtrium belli ducum: libri tamen ſextus et ſeptimus non integri ad nos peruenerunt. Ex variis ſcriptoribus collegit praeclara imperatorum et ducum graecorum, romanorum et barbarorum facta; at in hiſtoria romana atque exemplis ducum romanorum, forſan ob linguae latinae ignorantiam, parum adcuratus fuit, interdum ieiunus. Tam ob dictionem ornatam, ſatisque caſtigatam, tamen hinc inde inaequalem, quam ad perſpicienda ducum peritiſſimorum ingenia atque conſilia laudatur. — Primus latine vertit *Juſtus Vulteius,* Baſil. ap. Oporin. 1549. 4. quae ed. repetita eſt ab eius filio *Hermanno Vulteio,* Lubecae 1601. 4. rec. Francof. 1661. 12. — Graece primus vulgauit *Iſ. Caſaubonus,* cum ſuis notis, calci textus adiectis, et cum Vulteii verſione, a Tornaeſio hinc inde interpolata, Lugduni 1589. 12. — Dein multa tam ſuppleuit quam ex collatione II. codd. item ex Vulteii interpretatione emendauit, gr. et lat. cum ſuis et Caſauboni notis edidit *Pancratius Maſuicius,* Lugd. B. 1690. 8. — Maſuicianum textum reddidit, interpretationem emendauit et graecum adiecit indicem *Samuel Murſinna,* Berol. 1756. 8. Suum tamen Aeſculapium adhuc exſpectat Polyaenus, atque ſymbolas ad textum corrigendum plures iam critici paſſim contulerunt. — Nouiſſima eſt edit. quam in vſum Graecorum curauit *Coray:* Παρέργων ἑλληνικῆς βιβλιοθήκης τόμος I. Πολυαίνου etc. Pariſ. 1809. 8. Conf. *Jen. allg. L. Z.* 1810. nr. 185 ſqq. et *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 468. — In linguam *franco-gallicam* translatus eſt Polyaenus cum Frontino atque notis illuſtratus Pariſ. 1739. 12. II. tom. rec. ib. 1743. 12. — in linguam *anglicam* a *R. Shepherd,* Londin. 1793. 4. — in linguam *germanicam* a M. *Jo. Chriſtoph. Kind,* cum notis, Lipſ. 1750. 8. et melius ab anonymo, cum notis criticis ac

geo-

geographicis, Francof. ad M. tom. I. 1793. et tom. II. 1794. 8. Conf. M. *Ge. Frid. Kronbiegelii* diſſ. de dictionis Polyaeneae virtutibus et vitiis, Lipſ. 1770. 4.

52. *Hermogenes*, Tarſenſis, rhetor egregius, poſt a. Ch. 161. *Opus rhetoricum* ab eo compoſitum iam olim ita erat celebratum, vt plures Graeci in illud commentarentur. Conſtat autem quinque partibus: olim quidem quatuor tantum partes cognitae et editae fuerunt, et *primam* partem periiſſe, putabat Fabricius. Sed haec in nonnullis adhuc exſtat codd. Msst., ex. gr. in cod. Matritenſi XLIII. *) atque inſcripta eſt *Progymnaſmata*, et conſtat XII. capitibus. Atque ex illo cod. eruit eam, in lucem protulit, ex *Priſciano* emendauit notisque eruditis illuſtrauit *Heeren* in *Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt*, tom. VIII. et IX. inter inedita. *Priſcianus* enim libere verterat Hermogenis progymnaſmata ſuoque de verſibus comicis libro ſubiunxerat, cum epigraphe: *Priſciani grammatici Caeſarienſis de praeexercitamentis rhetoricae ex Hermogene liber*, in Grammaticis lat. Heliae Putſchii p. 1329. — Reliquae partes ſunt: 1) Ars rhetorica de partitione ſtatuum et quaeſtionum oratoriarum; 2) de inventione oratoria libri IV.; 3) de formis oratoriis; 4) Methodus apti et ponderoſi generis dicendi. — Graece ſcripta Hermogenis prodiere cum commentariis graecis Syriani, Sopatri et Marcellini in στάσεις et anonymi Chriſtiani in reliqua, Venet. ap. Aldum inter graecos Rhetoras, 1508. 1509. fol. II. voll. — Ἀφθονίου (gr. recte; vitioſe autem

*) Vid. *Iriart.* in Cat. codd. graecor. p. 154 ſqq. In eodem cod. Matrit. ſunt *Aphthonii* Progymnaſmata in rhetoricam Hermogenis; nec non huius vita, item ſcholia (Σημειώσεις) in ſtatus Hermogenis, expoſitio eorumdem ſtatuum et alia eiusdem aut commentatorum.

autem latin. *Ausonii)* Sophistae praeludia: *Hermogenis* rhetorica, gr. Florentiae in aedib. Phil. Juntae, 1515. 8. — Ars rhetorica, gr. Paris. ap. Chr. Wechel. 1530. et 1538. 4. et edita a *Jo. Caselio*, Rostoch. 1583. 8. — Noua est recensio et editio emendatior *Aphthonii*, *Hermogenis* et *Dionysii Longini*, qui opera industriaque *Francisci Porti*, *Cretensis*, illustrati atque expoliti gr. sine commentariis ita prodierunt, vt singuli haberent peculiares indices et Longinus peculiarem inscriptionem, Geneuae ap. Jo. Crispinum, 1569. 8. — Cum versione vberioribusque scholis s. praelectionibus *Jo. Sturmii*, separatim adpositis, gr. et lat. edidit eius discipulus, *Joannes Cocinus*, qui nomen suum in dedicatione et praefat. professus est, *Hermogenis* partitiones rhetoricas, Argentor. ap. Rihel. 1570. 8. — de formis oratt. et de ratione tractandae grauitatis occultae, ib. 1571. 8. — Doctrina de statibus caussarum ciuilium curata est a *Chr. Thretio*, ib. 1570. 8. ap. Jobin. — Ars oratoria absolutissima et libri omnes, gr. cum noua versione lat. et commentariis *Gasparis Laurentii*, Coloniae Allobrog. 1614. 8. — *Hermog.* rhetorica cum supplementis *Athanasii*, Prof. in schola Graecorum Veneta, et alia, graece, Venet. ap. Nicol. Glycem, 1799. 4.

53. *Aelius Herodianus*, Alexandrinus, Apollonii Dyscoli filius, Grammaticus. [1] Romam concessit, vbi ap. Marcum Antoninum in magna fuit gratia circ. a. Chr. 163. Multa scripsit, sed haec sunt edita: *Herodiani* de numeris fragmentum, graece, cum *Theod. Gazae* introductione Grammat. libr. IV. Venetiis ap. Aldum, 1495. fol. — Ex scriptis *Herodiani* excerpta de magno verbo, tum deductiones difficulter declinatorum verborum, atque eiusdem de inclinatis et encliticis et coencliticis dictiunculis, gr. in Thesauro, Cornu copiae et Hortis Adonidis, Venet. ap. Aldum,

 1496.

1496. fol. — ***Herod.*** quaedam de encliticis, gr. poft Dictionarium graeco-latin. ibid. 1524. fol. — Fragmentum, gr. et lat. cum notis Petri Jo. Nunnefii, Dau. Hoefchelii, Jo. Corn. de Pauw, cum *Phrynichi* eclogis ed. *J. C. de Pauw*, Traiecti ad Rh. 1739. 4. — A *Jo. Pierfono* ad *Moeridis* Atticiftae Lexicon atticum, Lugd. Bat. 1759. 8. p. 429 fqq. primum e Ms. editus eft gr. cum notis *Ael. Herodiani Philetaerus*, ac p. 454 fqq. fragmentum *ἐκ τῶν* Ἡρωδιανοῦ, quod quidem cura Pauwii ad Phrynichi calcem typis expreffum, fed a Pierfono Msstor. ope multis locis emaculatum et tertia fere parte auctum gr. cum eius et Sallieri notis eft repetitum. Id autem videtur Pierfono fragmentum effe maioris operis, nempe *Ζητουμένων τῶν μερῶν τοῦ λόγου*. *Godofr. Hermann* ad calcem libri de emendanda ratione graecae grammaticae, (Lipf. 1801. 8.) p. 301 fqq. e cod. Auguftan. dedit fragmentum Herodiani *περὶ ἡμαρτημένων λέξεων*, quod, Hermannus ftatuit, effe partem eius libelli, ex quo excerpta habemus Phrynicho et Moeridi adiecta, neque vero id collectum ex Herodiani fcriptis, fed partem ipfius Herodianei libelli. Vltimo loco p. 422 fqq. idem ex cod. Auguftano graece euulgauit *regulas de profodia*, et Hermannus in praef. p. XVI. „Libellus hic, ait, videri poffit Herodiani effe, e cuius fcripto *περὶ διχρόνων* Brunckius in Lexico Sophocleo v. *φάρος* eadem ferme, quae fectione 104. leguntur, adfert. Quamquam verifimilius eft, eum cum ex Herodiano, tum ex aliorum fcriptis grammaticorum hauftum effe.“ *) — *Valckenarius* Ammonio, grammatico, de differentiis etc. p. 193 fqq. fubiecit auctoris illi ignoti opufc.

*) V. notam *Baftii* in *Schoellii* Répertoire de Littérature Ancienne, T. II. p. 415. vbi omnino de Grammaticorum libellis ab Hermanno illic editis egregie disputatur.

opuſc. περὶ βαρβαρισμοῦ κατὰ πλάτος· id autem eſſe *Aelii Herodiani* noſtri, *Villoiſon* in Anecdotis graecis tom. II. docuit ex cod. Veneto Marc. 512. et p. 175 ſqq. ex illo et 489. cod. excerptas dedit varias lectt. — Idem *Villoiſon* in libro laudato aliquoties e codd. Venetis quaedam Herodiani vel notauit vel eruit. Sic p. 85 ſq. in cod. 483. exſtat *Herodiani* περὶ στίχων τῆς λέξεως opuſculum, cui praemiſſum eſt *Heliae* monachi περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις παθῶν, quod in multis codd. Pariſ. Plutarcho male tributum eſt; et vtrumque edidit Villoiſ. et p. 86 ſqq. ex cod. 512. primus protulit Herod. opuſculum περὶ σχημάτων. In ſcholiis Homericis Marcianis, (quae poſthaec Villoiſon edidit cum Homeri Iliade,) magnam partem Herodiani Ἰλιακῆς προσῳδίας ſervatam eſſe, animaduertit idem p. 184. in nota, et epitomen magnae Proſodiae Herodiani, a *Theodoſio* Alexandrino, Grammatico, confectam, latere in cod. Barocciano 175. bibl. Bodleian. idem p. 173. not. obſeruat. Eadem epitome cum prologo eiusdem Theodoſii continetur in cod. regio Matrit. teſte *Iriarto* in Catal. codd. gr. p. 141--144. qui primo inſcriptionem prologi, tum indicem XX librorum vniuerſalis Herodiani proſodiae, dein ſingulorum librorum titulos, principia et fines ex cod. repoſuit.

54. *Claudius Galenus*, qui medicorum omnium poſt Hippocratem princeps et ſyſtematis in medicinali ſcientia conditor habetur ab eruditis, natus eſt Pergami in Aſia, nobili quondam Attalorum regia, a. Chr. 131. patre Nicone, philoſopho, mathematico et architecto, a quo et ipſo eruditus et peritis magiſtris, qui eum artes liberales atque philoſophiam, tum artem ſalutarem docerent, eſt traditus. Poſt obitum patris Smyrnam, Corinthum, inſulam Lesbum, Alexandriam aliasque multas vrbes et prouincias, ad ma-

lores fructus ex confuetudine ac difciplina medicorum atque philofophorum capiendos et ad memorabilia naturae locorumue perfcrutanda adiit. In patriam reuertens, ibi Pontificum annuorum iuffu curationem gladiatorum fufcepit per quinque aut fex annos. His elapfis, Romam et deinceps bis adhuc venit, et felici curatione fcientiaque medica non folum plebeiorum atque optimatum, fed etiam Auguftorum fauorem gratiamque fibi conciliauit, et apud omnes magnum fibi fecit nomen. Mortuus autem videtur anno aetatis LXX. poftremo faeculi fecundi poft C. n. anno. Fabularum pleniffima eft hiftoria Galeni. Permulta philofophici, mathematici, et grammatici, potiffimum medici argumenti fcripfit, quae et merita eius infignia atque inuenta a VV. DD. funt abunde expofita atque celebrata, et editiones ac verfiones cum omnium pluriumue, tum inprimis fingulorum librorum, atque interpretes et commentatores excitati *). Ego vero in breui commemoratione paucarum, praecipue graecarum editionum h. l. acquiefcam. Quaedam Galeni fcripta, quorum textus graecus periit, fuperfunt tantum in latinis verfionibus. Princeps editio graeca eft: *Galeni librorum pars prima, altera, tertia, quarta, quinta,* f. V. voll. Venetiis ap. Aldum (annus 1525. ad finem priuilegii Clementis Papae legitur,) fol. min. Quoniam vero foliorum numeri

*) Vide inprimis *Halleri* bibl. botan. libr. I. cap. 51. tom. I. p. 111 fq. de botanicis et pharmaceuticis Galeni fcriptis; bibl. anatom. libr. I. §. 59. tom. I. p. 82. de fcriptis anatomicis, ac de iis, quae in anatome a Galeno inuenta funt; in bibl. chirurgica libr. I. §. 59. tom. I. p. 85. de externa, quam fecit, medicina, et de libris, ad eam pertinentibus; et copiofiffime de Galeno in bibl. medicinae practicae libr. I. §. 80. tom. I. p. 228—273. atque *Jo. Chriftian. Gottlieb Ackermann* in *Fabricii* B. Gr. libr. IV. cap. 19. vol. V. p. 377—500.

meri in singulis partibus toties incipiunt, accidit, vt exemplaria manca, nec omnes Galeni libros continentia interdum in bibliothecis prostent. Atque magnam lacunarum partem alii, praesertim Ren. Charterius expleuerunt. Melior, et ex collatis Msst. correctior, ac plenior, neque tamen omnibus numeris absoluta est editio: *Galeni — Opera omnia*, ad fidem complurium et perquam vetustorum exemplarium ita emendata atque restituta, vt nunc primum nata et in lucem edita videri possint; partes quinque, Basil. ap. Andr. Cratandrum 1538. mai. fol. Variis viris doctis partes singulae operum Gal. corrigendae atque restituendae obuenerunt, n. Hieronymo Gemusaao, Leonh. Fuchsio, et Joach. Camerario. — Sequuta est ed. molis maximae, melior quidem, nec tamen optima: *Hippocratis Coi* et *Claudii Galeni Opera. Renatus Charterius* — plurima interpretatus, vniuersa emendavit, instaurauit, notauit, auxit, secundum distinctas medicinae partes in *tredecim* tomos digessit, et coniunctim graece et latine primus edidit. Lutetiae Paris. 1679. fol. mai. XIII. voll. — *Latinae* editiones prostant permultae, libris Galeni a diuersis interpretibus ex graeca in latinam linguam translatis et in vnum collectis, quarum princeps est studio *Diomedis Bonardi*, Venetiis, 1490. fol. — Collectiones quoque librorum Galeni, at non omnium, exstant, quarum paucarum commemoratio, vt collectiones plures latinas praetermittam, h. l. sufficiat. Libri *Galeni* de methodo medendi et libri II. therapeuticon ad Glauconem, graece, Venet. 1500. fol. mai. — *Galeni* de vrinis liber, nec non de boni et mali succi cibis liber et de hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, scarificatione libellus: graece. Lutet. Paris. ap. Sim. Colinaeum, 8. sine anni nota. — Libros *anatomicos* nouem omnium primus latine reddidit

dit *Demetrius Chalcondylas* Athenienfis, cuius verfionem *Jac. Carpus*, feu *Jacob. Berengarius Carpenfis* primus commifit typis Bononiae 1529. de qua rariffima edit. v. *Morelli* Biblioth. Mstam graecam et lat. tom. I. p. 164 fq. — *Galeni* de elementis fecundum Hippocratem libri II. Eiusdem de optima corporis noftri conftitutione. Eiusd. de bono habitu, graece. Parif. ap. Sorbonam. 1530. 8. — *Gal.* libri aliquot graeci, partim hactenus non vifi, partim a mendis, quibus fcatebant, innumeris, ad vetuftiffimos codd. repurgati et integritati fuae reftituti, annotatt. illuftrati per *Jo. Caium*, Britannum, Bafil. ap. Froben. 1544. 4. Infunt liber primus de decretis Hippocratis et Platonis, gr. et lat. interprete Jo. Caio, et quinque alia Galeni opufcula atque fragmentum libri VII. graece. — *Galeni* de feptimeftri partu: breuis defignatio dogmatum Hippocratis. De ptiffana: de offibus libri, graece, emendati per *Jo. Caium*, Bafil. ap. Jo. Oporin. 1557. 8. — *Gal.* liber de optimo dicendi genere, et quod optimus medicus idem fit et philofophus, gr. et lat. Bafil. 1556. 4. — Pofterior liber cum libro: Exhortatio ad difcendas bonas artes, ftudio *Jo. Poffelii*, gr. Roftoch. 1591. 4. — gr. cum verfione *Erafmi Roterodami*, Parif. 1547. 4. — *Galeni* opufcula varia (IX) a D. *Theod. Goulftono* graece recenfita, mendisque quam plurimis repurgata, et in linguam latinam clarius puriusque translata. Acceffere ab eodem lectiones variae et annotatt. criticae. Londini, 1640. 4. — De offibus, gr. et lat. cum notis perpetuis *Cafp. Hofmanni*, Francof. ad M. 1630. fol. et gr. ac lat. acced. Vefalii, Syluii, Heneri, Euftachii ad Galeni doctrinam Exercitatt. ex bibliotheca *Jo. van Horne*, Lugd. Bat. 1665. 12. — Libellus, quem ad modum quis animi fui affectus dignofcat et corrigat, gr. et lat. ex interpreta-

pretatione et cum ſcholiis *Jo. Caſelii*, iterum edidit *Jo. Henr. Acker.* Rudolſt. 1715. 4. — *Galeni* admonitio ad litteras addiſcendas, e rec. et cum notis *Jo. Ge. Guil. Koehleri*, Lipſ. 1778. mai. 8. *) — *Galeni* adhortatio ad artes. Cum ſua annotatione et verſione D. Eraſmi edidit *Abrah. Willet.* Lugd. Bat. 1812. mai. 8. Haud paullo melior editio quam illa Koehleri. — *Gal.* de optimo medico philoſopho, gr. et lat. a D. *Kurt Sprengel*, Hal. Saxon. 1788. 8. — *Galens Fieberlehre* von *Kurt Sprengel*, Berol. et Lipſ. 1788. 8. Eſt libera verſio, ſecundum edit. Camerarii, Baſil. 1538. fol. cum adnotatt. — Idem edidit *Briefe über Galens philoſoph. Syſtem*, in *Beyträgen zur Geſchichte der Medicin*, part. I. p. 117 ſqq. — *Galen vom Nutzen der Theile des menſchlichen Körpers. Aus dem Griechiſch. überſetzt und mit Anmerkung. begleitet von Nöldeke.* tom. I. Oldenburg. 1805. 8. — *Galenus vom Aderlaſſen gegen den Eraſiſtrat, überſetzt und mit Anmerk. verſehen von M. v. Sallaba*, Vindob. 1791. 8. — In *Gruneri Bibliothek der griechiſchen Aerzte* ſunt aliquot libri Galeni germanice verſi. — Galenus quoque ſcripſerat *explanationem linguarum* h. e. obſoletarum Hippocratis vocum; quod lexicon Hippocraticum primus ſeparatim graece edidit *H. Stephanus* et multo emendatius, quam antea excuſum, praefixit *Dictionario medico* etc. Pariſ. 1564. 8. Graece et latine poſtea prodiit cum inſcriptione: *Erotiani, Galeni et Herodoti Gloſſaria in Hippocratem*, ex recenſ. H. Stephani. Acceſſ. emendationes H. Stephani, Barthol. Euſtachii,

*) Conſ. Biblioth. critic. Amſtel. vol. II. part. II. pag. 98 ſqq.

ſtachii, Adriani Heringae *) etc. Recenſuit, varietatem lectionis ex MSS. codd. Doruillii **) et Moſquenſi addidit, ſuasque animaduerſſ. adiecit *Jo. Ge. Frid. Franzius*, Lipſ. 1780. 8. — Ad interpretanda, emendanda, illuſtranda Galeni vel ſcripta vel diuerſa loca multi viri docti tam in ſingulis libris quam paſſim in libris criticis operam contulerunt. Sic *Marſilius Cagnatus* in variarum obſeruatt. libris IV. Romae, 1587. 8. permultis locis de Galeno, eius libris et locis ſuam dicit ſententiam. — *Chr. Gottfr. Gruner* in progr. edidit Specimen correctionum Galenicarum ab *Caſp. Hoffmanno* olim conſcriptarum, Jenae 1776. 4. — *Jani Cornarii* coniecturas et emendatt. Galenicas, IV. progrr. Jenae 1788. 1789. 8. et *Jo. Steph. Bernardi* reliquias medico-criticas III. progrr. ib. 1795—1796. 8. etc.

Per hanc occaſionem faciam mentionem *Aſclepiadis Bithyni*, medici, cuius fragmenta edidit, digeſſit, explicuit et Aſclepiadum nomina hiſtoriamque expoſuit *Chr. Gottl. Gumpert*, Med. Doct. Vimar. 1794. m. 8. Idem ſcripſit commentat. de Aſclepiade Bithyno, Jenae 1794. 4. — Sctiptorum de Aſclepiade index: diſſ. praeſide *Adam. Mich. Birkholz* defendet auctor *Car. Frid. Burdach*, Lipſ. 1800. 4. Ex teſtimoniis veterum efficit, illum natum eſſe circ. a. V. C. 590. a. 650. ſummum gloriae gradum adtigiſſe, et diem obiiſſe a. V. C. 660. ante C. n. 72. Idem *Burdach* ſcripſit: *Aſclepiades und John Brown, eine Parallele*, Lipſ. 1800.

55. *Albinus*, philoſophus Platonicus, Galeni aequalis videtur fuiſſe *Saxio* in Onomaſt. lit. I. p.

*) Is vero *Heringa* in Obſeruatt. criticarum libro, Leowardiae 1749. 8. paſſim multa Galeni loca emendat illuſtratue.

**) Ex cod. Doruil. confecit *Jo. Steph. Bernardus* collationem Lexici Galeni, editam in Miſcellan. obſeruatt. criticis nouis, tom. IX. Amſtel. 1749. 8. p. 1020 ſqq.

I. p. 317. Eius Εἰσαγωγὴν εἰς τοὺς Πλάτωνος διαλόγους cum latina *Jo. Anton. Winkleri* interpretatione *Fabric.* in B. Gr. vol. II. p. 42 sqq. vet. ed. e codice Holstenii primus publicauit: quam quidem, quoniam Fischerus in tertia editione IV. dialogorum, Lips. 1783. 8. p. 125 sqq. eam emendatiorem, gr., omissa tamen versione latina, cum suis et Fabricii adnotationibus recudendam curauit, ego in noua Fabricii edit. vol. III. p. 157. nolui repetere; veterum tamen de Albino Platonico testimonia, a Fabricio collecta, retinui.

56. *Marcellus Sidetes*, ex Side oppido Pamphyliae ortus, Medicus, temporibus Hadriani et Marci Antonini impp. scripsit versibus heroicis Βιβλία ἰατρικὰ s. poema medicum libris XLII. Superest ex eo fragmentum ἰατρικῶν περὶ ἰχθύων, *remediorum ex piscibus:* quod edidit gr. et lat. *Fed. Morellus*, Lutetiae 1591. 8. et graece cum Michael. Plochiri Dramatio etc. ibid. 1598. 8. atque ex apographo Gudiano *Fabricius* graece cum versione sua suisque castigationibus in B. Gr. vol. I. p. 14 sqq. vet. edit. (vbi de Marcello Sideta egit,) reddiderat id correctius, et in vol. XIII. in elencho veterum medicorum p. 315 sqq. iterum de hoc Marcello disputans, metricam Morelli versionem fragmenti latinam. Ego vero id fragm., quoniam Schneiderus gr. omissa versione editioni suae Plutarchi de educ. liber. Argentor. 1775. 8. p. 96 sqq. correctius adiecit atque illustrauit, in noua voluminis I. edit. ad p. 16. omisi. Praeter ea *Jo. Nic. Belin de Ballu* istud suae *Oppiani* editioni, Argentor. 1786. 4. et mai. 8. adiecit.

57. *Alexander Numenius*, rhetor graecus, forte sub Hadriano vel sub M. Aurelio Antonino circ. a. Ch. 172. et antea nominis famam consequutus est. Eius liber περὶ τῶν τῆς διανοίας σχημάτων etc. *de figuris* editus est ab Aldo Manu-

tio inter Rhetoras graecos p. 547. et diligenter emendatus a *Laurentio Norrmanno,* gr. ac lat. Vpfaliae 1690. 8.

Diuerfus eft a *Numenio,* Apameenfi Syro, philofopho Platonico, de quo et aliis *Numeniis* vid. *Fabricii* B. Gr. I. p. 854 fq. in catal. Pythagoricorum, et vol. III. p. 179 fq. in catal. Platonicorum.

58. *Hypficles,* Alexandrinus, Mathematicus, Ifidori difcipulus, fub M. Antonino philofopho, circ. a. Chr. 172. aut ante a. 169. Auctor libr. XIV. et XV. Elementorum Euclidis habetur. Libellus eius contra quoddam aftronomicum, *Anaphoricus* fiue *de adfcenfionibus fignorum coeleftium* in Alexandrino climate graece et cum verfione lat. *Jac. Mentelii* lucem vidit vna cum Opticis Heliodori ab Erafmo Bartholino. Parif. 1657. 4. (Ab Hambergero in *Zuverläff. Nachr.* part. II. p. 393. citatur illa edit. a. 1680.)

59. *Paufanias,* Caefareenfis Cappadox, Herodis Attici difcipulus, floruit circa a. Ch. 174. V. C. 927. Grammaticus, Hiftoricus artiumque et monumentorum, a fummis veteribus artificibus pofteritati traditorum, perfcrutator indefeffus, et vt plurimum iudex legitimus. Ad omnia autem rite inueftiganda oculisque vfurpanda per Graeciam, Macedoniam, Italiam, magnam Afiae partem vsque ad Jouis Hammonis oraculum iter fecit, et, quae vifu notatuque digna, templa, aedificia, infignia, ftatuas, imagines aliaque ornamenta, feftos dies, ludos etc. vbique viderat, ea, vbi Romam migrarat, admodum fenex litteris confignauit: praeterea conditionem, fitum et hiftoriam ciuitatum populorumque diligenter expofuit. Vtiliffimus et iucundiffimus eft fcriptor: quamquam haud negandum eft, eum res fabulofas interdum prodidiffe, ac faeculi patriaeque et fenectutis ipfius vitio abruptum et concifum fcribendi

bendi genus atque ſententiarum breuitatem plus iuſto et praeter conſuetudinem veterum praeſtantiorum atticorum hiſtoricorum, quos tamen imitari ſtudebat, ſaepius amaſſe. Illorum enim itinerum fructus eſt *Graeciae deſcriptio* accurata, τῆς Ἑλλάδος περιήγησις, libr. X. Alia eius ſcripta interierunt. Princeps edit. eſt Aldina, graece, 1516. fol. per *Marcum Muſurum*, Cretenſem. — Latine verterunt *Abraham Loeſcher*, cod. gr. vſus, Baſil. 1550. fol. et *Romulus Amaſaeus*, codd. etiam graecis probabiliter vſus, Romae 1547. 8. Florent. 1551. ap. L. Torrentium, fol. etc. — Emendatior eſt ed. gr. et lat. ex recenſione *Guil. Xylandri*, (qui paullo ante obitum eam inchoavit, notasque addidit,) atque *Frid. Sylburgii*, qui eam continuauit et abſoluit, magnaque acceſſione notarum, partim ſuarum, partim ex libris et multorum doctorum, qui paſſim aut per occaſionem emendarunt Pauſaniae loca, commentariis etc. collectarum, locupletauit; addidit diſſertat. de grammaticis Pauſaniae anomaliis et deſcriptionem Graeciae e Strabonis epitome, Ptolemaeo ac Plinio, cum ſuis adnotatt. Francof. 1583. fol. apud heredes Andr. Wechelii. Adiuncta eſt ſeparatim Amaſaei verſio, a Frid. Sylburgio plurimis locis emendata. — Illa editio nude repetita eſt, ita tamen, vt verſio latina textui per ſingulas paginas adderetur, Hanov. typis Wechel. 1613. fol. — Caſtigatiorem tamen editionem poſtea curauit *Joach. Kühnius*, gr. et lat. cum ſuis et Xylandri Sylburgiique animaduerſionibus, Lipſ. 1696. fol. — Nouam recenſionem eamque diligentem inſtituit textumque graecum tam ex codd. Moſquenſi et Vindobonenſi, quam ex coniecturis ſuis aliorumque emendauit et explanauit *Jo. Frid. Facius* *), gr.

*) Qui iam antea in IV. doctis proluſionibus ad emendandum et explicandum Pauſaniam, (Coburg. 1789—1795. 4.) egre-

gr. tom. I—III. addita in tomo IV. *Rom. Amaſaei* interpretatione lat. Lipſ. 1794—1796. 8. — *Germanice* vertit atque obſeruatt. illuſtrauit *Goldhagen*, Berol. et Lipſ. 1766. 8. II. voll. — et in ed. II. emendat. ibid. 1798. et 1799. IV. partt. in tomis II. — *Gallica* verſio *Gedoyni* cum obſſ. et figg. Pariſ. 1731. 4. II. voll. repet. ib. 1733. IV. voll. 8. et auct. Pariſ. 1793. et 1798. IV. voll. 8. laudatur. — Loca, in quibus Pauſanias templa, ſtatuas, atque picturas deſcripſit, in ſingularibus libris anglice verterunt atque expoſuerunt: *Gilbert Weſt* in ſua Pindari verſione, ed. II. Lond. 1753. 8. vol. II. p. 15 ſqq. — anonymus, Shropſhire 1758. 8. — *Uvedale Price*, Londini 1780. 8. ac *Thomas Taylor* Deſcriptionem Graeciae ex Pauſania anglice vertit, et notas tabulasque addidit, Londin. 1793. 8. III. voll. — Haud pauca Pauſaniae loca inſigniora erudite expoſita ſunt atque illuſtrata: e. g. *Heyne Vorleſung über den Kaſten des Cypſelus, ein altes Kunſtwerk zu Olympia mit erhabenen Figuren, nach dem Pauſanias*, Gottingae 1770. 8. Idem V. C. alia Pauſaniae memorabilia erudite illuſtrauit in: *Sammlung antiquariſcher Aufſätze*, Lipſ. 1778. 8. — *Com. de Caylus* dedit explicationem deſcriptionis duarum tabb. Polygnoti ap. Pauſan. in Hiſtoire de l'Acad. de Inſcript. etc. Pariſ. tom. XXVII. p. 34 ſqq. germanice verſam a *Meuſelio* in: *Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchichte und zur Kunſt, aus dem Franzöſiſchen*, vol. II. Altenb. 1769. p. 243 ſqq. — *L. Voelkel über den groſsen Tempel und die Statüe des Jupiters zu Olym-*

egregia futurae editionis ſpecimina dederat. *Clauierius* tamen in *Millin Mag. encyclop.* tom. III. a. 7. p. 29 ſqq. haud omnino adprobat Facii edit. atque in textu gr. emendando verſatus, adhibitis codd. Pariſ., ſpecimina propoſuit ſuarum emendatt. repetit. breuiter in *Beckii* Comm. ſociet. philol. Lipſ. III. 1. p. 140.

Olympia; eine Erläuterung der Beſchreibung des Pauſanias, Lipſ. 1794. min. 8. — *Ueber den Tempel und Bildſäule des Jupiters zu Olympia, ein antiquariſcher Verſuch von Jo. Philipp Siebenkees,* Noriberg. 1795. 8. Vt alia ſcripta, in quibus Pauſaniae loca varia ratione explicantur, praetermittam.

60. *Lucianus,* notione Syrus, vrbe Samoſatae, iuxta Euphratis confluentes ſita, ortus. Secundum rationes *Reitzii,* qui in ſylloge de aetate, vita, ſcriptisque Luciani praemiſſa eius edit. Amſtelod. tom. I. p. 41 ſqq. aut tom. I. p. 56 ſqq. ed. Bipont. variorum narrationes et iudicia de Luciano collegit ſuamque addidit ſententiam, incidit Luciani aetas intra a. Ch. 122—200. Ab opificio ſculpturae transiit ad ſtudia liberalia et primum fuit cauſſidicus Antiochiae, deinde arti orandi operam dedit, et itinera fecit; poſtea animum adpulit ad philoſophiae ſtudium; tandem ſub Marco Antonino actuarius, ſiue graphiarius et procurator fuit partis Aegypti. Diſertus et facundus facetusque ſcriptor, et acutus fuit philoſophus, nulli tamen ſectae philoſophicae vnice addictus; ingenium autem moresque haereſi Epicuri prae reliquis fauiſſe videntur. Hinc deorum non magis quam hominum irriſor: neque vero chriſtianus, neque atheus fuit, ſaltem a pluribus VV. DD. vindicatur a crimine atheiſmi; lepidus tamen ſcurra, neque ſeuerus verecundiae atque pudoris in oratione cuſtos, nec raro ſophiſta habetur. Has virtutes vitiaque ex multis, quae ſuperſunt, eius opuſculis abunde cognoſcimus. Sunt igitur, (vt quaedam commemoremus,) Somnium ſiue Gallus; Piſcator, qui dialogus eſt ſatira in philoſophaſtros ſuae aetatis; vitarum ſ. ſectarum auctio, in quo dialogo philoſophos quosdam riſui exponit; de non temere credendo, liber lectu digniſſimus; Dialogi marini XV. Dialogi meretricii XV. quibus

bus mulierum vitia et laſciui mores perſtringuntur; Dialogi deorum XXVI. ridendis Graecorum diis eorumque criminibus exagitandis comparati; Dialogi mortuorum XXX. venuſti et ad mores praecipue ſpectantes; Judicium vocalium, ſiue ingenioſa fictio actionis litterae Σ contra litteram T; de ſomnio, ſiue vita Luciani; Charon ſiue contemplantes, elegans dialogus et ſatira, in qua Charon, Mercurio comite, varia contemplatur vana et ſtulta mortalium, potentum praecipue, conſilia et actiones coecas; Hermotimus, ſiue de ſecta philoſophiae eligenda dialogus; Jupiter confutatus et Jupiter Tragoedus, in quibus dii irridentur; quomodo hiſtoria ſcribenda ſit; verae hiſtoriae libri II. ſiue potius fictae narrationes; Menippus ſiue Necyomantia; Nigrinus ſiue de philoſophi moribus; de morte Peregrini, cynici philoſophi, ſatira in philoſophos cynicos et Chriſtianos, de qua et de Luciani conſilio diuerſa ſunt VV. DD. iudicia, et alii libelli. Alii tamen criticis quibusdam viſi ſunt ſpurii, ex. gr. Menippus; de dea Syria; Demoſthenis laudatio etc. De nullo tamen dialogo eiusque auctore, num Lucianus, an alius fuerit, quam de dialogo, inſcripto Φιλόπατρις, ſeu *qui docetur,* aut *patriae amans,* plures in vtramque partem disputarunt. — Editionum graecarum et latinarum cum graeco contextu, (nam verſiones latinas, tam antiquiores, quam recentiores commemorare non vacat,) princeps eſt *dialogorum* Florentina, (quae quamquam a vitiis typographicis non immunis eſt, praeſtare tamen poteſt codicis msti vicem, iudice *Reitzio* *),) 1496. fol. ſine nomine typographi, graece. — *Lucianus* cum Philoſtra-

*) Qui in praef. ad Lucianum potiores recenſet editt. Pleniorem tamen catalogum et editionum et verſionum editores Luciani Bipontini tomo I. p. LXV ſqq. praemiſerunt. Ego vero h. l. potiores et recentiores edd. commemorabo.

lostrato et Callistrato bis prodiit ex Aldina officina Venetiis, primum 1503. sed pessime habitus; dein longe cultior 1522. fol. gr. curante Asulano, quae posterior edit. licet ipsa saepe vitiosa, fundus est plurimarum subsequutarum editionum. — Laudantur Haganoanae gr. 1526. 8. II. vol. et gr. 1535. 8. II. voll. atque gr. cura Antonii Francini, Venet. 1535. 8. II. voll. — *Basileae* quinquies prodierunt *Luciani* opera, 1) palma Isingrinii, gr. 1545. 8. II. voll. 2) gr. 1555. quae edit. priorem ita sequuta est, vt aliquot quidem locis meliorem exhiberet lectionem, at saepius illius vitia augeret; 3) ap. H. Petri, gr. et lat. cum notis *Gilberti Cognati* etc. 1563. 8. IIII. voll. 4) et 5) rec. 1602. (al. 1604.) et ap. H. Petri, 1619. 8. IV. voll. — Tum pleniorem curauit edit. *Bourdelotius*, multa, vt iactitauit (at a Tan. Fabro valde culpatus est,) ex edd. et II. codd. msst. emendauit et suppleuit, suasque breues, selectasque *Gilberti Cognati*, et ad quaedam loca *Theodori Marcilii* notas adiecit, gr. et lat. Paris. 1615. fol. — Castigata emendataque est editio *Jo. Benedicti*, gr. et lat. Salmurii 1619. 8. — Vitiosissima est, quae dicitur *Graeuiana*, gr. et lat. cum notis *J. G. Graeuii*, *Jac. Gronouii* et aliorum partim integris partim selectis, (cura *J. Clerici*), cum anonymi scholiis graecis, tum primum a Clerico singulis tomis separatim subiunctis, Amstel. 1687. 8. II. tom. — Locupletissima et hucusque optima est editio *Luciani* Opp. cum noua versione *Tiberii Hemsterhusii* et *Jo. Matthiae Gesneri*, graecis scholiis, ac notis omnium proximae editionis commentatorum, additis *Jo. Brodaei*, *Jo. Jensii* *), *Lud. Kusteri* — ac praecipue *Mosis*

*) *Jensius* edidit *Lectiones Lucianeas*: acc. ad J. G. Graeuium super aliquot Diodori Siculi locis epistola, Hagae Comitis 1699. 8. in quibus ille multa Luciani loca ope edit. antiquae Florentinae emendauit, alia illustrauit atque explicuit.

ſis Solani et *J. M. Geſneri*, tom. I. cuius priorem partem ſummo ſtudio curauit et illuſtrauit *Tib. Hemſterhuſius.* Ceteras inde partes [propter nimis longam Hemſterhuſii tarditatem] ordinauit, notasque ſuas adiecit *Jo. Frid. Reitzius.* Amſtelod. Sumt. Jac. Wetſtenii, 1743. 4. tom. I. et omiſſa nominis Hemſterhuſiani mentione, tom. II. et III. Acceſſit tamquam tomus IV. Index verborum ac phraſium Luciani ſiue Lexicon Lucianeum, — concinnatum a *Car. Conr. Reitzio,* Traiecti ad Rh. ex typographia Herm. Beſſeling. 1746. 4. — *Luc.* Opp. gr. et lat. cum notis ſelectis, (ſiue potius Hemſterhuſii aliorumque excerptis et contractis,) cura *J. P. Schmidii*, Mitav. 1776—1800. 8. VIII. voll. — *Luc.* Opp. gr. et lat. ad edit. Tib. Hemſterhuſii et J. Fr. Reitzii accurate expreſſa: cum varietate lectionis et annotatt. Studiis ſocietatis Bipontinae. Biponti 1789—1793. 8. X. voll. Vltimo volumini, quod indices habet, additae ſunt p. 123 ſqq. variae lectt. codd. Pariſ. a Belino de Ballu collatorum. — Noua quaedam recenſio eſt: *Luciani Samoſat. opera omnia*, maxime ex fide codd. Pariſ. recenſita, edidit *Frider. Schmieder*, tom. I. Halae Magdeb. gr. cum gr. ſcholiis et breuibus notis criticis. 1800. mai. 8. et tomus II. cum additamento ad tom. I. ib. 1801. In praefat. promiſit commentarios ad omnes Luciani libros. — Quidam libelli, praeſertim dialogi, ſaepius ſunt a viris doctis ſeparatim editi atque illuſtrati. Equidem quasdam, praecipue rariores aut meliores atque recentiores edd. notabo. — Luc. dialogi aliquot lepidiſſimi, gr. Baſil. ap. Valent. Curion. 1522. 4. — dialogi deorum et mortuorum, gr. et lat. ex edit. *Othon. Nachtgall*, Argentor. 1515. 4. — dial. coeleſtes, marini et inferni, gr. Norimberg. ap. Petreium, 1537. 8. — Varii dialogi aliique libelli Luciani, Pariſ. annis 1536. et ſequentibus ſeparatim ex

offic.

offic. Morelli, aliorumque, praecipue Andreae et Chriſt. Wechelorum ſaepius prodierunt graece. — Dialogi ſelectiores, gr. et lat. Lipſ. ap. Voegelin. 1568. 8. — ibid. 1578. 1583. 1589. 1601. 8. — *Timon* ſ. *Miſanthropus* ſeorſum editus a *Lamberto Barlaeo* cum notis, Lugd. Bat. 1652. 8. et emendatius gr. ac lat. a *Tan. Fabro,* cum notis, Pariſ. 1655. (al. 1653.) 4. — *Pſeudoſophiſta,* gr. lat. cum notis et animaduerſſ. *J. G. Graeuii,* Amſtel. ap. Dan. Elzeuir. 1668. 8. — *De calumnia,* gr. et lat. cum notis *Jac. Tollii,* Lugd. B. 1677. 12. — *Colloquia ſelecta* et *Timon* (cum notis eruditis,) *Cebetis* tabula; *Menandri* ſententiae morales, gr. et lat. ed. *Tiber. Hemſterhuis,* Amſtel. 1708. 12. — 1732. (al. 1730.) et rec. Baſil. 1771. 12. — *Philopatris,* dial. disputationem de illius aetate et auctore praemiſit, praefationem ac notas adiecit M. *Jo. Matthias Gesner,* Jenae 1715. 8. — *De Longaeuis* tractatus, noua verſione lat. notisque philologicis (inſertis notis Jo. Guil. Steinheilii et aliis Antonii Aemilii, ad oram exempli Baſil. adſcriptis,) inſtructus, diſſ. praeſ. *J. H. Maio,* reſp. *Jo. Hermanno Bennero,* (cuius dedicatio ſcripta eſt 1724.) Gieſſae, ſine anni nota in fronte. 4. — *Mortuorum* dialogi, gr. cura *J. C. Schlaegeri,* Helmſtad. 1739. 8. — Excerpta quaedam ex *Luciani* Opp. per *Nic. Kent,* (cum notis grammaticis; nonnullis quoque Graeuii ac Gronouii, et cum aliquot lectt. variis,) gr. et lat. Cantabrig. 1730. 8. — editio altera, aliquanto auctior et emendatior, Londin. et Etonae 1745. 8. — rec. Londini 1764. 1771. 8. Glasguae 1778. 12. — *Timon,* gr. et lat. cum notis ſelectis, edit. *Jo. Frid. Stübel,* Lipſ. 1741. 8. et 1769. 8. — *De ſomnio,* gr. et lat. ex recenſ. Hemſterhuſ. cum VV. LL. et notis *Jo. Adam. Schier,* Lipſ. ac Guelſerb. 1762. 8. cum nouo tituli folio, Brunſuici 1796. 8. — *Excer-*

pta ex Luciano, notis ac lexico illuſtrata etc. Catinae 1772. 8. Nitida et docta eſt editio. — *Luciani* quomodo hiſtoria conſcribenda ſit: edidit et notis illuſtrauit *Franciſc. Riollay*, Oxon. 1776. 8. — *Dialogi mortuorum*, gr. Recenſuit et in priores decem dialogos notas adſperſit *Jo. Bened. Carpzov.* Helmſtad. 1773. 8. — *Opuſcula ſelecta*, gr. edidit et notis illuſtrauit *Dan. Chriſtph. Seybold*, Gothae 1774. 4. et 8. omiſſis accentibus, quos vero ille addidit in ed. ſecunda eaque curatiore, adiecto *Luciani Hermotimo*, ib. 1785. 8. — *Dialogi mortuorum* ſelecti, gr. cum indice, cura *J. Floderi*, Vpſal. 1779. 8. — *Einige Todtengeſpräche Lucians, mit einem hinreichenden Regiſter von Jo. Gottfr. Haas*, Lipſ. 1781. 8. Idem quoque poſtea alios nonnullos Luc. libellos et dialogos eodem modo et conſilio edidit. — *Göttergeſpräche, griechiſch mit philolog. und kritiſchen Anmerk. u. grieck.-deutſchem Wortregiſter, herausgegeben von Jo. Chriſtph. Bremer*, Lipſ. 1790. 8. — Idem gr. edidit, parique modo explicuit *Lucians Todtengeſpräche*, Lemgov. 1791. 8. — *Lucians Timon*, cum adnotatt. indice, et commentat. de Luciani vita, ſcriptis horumque editt. ac verſionibus, edit. a *J. D. Büchling*, Lipſ. 1796. 8. — *Luciani* dial. ad lectionum vſum delecti, vol. I. graeca continens, (curante *Wolfio*,) Hal. Sax. 1791. 8. — Dialogi ſelectiores, inprimis deorum, gr. curauit et duplici indice inſtruxit *Ge. Henr. Martini*, Lipſ. 1794. 8. — *Sammlung einiger Schriften aus Lucians Werken*, cum indice, cum potioribus lectt. varr. et correctionibus ex Reitzii ed. excerptis, cur. *Chr. E. Gehrich*, Gottingae 1797. 8. — Quaeſtio, quomodo hiſtoria ſit conſcribenda, gr. ſelectis aliorum ſuisque annotatt. illuſtrauit — M. *Aug. Frid. Wilh. Rudolphus*, Lipſ. 1797. 8. — *Lucians ausgewählte Geſpräche*,

che, gr. cum indice graeco-german. edidit *Auguſt. Matthiae*, Lipſ. 1809. 8. Textum vel e codd. vel ex ſuis aliorumque coniecturis emendavit, et in adpendice addidit loca Homeri, Herodoti aliorumque graecorum auctorum, ad quae Lucianus prouocauit. — *Luciani Charon* — in vſum ſcholarum, textu emend. adnotationibusque ſubi. edidit *J. Th. Lehmann*, Lipſ. 1811. 8. Idem ad eundem modum edidit Dialogos mortuorum, Lipſ. 1812. 8. — In linguam *germanicam* ſaepius conuerſa ſunt Luciani opuſcula: ego vero tantum h. l. commemorabo verſionem *Hermotimi*, a *Jo. Henr. Kromayero* factam, adiectis notis, etiam criticis, Jenae 1713. 8. — *J. Ge. Meuſelii Ueberſetzung von Lucians Gedanken über die Geſchichtſchreiberkunſt*, in Gattereri bibl. hiſtorica, vol. II. p. 127 ſqq. — *Waſeri* verſionem plurimorum opp. Tiguri 1769—1773. IV. tom. 8. — rec. Manhemii, cura Kleinii, 1783. 8. VIII. voll. et omnium praeſtantiſſimam *Opp. Luc.* verſionem *Wielandi*, cum eruditis notis et commentariis, Lipſiae 1788. 1789. VI. tom. 8. — *J. H. Quentel* vertit notisque illuſtrauit *Lucians Göttergeſpräche*, Mühlhuſae 1796. 8. Sed nec verſio nec notae laudem criticorum tulerunt. — De multis verſionibus *italicis* vid. *Paitoni* Biblioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. II. p. 228 ſqq. Recentiſſima facta eſt a *Spirid. Luſio*, natione Graeco, Londini, (vel potius Venetiis ap. Colomban.) 1764—1768. 8. IV. voll. — De *anglicis* verſionibus et editt. v. *Brüggemann* A View of the Engliſh editions etc. p. 360 ſqq. Ex. gr. Opp. *Luciani* a variis anglice verſa, addita *Jo. Dryden* commentat. de vita ſcriptisque Luciani etc. Londin. 1711. et 1745. 8. IV. voll. — Dialogi Luciani, interprete *J. Carr*, Londini 1773—1786. 8. III. voll. — et cum pleno titulo Opp. ab eodem verſa, quibus,

 opi-

opinor, reliqua opufcula addita fuiffe 1786. III. vol. et duo voll. 1798. 8. — Opp. *Luc.* verfa a *Thom. Franklin,* Londini 1780. 4. II. voll. — rec. ib. 1781. 8. IV. voll. — *Gallicae* verfiones recentiores funt Opp. factae ab Abb. *Maffieu,* Parif. 1781. tom. I—III. et 1787. tom. IV—VI. 8. atque *Belin de Ballu:* Oeuvres — d'après une copie verifiée (n. ed. Bafil. 1555. compar. cum exemplo Reitzii,) avec de notes hiftoriques et litteraires, et de remarques crit. fur le text de cet Auteur. Parif. 1786—1789. VI. voll. mai. 8. etc. — Adde *Generfich Abhandl. über Lucians Charon oder die Weltbefchauer,* in *Car. Georg. Rumi Mufenalmanach von und für Ungarn, aufs Jahr* 1808. etiam fub titulo: *Mufenalmanach für das öfterreich. Kaiferthum, 1ter Jahrgang* 1808. 8. p. 131 fqq.

61. *Aelius Ariftides,* Adrianenfis Bithynus, natus a. Ch. 129. a. V. 882. Polemonis et Herodis Attici etc. difcipulus. Multa poftquam fecerat itinera, Smyrnae habitauit, Smyrnenfibus ob eloquentiam, et quia poft a. Chr. 176. reftaurationem Smyrnae, terrae motu euerfae, ab imp. M. Aurelio Antonino impetrauit, inprimis iucundus, atque ab illis facerdotium Aefculapii, et a M. Antonino huiusque filio Commodo, imperatoribus, immunitatem per litteras oblatam, eloquentiae praemium, accepit: munera autem publica alia detrectauit. Obiit circ. a. Chr. 189. *) Fuit difertus et venuftiffimi cultiffimique fermonis fophifta, felixque veterum imitator, neque vero eorum

*) De aetate, patria vitaque, de peregrinationibus Ariftidis; de eius honoribus, lotionibus ab Aefculapio imperatis, fomniis a diis miffis (nam homo credulus mireque fuperftitiofus fuiffe videtur,) aliisque rebus vide *Jo. Maffon* collectanea hiftorica, Ariftidis annum et vitam fpectantia, ordine, quantum licuit, chronologico digefta, praefixa Opp. Ariftid. per S. Jebb.

eorum virtutes aeque, ac ipse sibi arroganter persuaserat, est adsequutus, multo minus superauit. — Supersunt LIII. orationes lectu vtiles cum ad eloquentiae exemplum, tum ad rerum atticarum et antiquitatis cognitionem; atque libri duo de ciuili ac simplici dictione, et aliquot epistolae. — *Aristides* de laudibus Athenarum; eiusdem de laudibus vrbis Romae, cum Isocratis orationibus etc. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1513. gr. fol. Memoratur quoque ed. *Aristidis* Aldina, 1517. 8. gr. — Princeps alias habetur, (*Aristidis* oratt. gr.) certe plenior est ed. Juntina, quae continet LII. oratt. cum hypothesibus veteris scriptoris in Panathenaicum, Leuctricas et Platonicas oratt. Florent. 1517. fol. curante *Euphrosino Bonino.* Vitia huius edit. magnam partem sustulit *Gul. Canterus*, vsus ed. Aristidis Florentina, ab Arlenio cum Msstis collata, ex cuius versione latina Aristides cum aliorum Graecorum orationibus prodiit Basileae ap. Petr. Pernam 1566. fol. quatuor tom. in vno volumine. Subiungitur Canteri libellus de ratione emendandi scriptores graecos, in quo ex Aristide potissimum exempla repetiit. — *Aelii Aristidis* orationum tomi III. graece et lat. interprete *Gul. Cantero.* Adiunctae sunt eiusd. Gul. Canteri et aliorum lectiones, ap. Paul. Stephan. Geneuae 1604. 8. III. tom. — Oratio Vlyssis legati ad Achillem, cum Libanii responsione, gr. cum *Joach. Camerarii* versione lat. eiusdem et paraphrasis graeca Homerici vtriusque loci addita est. Haganoae 1535. 8. — Hanc edit. ignorans *Laurent. Normannus* edidit: Orationes II. de cod. msto, duosque artium oratoriarum libros de vetusta, eadem adhuc vnica, edit. Aldina descripsit et versione lat. notisque illustrauit, Vpsal. 1688. 8. Libri autem II. *de ciuili et simplici dictione* graece primum editi sunt ab Aldo inter graecos rhetores, Venet. 1508.

fol.

fol. — Normanniana editio hoc leui discrimine repetita eft, vt in fronte collectionis poneretur infcriptio: *Aelii Ariftidis, Rhet. Adrianenfis,* nomine legatorum graecorum ad Achillem fcripta. *Laurentius Normannus* de cod. msto defcripfit et edidit, verfione latina breuibusque notis illuftravit. Lipfiae 1715. 8. — Nouiffima, eaque ex codd. aliisque fubfidiis faepe emendata, neque tamen omnino abfoluta, et a nitore chartae typorumque magis, quam ab neceffaria diligentia, ingeniique fagacitate et eruditione commendabilis eft editio: *Aelii Ariftidis Adrianenfis Opera omnia.* Graece et latine, in duo voll. diftributa, cum notis et emendatt. Guil. Canteri, Triftani, Palmerii, T. Fabri, Spanhemii, Normanni et Lamb. Bofii; adiunctis infuper veterum fcholiis et prolegomenis Sopatri Apameenfis ab erroribus vt plurimum repurgatis. Graeca cum Mss. codd. variis et praeftantiffimis collata, recenfuit et obferuatt. fuas adiecit *Samuel Jebb.* Oxonii, vol. I. 1722. vol. II. 1730. 4. *) — Cel. *Morellius* orationem quamdam, olim inter deperditas numeratam, primus e cod. euulgauit cum aliis, gr. ac lat. cum notis, et infcripfit: *Ariftidis oratio aduerfus Leptinem, Libanii* declamatio pro Socrate, *Ariftoxeni* rhythmicorum elementorum fragmenta, e bibliotheca Veneta D. Marci nunc primum edidit *Jac. Morellius,* Venet. 1785. 8. idemque addidit inedita quaedam fcholia et animaduerff. — Illam Ariftidis orat. feu declamationem (quae tamen non eft integra,) recudendam curauit et fubiecit *Frid.*

*) Conf. graue Reiskii iudicium in praef. ad vol. III. Animaduerff. ad graecos auctores, Lipf. 1761. 8. p. VIII fqq. Idem p. 185 fqq. eiusd. voluminis de multis Ariftidis locis fibi fufpectis aut male intellectis fuam dixit fententiam, et in vol. V. p. 585 fqq. Canteri curas fecundas in Ariftidem protulit in lucem.

Frid. Aug. Wolfius suae editioni *Demosthenis* orat. aduersus Leptinem, Halis Sax. 1789. 8. gr.

62. *Phrynichus*, Arrhabius, rhetor et sophista Bithynus, sub M. Aurelio et Commodo, imperatt. Supersunt *Eclogae nominum et verborum atticorum*, omnino vtiles, nec ineleganter scriptae. Sed in delectu vocc. atticorum nimis seuerus a Thoma Magistro aliisque est habitus, ab aliis tamen interdum defensus. Illam Phrynichi συλλογὴν primus publici iuris fecit *Zachar. Calliergus*, Cretensis, gr. Venet. s. a. 8. et Romae 1517. 8. — tum illam vna cum Thoma Magistro aliisque *Francisc. Asulanus* gr. edidit et subiecit Lexico suo, Venet. ap. Aldum, 1524. fol. et *Mich. Vascosanus* cum Thoma Magistro aliisque, Paris. 1532. 8. In his edd. litterarum ordo seruatur. — Longe pleniorem et meliorem editionem, nullo tamen litterarum ordine seruato, e msto cod. dedit *Petr. Jo. Nunnesius*, cum versione lat. et notis, 1586. — Epitomes dictionum atticarum libri III. siue ecloga integritati restituta, latine conuersa, studio *Petri Jo. Nunnesii*, cum eiusd. et *Hoeschelii* notis, Augustae Vindelic. 1601. 4. Accesserunt ad Phrynichum et eius interpretem viri ill. (Jos. Scaligeri) notae, a *Dav. Hoeschelio* editae, Augustae Vind. 1603. 4. — Cum Nunnesii versione lat. et eiusd. ac Dav. Hoeschelii et Scaligeri suisque notis edidit *Jo. Corn. de Pauw*, qui ed. Calliergi cum ed. Nunnesii contulit et *Herodiani* fragmentum adiecit, Traiecti ad Rh. 1739. 4. — Ex cod. Coislin. qui continet magnum Phrynichi opus, Παρασκευὴν s. Προπαρασκευὴν σοφιστικὴν, specimen dedit *Montfaucon* in Catal. codd. bibl. Coislin. p. 465 sqq.

63. *Jamblichus*, gente Syrus, scriptor eroticus, imperantibus M. Aurelio et Commodo. Operis, quod legit Photius, dramatici Ἱστοριῶν Βαβυλωνικῶν fragmentum, sub falso autem rhetoris

Adria-

Adriani nomine, edidit *Leo Allatius* cum verſione ſua in Graecorum rhetorum et ſophiſtarum excerptis, Romae 1641. Sed nomen *Jamblichi* fictum eſſe videtur. — Diuerſus eſt a *Jamblicho*, philoſopho, ad a. Chr. 310.

64. *Julius Pollux*, Naucratites Aegyptius, circ. a. Chr. 176. ſub imperatoribus M. Aurelio et Commodo, cuius iuſſu Athenis docuit rhetoricam. Multa ſcripſit; ſed ſuperſtes eſt Ὀνομαςικὸν ſiue *Vocabularium*, in decem libros diſtinctum, in quo per rerum claſſem progreſſus ex omni ſcriptorum genere vocabula formulasque loquendi ſynonymas ad delectum et copiam graeci ſermonis parandam magno ſtudio collegit: opus praeclarum, ad vberiorem curatamque linguae et antiquitatis graecae ſcientiam et multorum poetarum loca, quae Pollux ab interitu ſeruauit, colligenda intelligendaque, ad hiſtoriam multorum veterum litterariam et criticam admodum vtile et vero neceſſarium. Princeps eſt editio *Aldina*, Venet. 1502. fol. graece, quae tamen, licet contextus multis mendis deturpatus ſit, repetita eſt cum praefat. graeca Scipionis Carteromachi Florent. ap. Bernh. Juntam, 1520. fol. adiuncto Stephano Byzant. et Baſileae cum praefat. Simonis Grynaei et cum indicib. 1536. 4. — Poſtea ex codd. opeque ingenii notisque Frid. Sylburgii vſus emendatius id opus edidit *Wolfgang. Seberus*, gr. cum verſione lat. *Rudolphi Gualtheri* *), locis variis emendata, et cum ſuis notis, Francof. ap. Wechel. 1608. 4. — Praeſtantior et ope variorum codd. msst. aliorumque ſubſidiorum caſtigatior eſt editio, quam parare coeperat *Jo. Henr. Lederlin*, et a cap. 27. libri VII. abſoluit *Tib. Hemſterhuſius*, gr. ac lat. cum commentario Gothofr. Junger-

*) Ille vero edidit verſionem latinam Baſil. 1541. 4. ſed ipſe eam poſtea non probauit.

germanni antea inedito, varr. lectt. notisque Joach. Kühnii, Lederlini atque Hemsterhusii aliorumque, et cum nouis indicibus. Amstel. ex offic. Wetsteniana 1706. fol. At, quantum adhuc superesset futuro editori, praecipue in castigandis atque emendandis comicorum locis, Bentleius in duabus litteris ad Hemsterhusium haud multo post Pollucem editum fuse acuteque docuit, quas *Ruhnken.* adiecit alteri editioni *Elogii Tiberii Hemsterhusii*, Lugd. Bat. 1789. 8.

65. *Adrianus*, Phoenix Tyrius, Herodis Attici discipulus, et in cathedra Atheniensi successor, rhetor et sophista: M. Antonino imper. carus et Commodo imper. ab epistolis siue potius dictator epistolarum, circ. a. C. 178. et e vita Romae discessit LXXX. circ. annos natus. Excerpta ex eius declamationibus *Leo Allatius* cum versione sua lat. edidit in Excerptis variis graecor. sophistarum et rhetorum, Romae 1641. 8.

66. *Sextus*, medicus *Empiricus* et philosophus *Pyrrhonius*, sub Commodo et paullo serius circ. a. Chr. 190. ingenio scriptisque clarus; leges vero facilis et perspicuae orationis haud vbique custodiuit. Scripsit *Pyrrhoniani compendii* (Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων) siue *institutionum scepticarum* libros tres, et *aduersus mathematicos*, h. e. dogmaticos seu eos, qui disciplinam profitentur, libros vndecim. — Vt *Stephani* (1562. 8.) et *Gentiani Herueti* (Paris. et in quibusdam exemplaribus Antwerp. 1569. fol. et Par. 1601. fol.) versiones latinas, prius editas, omittam, vtrumque Sexti opus, Pyrrhoniae hypotyposes cum H. Stephani, et libri aduersus mathematicos cum Herueti versione, graece, additis variis lectt. et H. Stephani in hypotyposes notis, prodiit Paris. (quaedam exemplaria Aureliam, alia Geneuam praeferunt,) 1621. fol. — Optima editio est Fabriciana: *Sexti Empirici* Opp. gr. et lat. cum H. Ste-

Stephani et Herueti verſion. Graeca ex msst. codd. caſtigauit, verſiones emendauit ſuppleuitque, et toti operi notas addidit *Jo. Alb. Fabricius.* Lipſ. 1718. fol. — *Sexti Empirici* Opp. ex recenſ. Fabricii curauit et commentario illuſtrauit *J. G. Mund*, Halae 1796. 4. ſed, quantum ſcio, prodiit demum voluminis I. pars prior, quae continet textum gr. hypotypoſ. interdum emendatiorem. — Atque *germanicae* verſionis, a *J. G. Buhle* factae, tomus I. Gottingae 1801. 8. hucusque lucem adſpexit. — *Gallice* verſae ſunt hypotyp. Pyrrhon. notisque illuſtratae, ſine nota auctoris et loci, 1725. 12. — De Scepticiſmo Sextoque docte ſciteque disputat *D. Car. Frid. Stäudlin* in: *Geſchichte und Geiſt des Skepticismus, vorzüglich in Rückſicht auf Moral und Religion*, Lipſ. 1794. II. voll. 8. — Minime autem noſter miſcendus eſt cum aliis *Sextis*, et noſtro perperam tribuuntur *disputationes antiſcepticae*, gr. cum verſione lat. *Jo. Northii* emendatiores editae a *Fabricio* in B. Gr. vol. XII. p. 617 ſqq. (vbi p. 615 ſqq. plures nominantur *Sexti.*)

67. *Aelius Moeris, Atticiſta*, ſub finem ſaeculi II. poſt Ch. n. vixiſſe videtur. Scripſit libellum vtilem *de vocibus Atticis*, in quo adnotauit, et inter ſe contulit vocc. quibus Attici, et quibus reliqui Graeci in aliis dialectis, maxima illa κοινῇ vtebantur. Illum lib. primus edidit gr. et illuſtrauit *Jo. Hudſon*, et ſubiunxit poſt Moerin cum peculiari inſcriptione: *Gregorius Martinus* ad Adolph. Mekerchum pro veteri et vera graecarum litterarum pronuntiatione. E bibl. Cl. V. Jo. Seldeni. Oxon. 1712. 8. At Hudſon. malo conſilio ſedem vocum mutauit, et illas ſecundum litterarum ordinem diſpoſuit. — Id exemplum typis recudi fecit, et adiunxit *Timaei* Lexicon Platonic. e recenſione *Ruhnkenii*, addiditque ſuas obſeruatt. *Jo. Frid. Fiſcherus*, Lipſ. 1756. 8. —

8. — Ordinem vocc. e codd. reſtituit *J. Pierſon*, qui *Moeridis Lexicon atticum* cum Jo. Hudſoni, Steph. Bergleri, Claud. Sallierii aliorumque et ſuis eruditis notis edidit et emendauit. Acc. *Aelii Herodiani Philetaerus* e Mss. nunc primum editus, item eiusd. fragmentum e Mss. emendatius atque auctius. Lugd. Bat. 1759. m. 8.

68. *Maximus, Tyrius*, Platonicus philoſophus, rhetor et ſophiſta; circa Antoninorum, et Commodi nominatim tempora floruiſſe Saxio in Onomaſt. lit. I. p. 334. aliisque videtur. Exſtant eius Διαλέξεις ſiue Λόγοι, *Diſſertationes* varii argumenti, in quibus multa praeclare atque perſpicue docuit, virtutis ſtudium commendauit; plurimas tamen philoſophiae partes contorte et captioſe moreque ſophiſtarum atque ad euitanda Chriſtianorum opprobria varias veterum fabulas allegorice interpretatus, atque in vindicandis oraculis aliisque rebus grauioribus negandis ſuperſtitioſe verſatus, ſaepius errauit. — Primus eas graece vulgauit H. Stephanus Pariſ. 1557. 8. cum caſtigationibus ad calcem libri poſitis et cum interpretatione, ſeparatim edita et multis locis emendata latina *Coſmi Paccii*, primum poſt eius mortem a fratre Petro Paccio edita, Romae ap. Jac. Mazochium 1517. fol. recognita et rec. Baſil. ex aedibus Jo. Frobenii, 1519. fol. tum ex caſtigatione *G. Alb. Picti*, Pariſ. 1554. forma minore. — Gr. et lat. cum interpretatione et notis *Dan. Heinſii*, qui ex codd. quaedam correxit, Lugd. Bat. 1607. et 1614. 8. In priore editione ſeparatim ad calcem libri latina exhibentur: acceſſerunt Alcinoi introductio in Platonem, et Pythagoreorum fragmenta cum verſione Guil. Canteri et Apuleii liber de deo Socratis: in altera autem editione emendatiore verſio latina graecis per ſingulas paginas eſt adſcripta, ſed Apuleii liber cum Pythagoreorum fragmm. omiſſus. — Heinſii textus,

tus, ſine notis, gr. et lat. recuſus eſt Lugd. ex offic. Claudii Lariot, 1630. 8. et ita, vt caſtigationes Stephani Heinſiique, quae editori videbantur probabiles, ſtatim in textum reciperentur, Oxon. 1677. 12. — Poſtea *Jo. Dauiſius* Maximi Tyrii diſſ. hinc inde ab ipſo emendatas, gr. et lat. cum notis tam criticis quam hiſtorico-philoſophicis primum edidit Cantabr. 1703. 8. dein, ordine diſſertationum ſecundum cod. Pariſ. mutato, textum quam plurimis locis ad II. codd. emendavit, notasque ſuas inſigniter auxit: acceſſ. *Jer. Marklandi* adnotationes, maximam partem criticae: quam nouam recenſionem ex Dauiſii mſto poſt eius mortem curauit *Jo. Ward,* Lond. 1740. 4. — Altera Dauiſii editio cura *J. Jac. Reiskii,* qui quaedam oppoſuit Dauiſio et Marklando, typis repetita eſt Lipſ. 1774. 8. II. voll. — Disput. quomodo adulator ab amico diſtingui poſſit, gr. et lat. cum caſtigationibus et notis variorum ſuisque edidit *Jo. Adam. Schier,* Helmſtad. 1760. 8. — Diſſertatt. vertit *germanice Chr. Tob. Damm,* Berol. 1764. 8. et *anglice Tho. Taylor,* Londini 1804. 12. II. voll.

69. *Flauius Philoſtratus,* habitatione vel Athenienſis, vel Lemnius, rhetor et ſophiſta circa Septimii Seueri principatum, circ. a. Ch. 200. et ſerius vsque ad Philippum Aug. floruit, et *Philoſtratus,* Junior, Nerbiani F. Lemnius, Philoſtrati ſuperioris ſororis filius, rhetor et ſophiſta, circa a. 215. Ἀτέλειαν, h. e. immunitatem et vacationem ab officiis publicis obtinuit ab imperatore Caracalla, et ante mortem auunculi vita deceſſiſſe videtur. — Prior ſcripſit 1) *Apollonii Tyanenſis vitam* libr. VIII. in quibus omnia, ſiue vera, ſiue falſa, ſiue ab ipſo conficta, collegit ad philoſophum ſuum mirifice ornandum, et a multis fraudis, Apolloniique cumprimis miracula miraculis Chriſti callide et ſpinoſe oppoſuiſſe arguitur.

tur. 2) *Heroica* ſiue dialogum vinitoris cum Phoenice, quo Heroes XXI. qui bello Troiano interfuere, deſcribuntur et celebrantur. 3) *Imagines* LXVI. porticus Neapolitanae libris II. diſerte et eleganter deſcriptas. 4) *Vitas Sophiſtarum* libr. II. *) 5) *Epiſtolas:* in ed. *Olearii* p. 911 ſqq. LXXIV. epiſtolae exhibentur. 6) *Epigrammata,* ex quibus vnicum exſtat libro VI. Anthologiae p. 452. in *Brunckii* anal. poet. gr. tom. II. p. 400. et in Olearii edit. Philoſtr. p. 950. 7) *Fragmentum* exſtat diſſertationis cuiusdam. — Junior ſcripſit *Imaginum* XVIII. librum ſingularem. — *Apollonii vita* primum *latine* prodiit ex verſione *Alemanni Rinuccini,* ſaepe barbara et infida, quam *Philippus Beroaldus* publici iuris fecit ſub exitum ſaeculi XV. Bononiae, typis Benedicti Hectoris, et deinceps aliquoties. — *Philoſtrati de vita Apollonii Tyanei* libri VIII. graece, Venetiis ap. Aldum 1501. Addita eſt ſeiuncta verſio lat. Philoſtrati, interprete *Alamanno Rinuccio,* et verſio Euſebii latina, interprete *Zenobio Acciaiolo,* ibid. 1502. fol. — *Imagines Philoſtrati,* eiusd. *heroica* et *vitae Sophiſtarum; imagines iunioris Philoſtrati,* et *deſcriptiones Calliſtrati,* gr. Venet. in offic. Luc. Antonii Juntae, 1535. 8. — De editt. cum Luciano v. ſupra §. 60. — *Philoſtrati* vtriusque opp. gr. vt plurimum ex Aldina edit. et lat. cum *Calliſtrati* ecphraſibus et *Euſebii*

---

*) *Boiſſonade* in not. ad ſuam Heroicorum edit. p. 273. auctorem Sophiſtarum, Flauium Philoſtratum, discernit a Philoſtrato, auctore Heroicorum, quem ſimpliciter vocauit Philoſtratum et in titulo edit. delendum duxit praenomen *Flavius,* et reiecit auctoritatem vnicumque teſtimonium Tzetzae Chil. VI. 45. *Aretin* quoque in *Tübing. neuem litterar. Anzeiger* 1808. m. April. nr. 16. p. 217 ſqq. in Specim. hiſtoriae artis mnemonicae contra Fabric. et Olear. demonſtrare ſtuduit, eum, qui vitam Apollonii ſcripſit, non eſſe auctorem libror. de Sophiſtis.

febii Caefarienfis epifcopi libro contra Hieroclem, adhibitis codd. et Adr. Turnebi atque Andr. Schotti animaduerfionibus edidit *Fed. Morellus,* Parif. ap. Claud. Morellum, 1608. fol. — Denique *Gottfr. Olearius* Opp. Philoftrati vtriusque ex variis codd. recenfuit, multa emendauit, in vitis Sophiftarum lacunas prope omnes expleuit, et verfionem fere nouam fecit, omniaque notis perpetuis illuftrauit, Lipf. 1709. fol. de qua editione et de Olearii opera diuerfa acerbaque iudicia quidam VV. DD. tulerunt. — Editio docta nouaque textus gr. recenfio eft: Φιλοςράτου Ἡρωϊκά. *Philoftrati Heroica,* ad fidem codd. Msst. IX. (Parifin.) recenfuit, fcholia graeca, (ex duobus codd. fumta,) adnotatt. Vifcontii et fuas, (maximam partem criticas,) addidit *Jo. Frid. Boiffonade,* graece et cum latina verfione Stephani Nigri, Parif. typis J. J. Delance, 1806. mai. 8. — *Philoftr.* Opp. in linguam germanicam transtulit *Dauid. Chriftoph. Seybold,* Lemgov. 1776 fq. 8. II. voll. — Praeter alios conf. *Ueber den jüngern Philoftratus und feine Gemäldebefchreibung, von M. P. J. Rehfues,* Tubing. 1800. 8. — *C. A. Böttiger* in: *Archaeologifches Mufeum* etc. Wimar. 1801. 8. p. 19. qui contendit, Icones a Philoftrato feniore non ex ingenio defcribi, fed illas revera exftitiffe: — inprimis *Heynii* progr. I—VIII. *Philoftrati* imaginum illuftratio, (in notis multa Philoftrati loca emendantur,) Gottingae 1796—1799. fol. — Einsd. progrr. duo: *Philoftrati* iunioris imaginum illuftratio, ib. 1800. fol. quae omnia, auctiora, recufa funt in *Chr. G. Heynii* Opufculis academicis, vol. V. Gotting. 1802. mai. 8. p. 1 fqq. et p. 196. recufum eft progr. (editum Gotting. 1801. fol.) *Calliftrati* ftatuarum illuftratio capp. 1—14. et p. 222. additum eft Epimetrum in Philoftratos et Calliftratum, quem Philoftratis feriorem fuiffe, contra Fabric. oftendit.

Neque

Neque *Frid. Jacobs* in Animaduerſſ. criticis in Calliſtrati ſtatuas et Philoſtratorum imagines: acc. deſcriptio nondum edita anaglyphorum in templo Apolloniadis, (etiam inſcr. Exercitation. critic. in ſcriptores vett. tom. II.) Lipſ. 1797. m. 8. p. 5 ſqq. probat Fabricii ſententiam. Idem cum aliis negat, illum fuiſſe *Calliſtratum Aphidnaeum*, tempore Demoſthenis viuentem. De *Calliſtrato* v. quoque *Ruhnken.* in Hiſtoria critica oratorum gr. p. LVIII ſqq.

70. *Zenobius* vel *Zenodotus*, et *Diogenianus*, poſt Lucianum circa initium ſaeculi tertii vixiſſe videntur. Vterque collegit prouerbia Graecorum, et prior quidem ex Lucillo Tarrhaeo et Didymo Alexandrino excerpſit. — *Zenobii Epitome paroemiarum Tarrhaei et Didymi* ſecundum litteras diſpoſitarum graece primum in lucem emiſſa eſt Florentiae impenſis et cura Philippi de Zunta, 1497. min. 4. — tum cum fabulis Aeſopi, Phurnuto et aliis, gr. Venet. ap. Aldum, 1505. fol. — *Zenobii* epitome, Haganoae ap. Petr. Brubach. 1535. 8. gr. et ex hac edit. Epitome etc. Cracov. 1543. 4. curauit *M. G(eorg.) L(ibanius)*, qui ſuam verſionem et nonnulla ſcholia addidit. — Optima eſt editio: Παροιμίαι ἑλληνικαί. *Adagia* ſ. *proverbia* Graecorum ex *Zenobio* ſeu *Zenodoto*, *Diogeniano* et Suidae collectaneis: partim edita nunc primum, partim latine reddita, ſcholiisque parallelis illuſtrata ab *Andrea Schotto*, Antwerp. ex off. Plantin. 1612. min. fol. Conf. *Fabricii* B. Gr. vol. V. p. 108 ſq.

71. *Strato*, epigrammatum graecorum auctor, quem, Reiskius ſuſpicatur, Seueri imperatoris circ. init. ſaeculi tertii aequalem videri. Vid. eum in praefat. ad Antholog. graecam Conſtantini Cephalae p. XII ſq. et in Notitia poetarum anthologic. voc. Στράτων p. 261 ſqq. (vbi aliquot Stratonis carmina dedit,) et *Chriſt.*

Adolph.

Adolph. Klotz, qui primus edidit *Stratonis aliorumque veterum poetarum graecorum epigrammata*, Altenburg. 1764. 8. in praefatione p. 9 fqq. et *Brunck*. in praef. ad Analecta poet. graecor. et tom. II. p. 359 fqq. vbi epigrr. XCIX. recenfuit et repofuit, (quae repetiit *Frid. Jacobs* in Anthologia gr. tom. III. p. 68 fqq. et in prolegom. p. CLXI fqq. plura adnotauit,) et tom. III. p. 207 fqq.

72. *Oppianus*, Anazarbeus Cilix, vulgo habetur auctor Ἁλιευτικῶν, fiue *de pifcatione*, libr. V. Κυνηγετικῶν, fiue *de venatione*, libr. IV. et Ἰξευτικῶν, fiue *de aucupio*, libr. tribus. *Hamberger* in *Zuverläffigen Nachrichten* etc. tom. II. p. 465 fqq. *Saxius* in Onomaft. I. p. 344 fq. quos confules, aliique collocant Oppiani aetatem in a. Chr. 204. at *Schneider*. in praef. ad fuam editionem et in notis p. 404. colligit ex diuerfitate ingenii dictionisque cum in toto corporis habitu, tum in fingularum partium conformatione, libros de *venatione*, genere orationis horrido, duro et ficco fcriptos, et de *pifcatione*, laeto floridoque orationis genere, quamquam interdum argute nimisque luxuriofe confcriptos, haud profectos effe ab vno eodemque auctore. Docere igitur inftituit, *Oppianum Cilicem*, Coryco oriundum, fcripfiffe Ἁλιευτικὰ, et vixiffe fub M. Antonino eiusque filio; auctorem autem carminis de *venatione*, quisquis fuerit, Apamea oriundum, plane diverfum effe, et imperante Caracalla, Seueri filio, cui carmen fuum infcripfit, in viuis fuiffe; denique tres libros de *aucupio*, quorum tantummodo paraphrafin profaicam *Eutecnii* habemus, non Oppianum, cui olim tributi funt, fed *Dionyfium* quemdam *Characenum* habuiffe parentem, Schneidero p. 437. aliisque probabile effe videtur. Enimvero *Belin de Ballu* in prolegomm. ad fuam edit. disputans contra Schneiderum, ope duarum emendatio-

dationum ex duplici Oppiano vnum, qui Seueri et Caracallae temporibus vixerit, restituisse sibi videtur. — Primum prodiere *Oppiani de Piscatu* libri V. e graeco in versus latinos translati per *Laur. Lippium* Collensem, impress. in Colle oppido, municipio Florentino, 1478. 4. — *Graeca* princeps editio eaque optima et emendatissima est: *Oppiani* de natura s. venatione piscium, libri V. Florent. in aedibus Phil. Juntae, 1515. 8. — Hanc edit. Asulanus magis deprauauit quam correxit, additis libris Oppiani IV. de venatione, et ad calcem latina *Laur. Lippii* versione Opp. de piscibus, in edit. Aldina, Venetiis 1517. 8. — Aldini exemplaris vestigia religiosius pressit *Bodinus*, qui edidit *Oppiani* Cynegetica, gr. Paris. ap. Vascosanum 1549. 4. at in commentariis ad Oppian. de venatione latino carmine versum, Paris. 1555. 4. multa editionis Aldinae post Brodaeum emendauit. — *Oppiani de piscatu* libri V. *de venatione* libri IV. Paris. typis regiis ap. Adrian. Turnebum 1555. 4. gr. cum varr. lectt. et Turnebi coniecturis, est quidem editio e codd. opeque ingenii interdum castigatior; at tamen codici suo nimium fidei tribuisse, et in Halieuticis Aldinam potius maluisse sequi, quam Juntinam, arguitur et notatur. — *Conr. Rittershusius* recensuit ex tribus codd. et edidit *Opp.* libros *de venatione et de piscatu*, gr. cum noua versione prosaica, commentariis eruditis et copiosis, ac graecis ad Halieutica scholiis veteribus, eo vsque ineditis, Lugd. Bat. 1597. 8. — Recusus hinc *Oppianus* gr. et lat. in *Jac. Lectii* Corpore poetar. Aurel. Allobrog. 1606. fol. — Noua est recensio textus, ex libris scriptis editisque, ac variorum VV. DD. correctionibus, et sagacitate editoris emendati: *Oppiani poetae Cilicis de venatione libri IV. et de piscatione libri V. cum paraphrasi librorum de aucupio: gr. et lat. curauit* Jo.

Jo. Gottlob Schneider. Argentorati 1776. mai. 8. *) Post latinam versionem adiecit notas eruditas et criticas, et Brunckii ad libros de Venatione, atque grammaticas, in quibus praeterea haud pauca loca ex historia, quam vocant, naturali explicuit. (Largum tamen obseruationum spicilegium dedit ipse *Schneider.* in Analectis criticis in scriptores vett. gr. et latinos, fasc. I. Francof. ad Od. 1777. 8. nr. 3. p. 31.) Idem *Eutecnii* Paraphrasin Oppiani, vel potius *Dionysii* librorum de *Ancupio*, quam *Er. Vindingius* Hafniae ex cod. Holstenii apographo primus vulgauerat, 1702. 8. et cum noua tantum inscript. 1758. cum interpretatione Conr. Gesneri lat. recepit et animaduerss. adiecit. — *Oppiani* poëmata de venatione et piscatione cum interpretatione lat. (Turnebi) et scholiis: accessit *Eutechnii* (leg. Eutecnii) paraphrasis Ἰξευτικῶν et *Marcelli Sidetae* fragment. de piscibus: tom. I. *Cynegetica*, ad IV. msst. codd. fidem recensuit, et suis auxit animaduersionibus *J. Nic. Belin de Ballu*, Argentor. 1786. 4. et mai. 8. At enim haud in omnibus iudiciis probauit operam criticis censoribus. v. (Heeren) in *Biblioth. der alten Lit. u. Kunst*, part. 3. p. 73 sqq. Idem *Belin de Ballu* gallice vertit et animaduerss. instruxit Oppiani carmen de venatione, Argent. 1787. 8. — *germanice*, *S. H. Lieberkühn*, Lips. 1755. 8. — *italice* vtrumque carmen, et adnotatt. illustrauit *Ant. Maria Salvini*, Florent. 1728. 8. — in *anglicos* versus transtulit *Opp.* Cynegetic. *Jo. Mawer*, Lond. 1736. 8. et Halieutica *Diaper* ac *Jones*, Oxon. 1722. 8.

73. *Athenaeus*, Naucratita, Grammaticus et Sophista, quem *Saxius* in Onomast. I. p. 347. iure vocat Graecorum Varronem aut Plinium: scripsisse

*) Idem vir clarissimus Oppiani carmina nuper denuo recensuit e Codd., quae editio Lipsiae mox prelo subiicietur.

pſiſſe videtur poſt Oppiani mortem, circ. a. Chr. 210. — Eius Δειπνοσοφιστῶν ſiue *eruditorum conuiualium libr.* XV. continent theſaurum ſubtilioris atque interioris eruditionis, in quo multa capita ex antiquitate et hiſtoria pertractantur, multaque veterum poetarum loca ab interitu ſunt vindicata. At libri II. primores cum principio tertii haud integri ad nos peruenerunt; ſed ex epitome huius operis, a grammatico quodam CPolitano ante plura ſaecula confecta, a Muſuro ſunt reliquis libris praefixi. Lacunam inſignem ſub finem libri XV. in antiquioribus edd. occurrentem *Guil. Canterus* Nouarum lectionum libr. IX. e cod. Farneſiano primus ſuppleuit, additis Joſ. Scaligeri caſtigationibus. — Princeps editio, at multis vitiis inquinata, graece prodiit cura *Muſuri,* varios codd. et epitomen graecam conferentis, Venet. ap. Aldum et Andream ſocerum 1514. fol. — Tum *Jac. Bedrotus* et *Chriſtian. Herlinus,* multis locis ex editionibus veterum ſcriptorum, quorum ῥήσεις laudarat Athenaeus, correctis, et adnotationibus in loca quaedam ex ſcriptis Budaei, Eraſmi aliorumque collectis, paullo emendatiorem editionem curarunt Baſil. 1535. fol. — Nouam claſſem duxit Caſaubonus: *Deipnoſophiſtarum libri XV. cura et ſtudio Iſaaci Caſauboni,* biblioth. Palatinae, Vaticanae aliarumque ope auctiores, emendatiores editi, graece cum interpretatione latina et notis *Jac. Dalechampii* *). Adiecti ſunt *Iſaaci Caſauboni* animaduerſionum in Athenaeum libri XV. Heidelbergae ap. Hieron. Commelin. tom. I. 1597. tom. II. Lugduni 1600. fol. — Iidem ex vltima *Caſauboni* recognitione, gr. et lat. aliquanto curatius et

*) Ex accuratiore Dalechampii interpretatione cum breuibus ad oram notis Athenaeus latine recuſus eſt Lugd. 1583. fol.

commodius, Lugd. tom. I. 1612. — tom. II. 1621. fol. — et ibid. 1657—1664. II. tom. fol. in qua edit. acceſſit praeter paucas L. J. et Pauli Fermat obſeruatt. in quaedam Athenaei loca plenior ſcriptorum, ab Athenaeo laudatorum, index. — Ex poſtrema Lugdun. edit. at antea repurgata a mendis operarum, recudere coepit Athenaei opus *G. H. Schaefer,* ſed demum prodiit tomus I. in tres partes, quarum quaelibet duas quoque peculiares habet inſcriptiones, diuiſus, quarum prima continet textum graecum libri I. vsque ad librum V. pars II. *Villebrunii* interpretationem eorumdem librorum gallicam et notas *): pars III. *Iſaaci Caſauboni* animaduerſiones virorumque doctorum emendationes, adnotatt. vel editas vel ineditas in eosdem V. libros, Lipſ. 1796. 8. III. partt. — Nouiſſima eaque acuta recenſio et huc vsque optima eſt editio, quamquam critici in ea adhuc multa deſiderant: *Athenaei — libri XV.* Ex optimis codd. nunc primum collatis emendauit ac ſuppleuit, nouaque latina verſione et animaduerſſ. cum Iſ. Caſauboni aliorumque tum ſuis illuſtrauit commodisque indicibus inſtruxit *Joh. Schweighäuſer*, Argentor. 1801—1807. 8. XIV. voll. quorum I—V. textum gr. correctiorem cum lat. verſione; voll. VI—XIII. obſeruationes, et vol. XIV. tres indices continent. — *Hermeſianax,* qui vixit Philippi et Alexandri M. temporibus, ſcripſerat *elegiarum* libros tres, quos de amicae nomine Λεόντιον inſcripſit. Ex tertio *Leontii* libro partem ſeruauit *Athenaeus* lib. XIII. p. 597. quod fragmentum ediderunt atque illuſtrarunt Ruhnken, Weſton, et

*) *Villebrunii* verſio gallica cum obſeruatt. criticis, praecipue exegeticis, in quibus multa ex naturae hiſtoria illuſtrantur, inſcripta eſt: *Banquets des Savants par Athenée,* traduit tant ſur les textes imprimés, que ſur pluſieurs Mssts. tom. I—V. Pariſ. 1789. 4. Caſaubonum iuſto acrius tractat.

et Ilgen, vti ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. p. 873 ſq. iam pluribus expoſui: quibus addes, *Ilgen.* poſtea curatius egiſſe de Hermeſianacte, ipſum fragm. emendatius gr. edidiſſe et vberioribus atque doctioribus animaduerſionibus illuſtraſſe in ſuis Opuſculis variis philologicis, tom. I. Erford. 1797. mai. 8. p. 247—331. Plura Athenaei loca paſſim aut emendarunt aut explicuerunt haud pauci viri docti; iis, quos alibi iam laudaui, inprimis adnumerandus eſt *Frid. Jacobs*, qui edidit acute ſcripta *Additamenta animaduerſionum in Athenaei Deipnoſophiſtas, in quibus et multa Athenaei et plurima aliorum ſcriptorum loca tractantur*, Jenae 1809. 8.

Memorandi quoque ſunt *Vlpianus*, rhetor, cui commentarii in Demoſthenis orationes a nonnullis adtribuuntur, aliis negantibus, et *Doſitheus*, magiſter graecus, circ. a. Chr. 207.

73. *Alexander, Aphrodiſienſis* ex Aphrodiſiade, Cariae vrbe, ſic cognominatus, diſcipulus Ariſtoclis Meſſenii atque Hermini, philoſophorum peripateticorum, ideoque ipſe purus peripateticus; de deo tamen curaque dei prouida mitius ſenſit. Peripateticam vero philoſophiam iuſſu Septimii Seueri et Antonini Caracallae Athenis et Alexandriae docuit floruitque ſub finem ſaeculi II. et ineunte ſaec. III. poſt Chr. n. magna auctoritate et diſcipulorum, qui ab eo *Alexandrei* vocabantur, copia. Inſuper arti medicae operatus dicitur. — In varios praecipue Ariſtotelis libros eſt commentatus; vnde etiam ab iis, qui eum inprimis ſequuti ſunt, peculiari veluti nomine vocabatur *ἐξηγητὴς, explanator:* num vero quidam commentarii eum, an alium, habuerint auctorem, quaeſtio orta eſt, et vero dubitatum. Praeter ea ſcripſit *περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, de fato, deque eo, quod eſt in noſtra poteſtate,* ex mente Ariſtotelis; — *de mixtione et temperatione*

corpo-

corporum librum contra Stoicos; — *de anima* libros duo diuerſos eiusdem argumenti; — *phyſicorum ſcholiorum* per dubitationes et ſolutiones, ad varia Ariſtotelis loca, libr. IV. — Sed alium Alexandrum habere videntur auctorem libri duo *problematum medicorum et naturalium* et libellus *de febribus:* — atque commentarius, quem Conr. Gesner. tribuit Aphrodiſeo, ſiue ſcholia graeca in tres libros rhetorices Ariſtotelis, (quae initio mutila ſine auctoris nomine prodierunt gr. Pariſ. per Conrad. Neoburium 1538. min. fol.) longe iuniorem et chriſtianum auctorem agnoſcunt. Multa alia Alex. Aphrodiſei ſcripta vel interierunt, vel inedita aut arabice verſa adhuc ſuperſunt. Atque *Caſirus* in Bibl. arabico-hiſpan. vol. I. p. 243 ſq. ex arabica philoſ. bibl. recenſet Alexandri Aphrod. ſcripta horumque verſiones ſyriacas et arabicas, nec non interpretum nomina. — Libri duo *de anima,* et *de fato* vnus, gr. cum Themiſtii operibus, edente *Victore Trincavello,* Venet. in aedibus heredum Aldi Manutii, 1534. fol. — Idem Trincauellus ibid. 1536. fol. librum *de fato* ſubiecit libris quatuor quaeſtionum Alexandri Aphrod. gr. — Deinde liber *de fato* ſeparatim et emendatius editus eſt a *Jo. Caſelio*, Roſtoch. 1588. 4. — Liber *de fato:* cui acceſſit *Ammonii* Hermiae in libri Ariſtotelis de interpretatione ſectionem ſecundam commentarius cum latina vtriusque verſione, Lond. 1658. 8. Editor, (vt ait in praefatione,) ea, quae in Aldinis exemplaribus graecis truncata ſunt, aut quovis modo mutilata, partim ex Euſebii Εὐαγγελ. προπαρασκ. βιβλ. ϛ, partim ex coniectura reſtituit. — *de fato* liber, collatus et cum Euſebio et cum msto cod. latine, *Hug. Grotio* interprete, in *Hug. Grotii* Opp. theolog. tom. III. p. 409. Amſtelod. 1679. fol. et in eiusd. Philoſophorum ſententiis de fato, Pariſ. 1648. (al. 1645.) 4. Amſtel. 1648.

1648. 12. — Germanice versus a *J. G. Schulthesio* cum animaduerss. Tiguri 1782. 8. et in eiusd. *Bibl. der griech. Philosophen*, tom. IV. Tiguri 1782. 8. — *in priora analytica Aristotelis commentaria*, graece, Venet. ap. Ald. et Andr. Asulan. socerum, Venet. 1520. fol. et gr. Florent. 1521. 4. — *in Topica Aristotelis commentarii*, Venet. in aedibus Aldi, 1513. et 1526. fol. — *commentar. in Aristotelem de sophisticis elenchis*, gr. edente *Hercule Gyrlando*, Venet. in aedibus Aldi, 1520. fol. — *Commentarii in libros XII. metaphysicorum* latine tantum hactenus prodierunt ex versione *Jo. Genesii Sepuluedae*, (vsi quatuor codd.) Romae 1527. Paris. 1536. Venet. 1544. et 1561. fol. Praefatio, quae in illis codd. defuit, ab *Anton. Posseuino* ex alio cod. graece et lat. edita est in libro XII. Bibl. selectae, cap. 29. — *Simplicii* commentaria in tres libros Aristotelis de anima: *Alexandri Aphrod. comm. in librum de sensu et sensibili. Mich. Ephesii* annotatt. in librum de memoria et reminiscentia, — de gressu animalium. Venet. in aedibus Aldi, 1527. fol.

74. *Diogenes Laërtius*, siue a patre, siue a patria, Laërte, Ciliciae, Laërtius cognominatus. De eius aetate non conuenit inter viros doctos. *Jonsius* de scriptoribus histor. philos. cap. 12. §. 5—8. p. 65 sqq. ed. Dornii, de Diogene L., hunc adligat postremis Seueri imp. temporibus et deinceps, circ. a. Chr. 210. eiusque sententiam amplectuntur *Fabric.* et *Saxius* in Onomast. lit. I. p. 348. contra *Heumann* in Actis philos. vol. I. p. 321—367. copiose agens et iudicans de Diogene Laertio, eius philosophia, de eius opere, huiusque versione prima lat. et edit. Meibomii, aetatem Diog. refert ad medium saec. III. post a. 250. eiusque rationes probant *Brucker* in Hist. crit. philos. tom. II. p. 622. et *Hamberger* in *Zuverläss.*

läff. Nachricht. tom. II. p. 565 sqq. Alii aliter sentiunt. Confecit opus vtilissimum, quamquam non vsquequaque accuratum, in quo *de vita, placitis et acute dictis clarorum philosophorum* (περὶ βίων, δογμάτων, καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων,) libr. X. plura egregie disputauit de veteribus philosophis, nobisque innumera veterum scriptorum hodie deperditorum loca seruauit. At tamen haud negarunt VV. DD. eum plus studii adhibuisse in congerendo, quam iudicii vel in deligendo vel in digerendo, multasque fabulas repetiisse: nec eius scribendi genus omnino placet viris eruditis. — Primum *Diogenis* opus integrum latine, at liberius, ab *Ambrosio Camaldulensi* versum prodiit sine nota anni, typographi et loci, partim in fol. min. partim in 4. mai. — Illam edit. ac versionem postea recognouit et versus, a Philelpho latine factos, addidit *Benedict. Brognolus*, Venet. per *Nic. Jenson* Gallicum, 1475. fol. quae editio posthaec saepius est typis repetita; melius vero in edit. quam *Conr. Heresbachius* curauit, qui, collato cod. gr. Matthaei Aurigalli, quaedam correxit, praecipue epigrammata et versus quosdam, ab Ambrosio et Brognolo etiam omissos, latine vertit, itidemque graece adscripsit, Basileae ap. Valentin. Curionem 1524. 4. Ab eo tempore Diogenes aliquoties latine prodiit. Graece quidem particulae quaedam typis exscriptae fuerunt, vt Aristotelis, Theophrasti, Platonis atque Xenophontis vitae in editionibus illorum; at integrum opus: *Diogenis Laertii de vitis, decretis et responsis celebrium philosophorum libri X.* primum ex cod. Aurigalli graece excusum est Basil. cum praef. Hieron. Frobenii et Nicol. Episcopii, 1533. 4. — Postea *Henr. Stephanus* bis meruit de Diogenis opere: primum id edidit 1570. 8. graece, et contextum cum codd. diligenter contulit ac frequenter restituit,

atque

atque subiunxit calci voluminis Ambrosii versionem suasque castigationes, et Pythagoraeorum fragmm. ex Stobaeo gr. descripta: iterum correctius gr. et lat. cum *Hesychio Illustr.* de iisdem philosophis et aliis scriptoribus atque *Pythagoraeorum* philosophor. fragmm. et cum notis *Isaaci Casauboni* ad libr. Diogenis *) multo auctioribus et emendatioribus, 1593. 8. — Haec secunda Stephani edit. repetita est Coloniae Allobrogum siue Geneuae, apud Vignon etc. 1615. 8. — Longe emendatior et ad fidem vetustiorum codd. inprimis Farnesiani, castigata editio esse dicitur Romana 1594. fol. cum interpretatione lat. *Thomae Aldobrandini* eiusdemque adnotatt. quae vero vltra Leucippi vitam libro nono haud procedunt, auctore, priusquam opus absoluisset, fatis intercepto, atque diu post obitum Thom. Aldobrandini huius patruelis, Petrus Aldobrand. vir purpuratus editionem in lucem emisit. — Haec romana edit. basis fuit splendidae illius, quae gr. cum versione notisque Aldobrandini, cum notis Is. Casauboni et huius filii Merici **) et cum commentario doctiss. *Aegidii Menagii*, codd. tribus Parisinis et Florentino vsi, prodiit Londini, cura *Jo. Pearsonii*, 1664. fol. Hic rogauerat Menagium, vt mitteret notas suas, quas, vt Londini emendate ederentur, Menagius suo sumtu typis fecit separatim exscribi, atque exemplar misit ad Jo. Pearsonum, idemque vitam Aristotelis eo vsque ineditam suisque notis illustratam libr. V. segm. 35. inseruit. — Nouissima recensio atque plenissima et ex prioribus editt. ac Msstis in multis locis, interdum aliquanto audacius, emendata ed. facta est

*) Casauboni notae prius separatim prodierant sub nomine *Is. Hortiboni*, Morgiis 1583. 8.

**) *Meric.* suis animaduersionibus inseruit vitam Platonis, auctore Olympiodoro, cum versione et notis Jac. Vindeti.

eſt et textus in ſegmenta diſtinctus a *Marco Meibomio*, gr. et lat. cum ſubiunctis integris adnotatt. Iſ. Caſauboni, Th. Aldobrandini et Merici Caſauboni, item cum figuris XXIV. philoſophorum aeri inciſis: II. voll. Amſtel. 1692. 4. Alterum volumen ſeorſim continet Aeg. Menagii auctiores obſeruatt. vt et eiusdem ſyntagma de mulieribus philoſophis, et Joachimi Kuhnii ad Diogenem notas atque indices (Jo. Clerici) locupletiſſimos. — Huius editionis contextum gr. ac verſionem lat. typis fecit repeti, et librorum capitumque ordinem melius diſſecuit, indicesque adiecit locupletiores *Paul. Dan. Longolius*, Curiae Regnit. 1739. 8. II. tom. — Longoliana editio, iconibus philoſophorum omiſſis, gr. ac lat. typis nitidioribus repetita eſt Lipſiae impenſis J. Paul. Krauſii, bibliopolae Viennenſis, 1759. 8. — Decimum librum de Epicuro ita ſeparatim edidit et adnotatt. illuſtrauit *Car. Nürnberger*, Norimbergae 1791. 8. vt primum ex edit. Meibom. integrum librum X. gr. et lat. recudendum curaret, adiecta in calce ex II. codd. Venet. Marc. lectionis varietate; dein a pag. 93. Epicuri Epiſtolam ad Herodotum, in capita diſtinctam, ex ſua recenſione cum variis lectt. ex iisdem codd. Marc. ductis et cum notis etc. ſeorſim poneret. — In eumdem librum X. exſtant *Petri Gaſſendi animaduerſiones*, Pariſ. 1646. Lugd. 1649. fol. et 1675. atque ibid. inter Gaſſendi Opp. 1658. fol. — Adhuc memoro antiquiſſimam et rariſſimam editionem *Diogenis Epiſtolarum* a *Franciſco Aretino* latine verſarum. Incipit ſtatim eius praefatio ad Pium ſecundum, pontificem maximum: tum *Diogenis Laertii* ſequuntur epiſtolae; et has excipit verſio lat. Luciani de Calumnia, ab eodem *Aretino* facta, praemiſſis duabus illius breuibus epiſtolis ad Franc. Pellatum, Ict. Patauinum, et ad principem Joannem, Comitem Vicorniae. In fine

ſine legitur: „hoc opus exiguum diligens ſculpſit Fridericus Nurmberge Creuſsner arte ſabrili ſua." in 4. ſine anni nota. — Diogenis opus in linguam *germanicam* translatum eſt ab anonymo, Lipſ. 1806. mai. 8. et a *D. E. Aug. Borheck*, Viennae et Prag. 1807. 8. II. tom. Tertius tomus ſequetur, ſaltem promiſſus eſt. — in linguam *gallicam* a *Gilles Boileau*, (fratre poetae,) Pariſ. 1668. et ab anonymo, Amſtelod. 1758. III. partt. etc. — Hic adhuc laudabo *Ignatii Roſſii Commentationes Laertianas*, Romae 1788. mai. 8. Ille vero in praefat. p. XXVI ſqq. de Meibomio eiusque editione grauiter iudicat.

75. *Agathemer*, Geographus, a viris doctis plerumque Septimii Seueri temporibus adligatur, ſub initium ſaec. III. Scripſit libros II. *compendiariarum Geographiae expoſitionum*, *ὑποτυπώσεων τῆς Γεωγραφίας ἐν ἐπιτομῇ*, lectu haud indignos, et nonnulla, alibi haud obuia, continentes. Illos primus edidit cum verſione lat. et notis *Sam. Tennulius*, Amſtel. 1671. 8. tum aliquanto emendatiores notisque auctos *Jac. Gronov.* poſt Scylacem in Geographicis antiquis, gr. et lat. Lugd. B. 1697. et 1700. 4. denique *Hudſon*, gr. et lat. cum ſelectis notis Tennulii, Gronouii ſuisque paucis, praemiſſa *Henr. Dodwelli* diſſ. de Agathemero, (quae eſt quinta diſſ. de Geographis, quos vol. continet,) inter Geographiae veteris ſcriptores graecos minores, vol. II. Oxon. 1703. 8.

76. *Claudius Aelianus*, Praeneſte Italus, Sophiſta et Hiſtoricus, floruit circ. a. Ch. 225. ſub Seuero Alexandro, imperatore, et diſtinguendus eſt a *Claudio Aeliano Tactico*, ad an. Ch. 130. (de quo vide ſupra, §. 40. h. ſect.) Alii tamen et de aetate dubitant, et negant, eum diuerſum eſſe ab Aeliano Tactico. Audiuit Pauſaniam rhetorem, et, licet vix vmquam fines Italiae, patriae ſuae,

suae, egressus esset, Graecorum tamen et graecae eloquentiae fuit amantissimus ac peritissimus, atque, quum animum ad scribendum adpulisset, dicendi genere vsus est facili et perspicuo, habuitque orationis elegantiam ex veterum, praecipue Dionis Chrysostomi et Herodis Attici, imitatione ductam. Reliquit vero *Variae historiae libr. XIV.* in quibus sua ex aliis scriptoribus mutua sumsit, nec pauca ex Athenaeo ad verbum descripsisse a quibusdam incusatur; et *Historiae animalium, siue de animalium sollertia ac proprietatibus libr. XVII.* in quibus plurima ex Aristotele aliisque excerpsit; quaedam tamen noua a se obseruata esse profitetur. Aelianus quidem in vtroque opere fuit compilator haud sagax et acutus; at tamen multa collegit, quae lectorem delectarent non magis quam iuuarent. *) Ad eum quoque referuntur

---

*) At lis orta est, num duo illa opera vni eidemque Aeliano sint adscribenda, an libri *variar. histor.* alium Aelianum, alium vero et plane diuersum libri *historiae animalium* habuerint architectum: de qua controuersia plura alibi adnotaui. Quibus addere placet iudicia *Valckenarii* atque *Wyttenbachii*, quorum prior in Adnotatt. in Epistolas ficti Phalaridis et in obseruata Lennepii, (praemissis huius editioni Phalaridis epistolar.) p. XVIII sq. „Sunt, ait, in his epistolis (Phalaridis) permulta, quae mihi persuaserunt, earum scriptorem linguam graecam non a matre, sed e libris veterum didicisse: quod de *Variae historiae scriptore Aeliano* constat, a quo, me quidem iudice, duo multum diuersi sunt, qui scripsere *de Natura animalium*, et libellum mirificum περὶ Προνοίας, ex quo multo plura Suidas in suam farraginem transscripsit, quam plerique viderunt.“ Posterior vero in Bibliotheca critica, vol. III. part. IV. Amstel. 1808. 8. pag. 16. (in curis posterioribus, et quidem in vol. I. vbi p. 66. Valcken. iudicium adtulerat,) „Ergo, inquit, Valckenar. tres diuersos scriptores esse censuit operum, *Variae historiae*, *de natura animalium*, et perditi *de Prouidentia*: quam sententiam et ipse diligentius perpendens repudiaturus erat, nec ego probare possum, qui in tribus illis operibus semper eamdem et orationem et rationem, eumdemque auctorem agnoscere

runtur *Epistolae viginti* ex *Aeliani epistolis rusticis*, nominibus agricolarum Atheniensium scriptis. — *Varias historias* primus gr. edidit *Camillus Peruscus*, addiditque ex *Heraclide* de rebus publicis commentarium; *Polemonis* et *Adamantii* physionomias; *Melampodis* ex palpitationibus diuinationem; et *de Neuis*, Romae 1545. 4. — latine eas vertit *Justus Vulteius*, Basil. ap. Oporin. 1548. 4. et Lugduni 1567. 12. ap. Jo. Tornaes. — Opera, quae exstant, omnia, gr. et lat. cura et opera *Conradi Gesneri*, Tiguri, apud Gesneros fratres, 1556. fol. In hac editione Gesner. libros *de natura animalium* primus e codd. cum sua et Petri Gillii versione, libros *variarum historiarum* cum Vulteii versione, et *Tactica*, quae nostro quoque Aeliano adtribuit, cum versione Franc. Robortelli et Theod. Gazae, *epistolas* *) denique cum versione Sebast. Guldenbeckii iunctim edidit, atque tam in ora quam in calce nonnullas varias lectt. coniecturas atque adnotationes posuit. — *Variae historiae* saepius exercuerunt ingenium manusque virorum doctorum: sed potiorum et recentiorum editionum commemoratio h. l. sufficiat. *Jo. Schefferus* ter promeritus est de Aeliani varr. historiis. Primum edidit illas ex sua recensione, cum Vulteii versione suisque notis et indice, Argentorati 1647. 8. et secundis curis ibid. 1662. 8. quam alteram Schefferi editionem, omissis eius notis, adpositis autem paucis suis emendationibus et coniecturis, recudi

---

scere mihi visus sum; et ante aliquot annos magis etiam hanc sententiam mihi confirmauit lectio illorum operum repetita, notatioque nouarum animaduersionum, quas cum veteribus nostris vna in Diatribe aliquando edere constituimus."

*) Editas gr. in collectione epistol. graecarum Aldina, Venet. 1499. 4. et gr. ac lat. (sed omisso Aeliani nomine,) in collect. epistolar. graec. Jac. Cuiacii, Geneuae 1606. fol. p. 417.

recudi curauit, ſed plauſum Perizonii non tulit *Tan. Faber*, Salmurii 1668. 8. Tertium Schefferus nouis curis illuſtrauit et recenſuit Hiſtorias notasque locupletauit: illo autem Vpſaliae 1679. mortuo, editionem curauit *Joach. Kühnius*, qui notis Schefferianis ſuas et Georg. Matthiae Koenigii adiecit, orationem graecam et Vulteii interpretationem paſſim caſtigauit, Aeliani fragmenta collegit atque indicem adiecit locupletiorem, Argentor. 1685. 8. quae editio, at erratis typograph. ſcatens, recuſa eſt et melior facta curante *Jo. Henr. Lederlino*, Argentor. 1713. 8. — Illorum ſtudium ſuperauit aut vincere conatus eſt, (neque enim omnium votis et deſiderio ſatisfacere potuit,) *Jac. Perizonius*, qui contextum graecum ad varios codd. et primas editt. recognouit, et multo correctiorem exhibuit, Vulteii interpretationem emendauit, et commentarium luculentum vberrimumque, eruditionis antiquariae, grammaticae et criticae pleniſſimum, vtilesque indices addidit, Lugd. Bat. 1701. mai. 8. — Hanc recudi fecit, paucis vero locis meliorem, e codd. ductam, lectionem induxit, et pleniſſimam editionem cum notis integris Conr. Gesneri, (auctioribus,) Jo. Schefferi, Tanaquilli Fabri, Joach. Kuhnii, Jac. Perizonii et interpretatione lat. Juſti Vulteii emendata parauit *Abrah. Gronouius*, qui paucas adleuit vel proprias obſeruationes, vel patris ſui et aliorum auique coniecturas atque emendationes, Lugd. Bat. Amſtel. etc. 1731. 4. — Scholarum vſibus adcommodata eſt editio, quam ſine notis, at indice vocc. copioſiſſimo et diſcipulis vtiliſſimo inſtructam curauit M. *Chriſtoph. Kretzſchmar*, et inſcripſit: *Aeliani Operum tomus I. variam Hiſtoriam continens*, Dresdae et Lipſ. 1746. 8. Alter autem tomus promiſſus, qui libros de natura animalium complecteretur, lucem non vidit. — graece, cum verſione lat. ſeorſim edita, Hal. Sax. 1772.

1772. 12. — gr. ex rec. Abr. Gronouii, et lat. Baſil. 1774. 8. — Cum integro commentario Jac. Perizonii aliorumque virorum doctorum notis, Gronouiana nondum comprehenſis editione. Curauit editionem indicemque Graecitatis adiecit *Car. Gottl. Kuehn.* tom. I. II. Lipſ. 1780. mai. 8. — graece, ex recenſ. Kühnii et Lederlini, comparata tamen ed. Gronouiana, ex qua lectiones, a Gronouio receptae, in margine ſunt notatae, Halae Sax. 1793. 8. — graece, adnotationibus Jac. Perizonii inprimis et aliorum ſelectis inſtructa: curauit edit. notas ſuas indicesque adiecit *Gottlieb Beniam. Lehnert,* Lipſ. 1794. 8. II. partt. — *Aeliani* V. H. Heraclidem Ponticum et Nic. Damaſcenum, inſcr. Πρόδρομος ἑλληνικῆς βιβλιοθήκης, περιέχων Κλαυδίου Αἰλιανοῦ τὴν ποικίλην ἱςορίαν, Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ, Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ τὰ σωζόμενα· οἷς προσετέθησαν καὶ βραχεῖαι σημειώσεις καὶ ςοχασμοὶ αὐτοσχέδιοι. περὶ τῆς ἑλληνικῆς παιδείας καὶ γλώσσης etc. in vſum Graecorum graece edidit *Coray,* Pariſ. 1805. 8. Textus eſt noua recenſio: conf. *Allgem. L. Z.* 1806. nr. 210. et 211. — Commodam Ael. Chreſtomathiam: *Griechiſches Leſebuch, enthaltend die intereſſanteſten Erzählungen aus Aelians XIV. Büchern der vermiſchten Geſchichte, mit grammatiſchen und andern Anmerkungen* etc. confecit, et lectt. codd. aut coniecturas VV. DD. interdum in textum recepit M. *Guil. Lange,* Halis Sax. 1797. 8. — Nouiſſima editio caſtigata eſt: *Cl. Aeliani Sophiſtae variae hiſtoriae libri XIV.* ad optimarum edition. inprimis Gronouianae et Corayanae fidem edidit indiceque graeco - germanico inſtruxit *G. H. Lünemann,* Gottingae 1811. (ſed iam 1810. e prelo emiſſa,) 8. graece. — Librorum *de natura animalium* editio pleniſſima eſt gr. et lat. cum animaduerſionibus Conr. Gesneri et Dan. Wil-

Wilhelmi Trilleri *), curante *Abrah. Gronov.* qui et suas adnotatt. adiecit, Londini 1744. 4. II. tom. — rec. est Basil. 1750. 4. et ab alio bibliopola Heilbronnensi nouum tantum tituli folium est additum, praefixa loci nota, Heilbronnae 1765. et Tubingae 1768. — Recentissima, eaque critica et praestans est: *Ael. de natura animalium libr. XVII.* gr. et lat. cum priorum interpretum et suis animaduersionibus edidit *Jo. Gottlob Schneider*, Lips. 1784. 8. Idem V. D. dedit Auctarium emendationum, atque adnotatt. ad illos Aeliani libros in tom. II. commentarii ad Reliqua librorum Friderici II. imper. de arte venandi cum auibus et Alberti M. Lips. 1789. 4. — Varias histor. *germanice* vertit et obseruatt. a Perizonio potissimum mutuo sumtas adiecit *J. H. F. Meinecke*, Quedlinb. 1775. 8. et mutato tituli folio, 1787. 8. In linguam *gallicam* illas transtulerunt et obseruatt. addiderunt *Dacier*, Paris. 1772. 12. et *Formey*, Berol. 1764. 8.

77. *Dio Cassius*, qui et *Cocceius* vel *Cocceianus* cognominatur, Nicaeae in Bithynia natus circ. a. V. 908. a. Chr. 155. genere nobili ortus. Cum patre Aproniano, qui Romam delatus in senatumque romanum lectus, Dalmatiae et Ciliciae praefuit, in his terris versatus est. Postea in Italiam venit, Romae in foro caussas egit, variosque gessit honores, et a. C. 229. secundum consul est creatus, sed propter iram atque importunitatem Praetorianorum, ne ab his interficeretur, extra vrbem in Italia moratus est iussu Alexandri imperatoris. Tum tempore consulatus exacto, Romam reuertit; hinc in Campaniam veniens cum imperatore secure vixit; denique excusatione

*) Idem Trillerus in Obseruationum criticar. — libris IV. Francof. ad Moen. 1742. 8. passim multa loca vtriusque historiae tam variae quam de animalibus emendauit.

sſatione morbi pedum impetrauit ab imperatore, vt ſibi Nicaeam redire liceret ibique reliquum vitae tempus per quietem transigere: atque Nicaeae hiſtoriam vitamque clauſit. *) — Praeter alia, quae perierunt aut falſo ei adtributa fuerunt, ſcripſit libros *LXXX. romanae hiſtoriae*, ab Aeneae in Italiam aduentu vsque ad conſulatum ſuum ſecundum: in qua, fontes optimos ſectatus, tempora diligenter adnotauit, res ipſas cum iudicio et ad vſum fructumque digeſſit: vniuerſim eius lectio ad intelligentiam antiquitatis, iuris publici et imperii romani interiorem haud parum prodeſt. In eo tamen alii, inprimis (Schirach) in *Hiſtoriſchen Zweifeln und Beobachtungen*, part. I. Halae 1768. 8. ab epiſtola IV. vsque ad vndecimam, partim vere, partim ſpecioſe atque iniquius reprehendunt multa, iisque videtur partium ſtudioſus, quorumdam imperatorum ſordidus adulator, quorumdam acerbior vituperator, iniquus in Ciceronem aliosque viros egregios, homo ſuperſtitioſus etc. Enimuero de iactura plerorumque eius, qui interciderunt, librorum admodum conquerendum eſt. Perierunt enim libri primores XXXV. praeter fragmenta quaedam, quae *Fulvius Vrſinus* inter Excerpta de Legationibus, Antwerp. 1582. 4. gr. cum notis, et alia *Henr. Valeſius* in Excerptis Peireſcianis, gr. cum verſione lat. et notis, Pariſ. 1634. 4. publicarunt. Fragmentum quoddam pars libri XXXV. habetur; ſed iure ad librum XXXVI. refertur. A libro XXXVI. vsque ad librum LIIII. Caſſius integer exſtat,

*) Praeter alios conf. *Reimarum* ad edition. ſuae vol. II. p. 1535 ſqq. qui vberius et diligentius perſequutus eſt vitam ſcriptaque Caſſii Dionis, et de eius ſtilo, et de vitiis naeuisque hiſtoriae ſobrie iudicauit, atque Dionem in nonnullis defendendum et excuſandum eſſe docuit.

exſtat, praeter lacunas quasdam, quas ad libri L. Dionis initium pertinentes plerasque ex cod. membanaceo Florentino, paucas ex altero cod. chartaceo expleuit *Jac. Gronouius* cum eiusd. Supplementis lacunar. in Aenea Tactico etc. Lugd. Bat. 1675. 8. — Liber LV. magnam quoque habet lacunam. Reliqui vsque ad LX. ſunt a quodam in epitomen redacti. Librorum a Pompeio M. ad Alexandrum Mamaeae epitomen fecit *Jo. Xiphilinus*, qui ſaeculo XI. vixit. — *Nicol. Carminius Falconius* magno hiatu multa noua promiſit, at ipſe deceptus nota et vel ab Vrſino, vel apud Xiphilinum aut in Excerptis Peireſcianis, vel in eclogis legationum diu vulgata edidit, vtiliter tamen adhibito cod. Vaticano. — *Caſſii Dionis romanae hiſtoriae vltimi libri tres, reperti reſtitutique ſtudio ac labore N. C. Falconii.* — Romae 1724. 4. cum adnotatt. — Poſthaec prodiit *Caſſii Dionis Cocceiani romanae hiſtoriae tomus primus,* (plures lucem non adſpexerunt,) *continens priores libros XXI. ab V. C. vsque ad a. V. C. DCX. poſt euerſam Carthaginem et Corinthum, nunc primum detectos, reſtitutos concinnatosque, et noua fere verſione et perpetuis ſuis variorumque notis auctos ſtudio et labore N. C. Falconii.* — Neapoli 1747. fol. Enimuero, quae pro Dione venditantur, ea ex Plutarcho, (cuius quidem libros integros a Dione exſcriptos fuiſſe, Falcon. in prolegomenis, doctis quidem, temere contendit,) ex Zonarae et Jo. Tzetzae fragmentis turpiter conſuta eſſe, iam euicerunt viri docti. — Graece, ex codice quidem vnico eoque mendoſo, *Dionis libri XXIII. a XXXVI. ad LVIII. vsque,* Lutetiae, ex offic. *Roberti Stephani,* 1548. fol. cum caſtigationibus ipſius et Henr. Stephani, filii. In nitida hac editione non deſunt liber LIX. et LX. ſed tantummodo ex libris LVII. et LVIII. vnus factus eſt, quinquageſimus ſeptimus, et ex

LVIIII.

LVIIII. et LX. itidem vnus, quinquagesimus octavus. In linguam latinam translati sunt Dionis libri XXV. a XXXVI. ad LXI. a *Guil. Xylandro*, cum eius notis, Basil. ap. Jo. Oporin. (1558.) fol. et Lugd. 1559. 8. — E versione Xylandri, a *Jo. Leunclauio* emendata et aucta: *Dionis* libri XLVI. partim integri, partim mutili, excerpti, fragmenta priorum XXXIV. amissorum, et posteriorum XX. librorum, cum notis *Leunclauii*, Francof. ap. Andr. Wecheli heredes, 1592. 8. — *Henr. Stephanus* editionem patris, Roberti, multis vero locis mutatis et emendatis, recudi fecit, cum Guil. Xylandri interpretatione, (Geneuae,) 1592. (al. 1591.) fol. — Hanc editionem presse sequitur *Wecheliana* cum notis criticis *Jo. Leunclauii* (iam a. 1593. mortui,) accedunt R. Stephani, G. Xylandri, Fr. Sylburgii, H. Stephani, F. Vrsini notae in Xiphilinum et fragmenta, Hanouiae typis Wechelianis 1606. fol. — Noua recensio et editio optima plenissimaque parata est a *Reimaro*, et inscripta: *Cassii Dionis Cocceiani historiae romanae quae supersunt, vol. I.* quod complectitur fragmenta librorum cum adnotationibus maxime Henr. Valesii; libros XXXVI—LIV. integros, cum adnotatt. *J. A. Fabricii* ac paucis aliorum. Graeca ex codd. msstis et fragmentis suppleuit, emendauit, latinam versionem Xylandro-Leunclauianam limauit; varias lectt. notas doctorum et suas cum adparatu et indicibus adiecit *Herm. Sam. Reimarus.* Hamburgi 1750. fol. — vol. II. quod complectitur libr. *Dionis* LV—LX. passim mutilos et breuiatos, cum adnotatt. *J. A. Fabricii* et nonnullis aliorum: libros item *Dionis* LXI—LXXX. ex compendio *Jo. Xiphilini.* Cum adnotatt. *H. S. Reimari*, qui vbiuis fragmenta reperta suis locis inseruit, varias lectt. et adnotatt. subiecit, versionem castigauit; adparatum adnotatt. et emendatt. cum indice gr. et lat. adiunxit.

 Ibid.

Ibid. 1752. *) — Cel. *Jac. Morellius* poſtea edidit *Dionis Caſſii hiſtoriarum roman. fragmenta* (libr. LV. et LVI.) *cum notis earundem lectionibus,* (doctasque adiecit adnotatt. et verſionem fragmentorum repertorum latinam,) Baſſani 1798. min. 8. rec. formaque maiore, ad Reimarianam edit. accommodata, Pariſ. 1800. fol. typis J. J. Delance. Conf. eumdem doct. Morellium in Biblioth. Msta gr. et lat. tom. I. p. 259 ſqq. — *Germanice* verterunt Dionis libros *Abrah. Jac. Penzel,* cum permultis adnotatt. tomi II. prima ſect. Lipſ. 1786. mai. 8. — tom. II. ſect. II. ibid. 1799. — atque *Jo. Auguſtin. Wagner,* cum notis, Francof. ad M. 1784—1796. V. voll. 8. — *italice Viuianus,* Romae 1790—1792. IV. tom. (vt antiquiores praetermittam verſiones italicas.) — In Magaſin encyclop. de M. Millin tom. IV. 7. an. nr. 13. p. 7 ſqq. eſt particula, n. libri XXXVIII. 18—29. Entretien de Philiſius et de Ciceron, gallice verſa cum doctis *St. Croix* obſeruatt. — *Xiphilini Epitome* primum prodiit Lutet. cura *Rob. Stephani,* 1551. 4. tum gr. et lat. ap. H. Stephan. Pariſ. 1552. 4. et 1592. fol. — in hiſtoriae auguſtae ſcriptoribus, gr. et lat. ap. eumdem, 1568. (al. 1564.) 8. IV. voll. — in romanae hiſtoriae ſcriptoribus gr. minoribus, opera *Frid. Sylburgii,* (qui cod. mst. Palatin. variasque doctorum obſeruatt. contulit, et ſuas Xylandrique notas addidit,) tom. III. Francof. ap. Wecheli hered. 1590. fol. Reimarus eam inſeruit edit. Dionis ſuae vol. II.

78. *Apſi-*

---

*) In vol. II. inter alias VV. DD. animaduerſiones, quas Reimar. vel collegit ex aliis libris, vel accepit a viris doctis, p. 1501 ſqq. occurrunt *J. Jac. Reiskii* animaduerſſ. in Dionem Caſſium, quas Reiskius poſtea retractauit, tertiis curis percenſuit et Dionem cum fragmm. et Xiphilinum, notasque ſcripſit vberiores in vol. I. Animaduerſſ. ad gr. auctores, Lipſ. 1757. 8.

78. *Apsines*, Gadarenus Phoenix, Rhetor, a. 236. clarus: scripsit *artem rhetoricam* et *περὶ τῶν ἐσχηματισμένων προβλημάτων*, qui libelli exstant in Rhetoribus graecis, Venet. ap. Aldum 1508. fol. p. 682. et 727. Inter Longini fragmm. occurrit quoddam; id vero ex *Apsinis* arte rhetorica esse seruatum, et huic tribuendum, ostendit *Weiske* in praefat. ad edit. Longini de sublimitate, pag. XIX sqq. et p. 192 sqq. vbi nr. VIII. id gr. ac lat. est typis repetitum, et Apsini adscriptum.

79. *Herodianus*, historicus insignis, nec vero optimis adcensendus, et diuersus ab *Herodiano*, Dyscoli filio, grammatico. Romae, si non natus, certe aliquam vitae partem transegit. De anno autem, quo is natus, quo mortuus sit, aeque ac de eius genere, aut patria, aut muneribus, (in principum quidem reique publicae ministeriis se versatum esse, ipse testatur libr. I. cap. 2. fin.) aliisque rebus nihil proditum est. Floruit certe circa a. C. 238. atque cel. *Frid. Aug. Wolf* *) colligit, eum circ. a. V. 923. a. C. 170. natum, et a. V. 993. a. C. 240. vita defunctum esse. Res ab imperatoribus romanis gestas ab obitu M. Aurelii Augusti vsque ad initia principatus Gordiani III. Aug. i. e. ab ineunte a. Ch. 180. vsque ad medium a. 238. libris VIII. ita exposuit, vt dictione vteretur facili, tersa, perspicua iucundaque, et in concionibus immixtis graui nec raro diserta oratione. Fides eius ac studium veri vt plurimum magni aestimatur: in eo tamen iudicium, diligentiorem temporum notationem, et quod multa scitu digna, homines quosdam insigniores et res in pace gestas omisit aut leuius notauit, alia-

*) Pag. XXXIII. narrationis de Herodiano, praemissae editioni, ab illo curatae: in qua etiam de Herodiani ingenio scribendique genere et de editionibus curate disputat.

aliaque in eo desiderant quidam critici. — Editionum, quae multae sunt, quinque classes numerari possunt; prima orditur ab Aldo, secunda a Stephano, tertia a Sylburgio, quarta ab editore Ingolstadiensi, quinta a Frid. Aug. Wolfio. Herodiani tamen historiam, antequam graece edita esset, *Politianus* e gr. cod. latine, atque eleganter quidem venusteque, at iusto liberius, vertit: cuius versio primum lucem adspexit Romae 1493. fol. et postea saepius tam separatim, quam inter cetera Politiani opera, et cum textu graeco est typis repetita. — Princeps *graeca* editio certa, sed multis operarum vitiis inquinata, est *Aldina* cum Xenophontis omissis, Georgii Gemisti s. Plethonis ἑλληνικοῖς et scholiis ad Thucydidem, Venetiis ap. Aldum 1503. fol. — Repetita est, nouis vitiis aucta, et in altero tomo addita Politiani versio lat. Venet. in aedibus Aldi 1524. 8. — Textus graecus ex maiore Aldina edit. repetitus est Louan. ap. Theodor. Mort. 1525. min. 4. Quibusdam exemplaribus adhaerere videtur, seorsim posita, Politiani versio. — Ex Aldina recensione Herodiani, nonnullis mendis sublatis, aliis autem denuo illatis, Basileae quinque editiones, parum inter se dissimiles, emissae sunt, ap. Jo. Walderum 1530. 8. graece. — cum versione Politiani ap. Henr. Petri 1535. 1543. — per Jo. Houberum, (quae ex codice msto integrior et castigatior exiisse dicitur,) 1549. 8. et 1563. 4. (al. 8.) — *Herod.* cum Xiphilino receptus est in *Rob. Stephani* collectionem historiae rom. scriptorum, Paris. 1544. 8. IV. voll. et aliquanto correctior in altero volumine collectionis eorumdem h. r. scriptorum paullo plenioris ab *H. Stephano* editae, 1568. 8. IV. voll. — Secunda classis incipit, et Herod. nouam lucem accepit a cura et acumine *H. Stephani*, qui ex collatis prioribus editt. et vetere suo libro certas correctiones

in

in contextum recepit, lacunas aliquot expleuit, versionem Politiani emendauit, multorum locorum emendationes et quorumdam expositiones in interiore margine adscripsit et II. priores libros *Zosimi* e cod. Leunclauii huiusque versione subiecit, Paris. 1581. min. 4. — Stephani editio, sed valde vitiose, repetita est Lugduni, 1611. et 1624. 8. — Tum *Frid. Sylburgius* contulit quidem edd. superiores; sed ex his aliisque, quibus instructus erat, copiis pauca mutauit, et raro deseruit lectiones Stephan. textui, emendate expresso, supposuit Stephani notas et Politiani castigationes; extremo denique volumini adiecit paucas adnotationes, et suis ac Stephanianis inseruit A. Schotti, et Memmii duorumque aliorum Professorum Parisiensium animaduersiones. — Stephani emendationes plerasque tam veras, quam falsas dubiasue in contextum admisit, neque vero adnotationem subiunxit vir quidam doctus in edit. Ingolstad. 1593. et 1608. 8. gr. ac lat. — Ex aliqua Basileensium editione textum graec. misere exscripsit cum Politiani versione, monitaque adiecit et exempla ethico - politica ex Herod. excerpta *Dan. Pareus*, Francof. ad M. 1630. 8. — rec. ita tamen, vt aliquot operarum vitia ex collatione Stephan. ed. tollerentur, Londini 1639. 8. — Haud incommoda quidem est editio, capitibus distincta, ad Stephani exemplum cum Politiani versione, cura *J. H. Boecleri*, qui notas adiecit cum criticas, ex Stephano aliisque potissimum excerptas, tum inprimis historicas, at multas quoque politicas inanes, Argentorati 1644. 8. — recus. sed vitiis typogr. oppleta, cum indice iusto copiosore *Balthas. Scheidii*, ibid. 1662. 1672. 1694. 8. — libri VIII. gr. et lat. cum Dan. Parei monitis et exemplis ethico-politicis, Londini 1639. 8. — Ex hac edit. forsan fluxerunt, perpaucis emendationibus marginis Stephanei illatis, Oxonienses

nienſes 1678. 1699. 1704. 1708. 8. item Edinburgenſis, curante *Jo. Patono*, gr. et lat. 1724. 8. — Ex Oxon. edit. 1704. cum eiusd. mendis et omiſſionibus, repetita eſt Baſileenſis, ap. Jo. Schweighäuſer, 1781. 8. — Perquam emendate, ad exemplum Stephan. curata eſt edit. Halae Sax. 1759. 12. — Incredibili ſtudio atque mira induſtria parata eſt editio: *Herodiani hiſtoriar. libri octo; e recenſione Henr. Stephani cum varietate lectionis trium codd. Mss.* (Vindobon. Bavarici et Veneti,) *noua Bergleri verſione, notis variorum* (in his quoque *Leisneri* *) et *Reiskii,) et indicibus verborum ac rerum, curante Theophilo Guil. Irmiſch,* (qui ſuas notas cum criticas, tum maxime grammaticas, doctas quidem, at modum excedentes, nec raro minutas moleſtasque, atque excurſus largius vel textui, qui in notis natare videtur, ſubiecit, vel tomis adiunxit,) Lipſ. 1789—1805. 8. Vol. I—V. quorum voll. IV. et V. poſt Irmiſchii mortem prelo exierunt. In vſum ſcholarum commoda et partim critica eſt editio graeca *Feldhahnii*, cum notis germanicis et indice graeco-germanico, Lipſ. 1791. 8. — Noua plane recenſio, et critica emendataque eſt editio gr. quam curauit *Frid. Aug. Wolfius*: textui ſubiecta eſt argumentorum et annorum notatio, et praemiſſa notitia litteraria, Halis 1792. 8. — Herodianum ſuperiore ſaeculo *germanice* verterunt *Zopf*, cum praefatione *Menantis*, (h. e. *Chriſt. Frid. Hunold,*) Halae Sax. 1719. 8. — *Ge. Aug. Dethardiug*, Hafniae et Lipſ. 1742. 8. et *Jo. Gottl. Cunradi*, Francof. ad M. 1784. 8. — *Gallice,*

---

*) Hic paraturus erat nouam edit. cum Bergleri interpretatione, et ſcripſerat proluſ. ſcholaſt. de Herodiano Herodianique verſione Bergleriana, Lipſ. 1761. 4. quam Irmiſch. qui, illo 1767. fatis intercepto, multo poſt ſuſcepit laborem, tom. I. edit. ſuae p. XXXI ſqq. inſeruit.

lice, Nic. Hubert de Mongault, Pariſ. 1700. 1712. et 1745. 8. — *Danice*, Bar. *Ludov. Holberg*, 1753. 8. etc.

Inſeratur *Ammonius*, Alexandrinus, cognomine *Saccas*, chriſtianus, recentiorum Platonicorum auctor, circ. a. Chr. 220. praeceptor Plotini, Origenis vtriusque, Herennii, Longini et aliorum. Male confunditur cum *Ammonio Peripatetico*; et plures fuerunt *Ammonii*. Conſ. *Fabricii* B. Gr. vol. III. p. 161. et p. 460 ſq. *Saxii* Onomaſt. I. p. 352. et quae ſcripſi in Introduct. II. part. I. p. 271 ſq. vbi quoque et ad *Fabr.* B. Gr. III. p. 180 ſq. de *Origene*, deorum cultore, et ab *Origene Adamantio*, chriſtiano, diuerſo, quaedam adnotaui.

80. *Plotinus*, natus Lycopoli in Aegypto a. Ch. 205. Ammonium Saccam Alexandriae per XI. annos audiuit. Tum cum Gordiano imper. in Perſiam profectus eſt, et, illo interemto, Antiochiam non ſine vitae periculo euaſit, atque inde venit Romam, vbi et docendo et ſcribendo magnam nominis famam conſequutus eſt. In nonnullis fuit Platonicus, in nonnullis vero eclecticus; praecipue Platonicam philoſophiam cum Pythagorica coniunxit; ſed vanus erat homo, vt in omni vita, ita etiam in diſciplina doctrinaque. Quod autem, vnice philoſophiae ſtudio vacans, valetudinis curam plane neglexit, mortem ſibi contraxit miſerabilem et maturauit, et, in Campaniam deductus, a. Chr. 270. aetatis 66. obiit. Inter diſcipulos adſeclasque, quos multos habuit, vtpote quum ſua aetate ſummus habitus eſſet philoſophus, (neque defuit illi ingenii ſagacitas et acumen iudicii; ſed multas captioſas, nimis abſtruſas, aniles perplexasque enixus eſt opiniunculas, nec perſpicuo amoenoque vſus eſt ſcribendi genere,) eminuit Porphyrius, qui Plotini vitam expoſuit, eiusque opera recenſuit, in ordi-

ordinem redegit, paullisper expoliuit, atque in sex Enneades distribuit. Opera Plotini primum ex interpretatione *Marsilii Ficini*, cum huius argumentis et commentariis prodierunt Florentiae 1492. fol. — rec. Saligniaci, 1540. fol. ac Basil. 1559. et 1562. fol. — gr. et lat. Basileae ad Perneam Lecythum, 1580. fol. Nonnulla exemplaria eiusdem editionis in fronte praeferunt: Basileae impensis Ludov. Regis, 1615. fol. Conf. *Frid. Christ. Grimmii* commentatio, qua Plotini de rerum principio Ennead. III. libr. VIII. cap. 8–10. animaduerss. illustrat, Lips. 1788. 8. — *Jul. Frid. Winzer* Adumbratio decretorum Plotini de rebus ad doctrinam morum pertinentibus: specimen I. Witteberg. 1809. 4. — *Mülleri* progr. de cod. Plotini mst. qui in bibliotheca episc. Cizae adseruatur, (ex quo multae variae lectt. adferuntur,) Lipsiae 1798. m. 8.

81. *Sixtus* II. siue *Xystus*, Atheniensis. „Vt fabulantur, (ait *Saxius* in Onomastico I. p. 369. qui plura in hanc rem disputat,) ex philosopho episcopus romanus, *Stephani* a. Chr. 257. successor, et hoc anno, 258. crucis supplicio adfectus esse perhibetur, argumento eorum, quae in medium adtulit *Pagius* Crit. Baron. ad a. Chr. 258. nr. II. III. p. 92. 93. tom. III. ed. Luc. Ad hunc *Sixtum* auctorem *Enchiridion* Sententiarum *Sextii* vel *Sexti*, philosophi Pythagorei et Stoici, male vulgo referunt etc."

82. *Callinicus*, rhetor et sophista, siue ex Syria, siue ex Arabia petraea oriundus, vixit circ. a. Chr. 260. et Romae docuit. Inter alia scripsit *de Romae laude*: sed fragmentum tantum superest, in *Leon. Allatii* Excerptis rhetor. et sophist. p. 256.

83. *Minucianus*, rhetor Atheniensis, forsan quoque circ. a. Ch. 260. Eius libellus (siue particula eius Τέχνης) *de sedibus argumentorum* graece

graece exſtat in Rhetor. graecis, Venet. ap. Aldum, 1508. p. 731. — gr. vna cum Alexandro et Phoebammone, et cum verſione lat. atque caſtigationibus *Laur. Normanni*, Vpſal. 1690. 8.

84. *Dionyſius (Caſſius) Longinus.* Quam habuerit patriam, et quo anno in lucem editus ſit, non omnino eſt exploratum: probabiliter tamen natus eſſe videtur Athenis *) a. C. 213. Ab ineunte aetate cum parentibus multa obiit itinera multasque luſtrauit regiones, atque Athenis, Romae aliisque locis doctiſſimum quemque audiuit philoſophum atque rhetorem; inprimis Ammonium Saccam atque Origenem Peripateticum: quibus quidem etiamſi multum temporis conſumſiſſet, philoſophia tamen Platonica ita prae ceteris delectatus eſt, vt omnino germanus eſſet Platonicus. Poſtea criticae arti, litteraturae antiquae et eloquentiae ſtudio ſe totum tradidit, et Athenis non modo philoſophiam, ſed etiam artem criticam, grammaticam et rhetoricam profeſſus eſt. Athenis quum magnam vitae partem tum iuuentute erudienda, tum praeclaris ingenii monumentis condendis cum laude exegiſſet: in orientem abiit, et per hanc forſan occaſionem a Zenobia, quae poſt Odaenathum, maritum ſuum et regem Palmyrenorum, occiſum orientis imperium tenebat, Palmyram, vt illam graecis litteris erudiret, et liberorum animos moresque formaret, euocatus eſt. Atque apud illam tanta florebat gratia, vt ea, poſt imperium ſuſceptum, omnia cum noſtro miſceret conſilia: quod quidem noſtro fuit perniciei.

*) V. *Suidam* in Φρόντων, tom. III. p. 654. Hic *Phronto*, Emiſenus, Athenis ſub Seuero imp. rhetoricam docuit et multa ſcripſiſſe fertur. Ex eius ſorore Phrontonide natus eſt Longinus. Ille autem Phronto a nonnullis confunditur cum M. Cornel. Frontone, M. Antonini philoſophi in litteris latinis magiſtro. v. *Ed. Corſin.* in *Plutarchi* vita §. V.

ciei. Zenobia enim, ab Aureliano imp. victa captaque, vt vitam tueretur, Longinum, tamquam participem atque auctorem suorum consiliorum et belli, quod Romanis fecisset, prodidit victori, qui eum statim rapuit ad supplicium, quod vero a. C. 275. cum summa constantia summoque animi robore subiit. — Multos conscripsit libros, quos diligenter recensuit *Ruhnken.* in disputatione mox citanda §. XIV. Sed dolendum est, plurimos, praeter fragmenta quaedam a Proclo, ab Hephaestionis scholiaste, a Porphyrio aliisque seruata, praecipue librum, Φιλολόγοι *) inscriptum, ab iniquitate temporis fuisse absumtos. Sub nomine eius adhuc circumfertur liber, (quem quidem misere truncatum ad nos peruenisse, dolendum est,) praeclarus atque vtilissimus, περὶ τοῦ ὕψους, s. *de sublimi orationis genere.* Enimuero *Weiske* cum in diss. critica de libro περὶ ὕψους, (edit. illius p. CVII sqq.) in qua primum totam eius οἰκονομίαν, deinde rerum explicandarum rationem, postremo characterem orationis fuse eruditeque explicat, et de virtutibus non minus quam vitiis post Morum in praef. ad edit., post Ruhnkenium in §. XII sq. ac Boilauium in praefat. ad versionem gallicam, copiose et diligenter disputat, tum inprimis p. 213 sqq. in notis ad inscriptionem codicis Vaticani, Διονυσίου ἢ Λογγίνου, probat amplificatque *Hiero-*

*) Vulgo quidem citatur liber Οἱ Φιλολόγοι, i. e. *variae eruditionis studiosi*, in eoque dicitur Longinus de antiquis scriptoribus in vtramque partem iudicasse: v. *Ruhnken.* disp. respondente Petro Jo. Schardam, de vita et scriptis Longini, Lugd. B. 1776. 4. rec. in Toupii et Weiskii edd. Longini περὶ τοῦ ὕψους. Sed *Weiske* in nota ad illam p. LXXXX. adnotat, in cod. Paris. qui continet Hermogenem, scholion adscriptum esse, in quo citetur Λογγῖνος ἐν κα τῶν Φιλολόγων ὁμιλιῶν, ex quo Weiske colligit, eam esse plenam inscriptionem, hinc Φιλολόγοι in ista operis inscriptione non esse masculinum, sed femininum, subaudiendumque ὁμιλίαι.

Hieronymi Amatii iudicium. Hic vero primum demonstrare sustinet, monstrum esse illud vulgatum Διονυσίου Λογγίνου, tum verum libri auctorem esse ignotum, antiquiorem, excellentioris ingenii et doctrinae hominem, qui Augusti fere vixerit aetate, (vt ait in praefat. p. XXIV.) hominem bonum et probum, qui magnam ostendat eloquentiam, neque rhetoris tantum, sed magni etiam oratoris nomen mereatur, ab Eunapio autem aliisque *Longinum* tantum adpellari, a nemine *Dionysium Longinum:* inscriptionem autem in cod. Vaticano a librario quodam esse profectam. Sed plura leges apud Amatium et Weiskium argumenta contra vulgatam inscriptionem, repetita in *Beckii* Actis Seminarii — Lips. vol. I. p. 335 sqq. cum adnotatt. vbi quoque Weiskii editio recensetur. Neque vero Weiskius probat Amatii sententiam, id opus adserendum esse Dionysio Halicarnassensi. — Editiones *) potiores hae sunt. Princeps est *Francisci Robortelli*, gr. cum notis lat. in margine adpositis, Basil. 1554. 4. per Jo. Oporin. Dedicatio scripta est Patauii, nonis Aug. 1554. — *Paullus Manutius*, qui credidit, se primum vulgasse Longinum, in sua edit. Venet. 1554. 4. gr. multa bene emendauit, multa autem temere mutauit, maxime quum loca veterum scriptorum, quae Longinus memoriter laudarat, ideoque a vulgata lectione vt plurimum discedunt, ad editiones ipsorum scriptorum refingeret, atque ita veram codicum Longinianorum lectionem exstirparet. — Manutianae editionis repetitio cum nonnullis immutationibus est edit. *Francisci Porti*, quae vna cum Hermogene et Aphthonio Geneuae 1569.

---

*) De his sollerter et copiose egerunt *Heinecken* p. LXX sqq. *Morus* p. XXXIII sqq. et *Weiske* p. LIII sqq. suarum editt.

1569. 8. apud Crispinum prodiit. *) — Haec editio fons fuit reliquarum vsque ad Tollianam et Pearcianam: nimirum *Gabrielis de Petra*, qui scholia in margine et versionem lat. addidit, Genev. ap. Jo. Tornaes. 1612. 8. — tum *Gerardi Langbaene*, Oxonii 1636. et 1638. 12. gr. et lat. cum Petrae scholiis in margine et notarum auctario ad calcem libri. — cum triplici in Latinum expositione, (n. 1) Gabr. de Petra, cuius edit. est tantum repetita, 2) Dominici Pizimentii, 3) Petri Pagani,) cura Caroli Manolesii, bibliopolae, Bonon. 1644. 4. — et cum notis, emendationibus et praefatione *Tanaquilli Fabri*, gr. et cum versione Petrae seorsim posita, Salmurii 1663. 12. — Nouam τοῦ περὶ ὕψ. recensionem, ex V. codd. et ex ingenio suo aliorumque instituit, nouam versionem et suas priorumque editorum animaduersiones, tum fragmenta plura, post haec versionem gallicam *Boilauii Despraei* **) cum eiusd. et Dacierii, suisque etiam notis gallicis, postremo loco *animaduersionum criticarum ad Longinum gustum*, h. e. eruditas in speciem, verbosas autem, ac passim obscuras commentationes adiecit *Jac. Tollius*, Traiecti ad Rh. 1694. 4. — Hanc

*) De hac editione, cuius pars, quae continet Longinum, in peculiari inscriptione signata est a. 1570. plura leges in *Tollii* praefat. cum nota Weiskii in huius edit. p. XXXVIII sq. in Mori praefat. p. XXVI sq. et in meorum supplement. part. II. p. 358 sq.

**) *Boilauii* versio cum eiusdem et Andr. Dacierii notis prodiit ad calcem Satirarum Boilauii, Paris. et Amstel. 1689. 12. et saepius. In edit. Amstel. acc. obseruatt. criticae contra Claud. Perraultum. Versio illa cum Jo. Boiuinii not. est quoque in Boil. Opp. Amstel. 1729. fol. (rec. Dresdae 1767. 8.) tom. II. p. 1 sqq. in quo tomo sunt praeterea p. 77 sqq. Boilauii XIII. criticae obss. in nonnulla Longini loca etc. — rec. in *Desessarts* Recueil de Préceptes et d'Exemples sur le beau et le sublime dans les Ouvrages d'Esprit. Paris. 1798. 12.

Hanc Tollii editionem repetiit *Hudsonus*, qui luxuriantem notarum siluam ita coercuit, vt nihil bonae frugis resecaret, et vero nouas adderet notas, in his etiam lectiones e cod. Cantabrig., Tollii versionem emendaret, augeretque fragmenta Longini, Oxon. 1710. 8. quae edit. e Boiuinii et Schurzfleischii *) commentationibus aliquantum locupletata, repetita est ibid. 1718. 8. rec. ibid. 1730. 8. et Edinburg. 1733. 12. gr. et lat. — In pristinam integritatem e codd. et prima edit. libr. π. ύ. restituere coepit, in latinum sermonem, sed haud bene, conuertit notasque addidit *Zachar. Pearce*, Londini 1724. 4. — Splendida est editio; propter tamen pretii magnitudinem, et quum ad vsum etiam incommodior videretur, Pearcius aliam, in qua complura refinxit, et de mutatione facta singulis monuit paginis, parauit, Londini 1732. 8. quae Londini et Glasguae saepius recusa est. — Priorem Pearcii editionem coeperant Wetstenii, Amstelodamenses, sic recudere, vt minore pretio emi posset, sed quia, dum opus dimidio amplius typis descriptum erat, altera Pearcii editio lucem adspexit, huius mutationes atque accessiones ad calcem notarunt, tum addiderunt ex bibl. Verburgii acceptum, et antea numquam editum, *Franc. Porti* commentar. et absoluerunt edition. 1733. 8. — Hudsoni repetita est editio, gr. et lat. additis duabus versionibus, gallica Boilauii et italica Gorii, Veronae 1733. 4. — Ex altera Pearcii recensione verba graeca dedit suamque adiecit versionem germanicam, haud laudandam, et animaduersiones germanicas, in quibus res potius quam verba explicare

*) N. ex *Henr. Leonh. Schurzfleischii* comm. qua Longinum περὶ ὕψους ad fidem codd. a Tollio omissorum recensuit, notisque e schedis fratris sui, Conr. Samuelis, auxit, Witteberg. 1711. 4.

plicare ſtuduit, *Carol. Henr. Heinecke*, Dresdae, 1737. mai. 8. — rec. cum praefat. Liſcouii, ibid. 1742. mai. 8. — Multo plura praeſtitit *Sam. Fr. Nathan. Morus*, qui Longin. cum ſelectis aliorum ſuisque animaduerſionibus edidit, nouam eamque egregiam verſionem lat. atque fragmm. adiecit, Lipſiae 1769. 8. Idem poſtea ſeparatim edidit inſtar ſpicilegii Libellum animaduerſionum ad Longinum, Lipſ. 1773. 8. — Tum, *Long.* graece, adiecta verſione gallica, cum praefat. vice commentarii, cura *P. Car. Lancelot*, Ratisbonae 1775. 8. — graece, cum verſione Pearcii latina, et auctis fragmentis, recenſuit notasque ſuas atque animaduerſſ. adiecit *Jo. Toupius*. Acc. emendationes Dav. Ruhnkenii; cuius etiam diſſ. philol. de vita et ſcriptis Longini praemiſſa eſt. Oxon. 1778. 8. et 4. quo anno bis illa edit. prodiit. — Hanc editionem *Beniamin. Weiske*, multis nouis ſubſidiis inſtructus, ita recudi fecit, vt textum gr. denuo ex codd. recenſeret et emendaret, Toupii commentar. varia ratione mutaret, corrigeret multasque et ſuas et Mori, cuius verſionem lat. reddidit, et aliorum adiiceret animaduerſiones, variasque doctas hiſtoricas atque criticas tam ab ipſo conſcriptas commentatt. quam Toupii praef. ac Ruhnkenii diſput. atque *C. A. Boettigeri* epiſt. de anaglypho, in fronte Longini aerea tabella exſcripto, praemitteret, Lipſ. 1809. 8. — Longinum vertit *germanice* praeter Heineckium *Jo. Ge. Schloſſer*, additis animaduerſſ. Lipſ. 1781. 8. — *anglice*, *Jo. Hall*, Londini 1682. 8. — *J. P. G. S.* ib. 1680. 12. — *Leon. Welſted*, ib. 1712. 8. — rec. cum eius Epiſtolis, Odis, etc. ibid. 1724. 8. — et in eiusd. Operibus etc. Lond. 1789. 8. — atque *Guil. Smith*, cum notis et narrat. de vita, ſcriptis et notatione Longini, Londini 1739. 8. — ed. II. correct. ib. 1742. 8. rec. ib.

1752.

1752. 1757. 1770. 8. — *belgice P. le Clercq*, Amſt. 1719. 8. — *luſitanice* per *Cuſtodio Foſé de Oliveira*, Lisboae 1771. 12.

85. *Dexippus*, *Herennius*, dux Athenienſium, rhetor et hiſtoricus; vixit circ. a. Chr. 268. ſub Claudio II. ſiue Gothico. Multa ſcripſiſſe dicitur. — *Eclogae* quaedam ſeruatae ſunt in Excerptis de legationibus, ab *Hoeſchelio* gr. publicatis, Auguſt. Vindel. 1603. 4.

86. *Achilles Tatius*, Alexandrinus, aſtronomus, rhetor et ſcriptor eroticus, floridus et amoenus, ſed incertae aetatis. *Saxio* quidem in Onomaſt. lit. I. p. 372. ſub Claudio II. circ. a. Chr. 268. vixiſſe videtur. Contra Weidlerus, Fabricius et Mitſcherlich eius aetatem in tertium quartumue ſaeculum incidiſſe ſuſpicantur; atque Boden, eum poſt Muſaeum adeoque poſt ſaeculum quartum floruiſſe coniicit. Alii aliter ſentiunt. Idem Achilles primum idolorum cultor, tum caſtra Chriſtianorum ſequutus dicitur. Ante tamen religiones ſuperſtitioſas eiuratas librum περὶ σφαίρας, cuius pars hodie exſtat ſub epigraphe, Ἐκ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου Φαινόμενα, et edita eſt primum a *Petro Victorio* graece cum Hipparcho et aliis, Florent. 1567. fol. dein graece ac lat. a *Dionyſio Petavio*, in huius Vranologio, Pariſ. 1630. fol. rec. Amſtelod. 1703. fol. et libros VIII. *de amoribus Clitophontis et Leucippes* ſcripſiſſe videtur. In his eroticis libris, ſuauiter venuſteque, interdum tamen paullo audacius ſcriptis, multum quidem oſtendit ingenium; at tamen nimis abundat, iuſto ſaepius declamat, et interdum laſciuit. — *Annibal Cruceius* primum edidit: *Narrationis amatoriae* (Achillis Tatii) fragmentum, e graeco in latinum conuerſum, Lugd. ap. Seb. Gryphium, 1544. 8. poſtea libros eroticos fecit latinos e cod. ſatis bono, et e prelo Heruag. exire iuſſit Baſil.

 1554.

1554. 8. — Tum graece eos ex cod. Palat. cum Crucei versione edidit cum Longi Pastoralibus et Parthenio *Jo. Commelinus*, Heidelberg. 1601. 8. cuius tamen edit. post eius mortem absoluta, multa habet vitia, multasque lacunas. — dein paullo quidem melius, at nimis properanter, *Claudius Salmasius*, Lugd. B. 1640. 12. — Ex cod. Bauar., Paris. dein ablato, praecipue textum emendauit *Beniamin. Gottlieb Laur. Boden* *), qui libros illos VIII. varietate lectionis notisque *Cl. Salmasii, J. B. Carpzovii* **), *T. B. Bergeri* ac suis illustratos, gr. et lat. edidit, Lips. 1776. mai. 8. — Eodem anno 1776. 8. nitidam *Achillis Tatii* editionem curauit *Lud. Dutens*. — Sed meliorem eamque criticam parauit editionem, multis locis vel ex codd. lectionibus vel ex coniectura aliorum correctis, *Christ. Guil. Mitscherlich*, qui textum gr. recognouit, lat. Crucei versionem et selectam lectionis varietatem adiecit, Biponti ex typogr. societatis, 1792. m. 8. — *Germanice* verterunt *Ach. Tat.* libr. VIII. *Seybold*, Lemgov. 1772. 8. et *Ast* atque *Güldenapfel*, Lips. 1802. 8. — *gallice*, vt vetustiores omittam versiones, *D··· D···* (*Guyot des Fontaines*), Hagae Comit. 1735. 8. — *Mercier*, Abbé de St. Leger, in Bibliothèque des Romans, trad. du Grec, (quae prodiit Paris. 1796. 1797. 12. XII. voll.) in vol. II. — *Perron de Castera*, ed. nov. II. tom. Paris. 1796. 8. — *Clement*, ibid. 1800. 12. — *anglice*, anonymus, Londin. 1720. 12. — *Carol. Guil. Goettling* Animaduersiones Criticae in Callimachi Epigram-

*) Idem praemiserat Wittenberg. 1775. 4. doctam prolus. de Achille Tatio: vnde potiora repetiit in praef. ad suam editionem.

**) Huius notae sunt ex eius Obseruatt. philologicar. in Palaephatum periculo: acced. aliae animaduerss. in nonnulla Musaei et Achillis Tatii, Lips. 1743. 8. excerptae.

grammata et *Achillem Tatium*, Jenae 1811. mai. 8.

87. *Anatolius*, philosophus, circa a. Chr. 278. aequalis Porphyrii, a quo Ζητήματα ὁμηρικὰ acceperat. Illi Fabricius tribuit et primus edidit fragmentum περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, vna cum apospasmatio eiusdem argumenti sub Democriti nomine: vtrumque cum *Jo. Rendtorfii* versione atque notis, in B. Gr. lib. IV. cap. 39. vol. IV. p. 295. Ego vero in noua edit. vol. V. p. 773. promisi illa in supplementorum parte typis repetere. Adde *Niclas* ad Needhami prolegom. ad Geoponicorum siue de re rustica libr. XX. tom. I. p. XLVIII sq. vbi Rendtorf. et Hambergerum refutat. Plures autem fuerunt *Anatolii*.

Menander, rhetor, inseratur, qui Laodicea, in confiniis Cariae et Phrygiae, ortus, probabiliter floruit post Libanii tempora, posteriore saeculi tertii parte. Ex eius scriptis superest hodie pars maioris forsan operis, *commentarius de encomiis*, seu de genere encomiastico vel demonstratiuo. Quae nobis seruata sunt, continentur tribus libris, quorum primus agit de hymnis, alter et tertius de laudibus regionum et vrbium. — Prodiit ille commentarius primum inter Rhetores graecos, Venet. ap. Ald. Manutium, 1508. fol. p. 594 sqq. at non solum ingenti vitiorum copia deprauatus, sed etiam adhaeret ei continua serie, quasi vnum fuisset opusculum, commentarius *Alexandri* rhetoris de genere encomiastico. Duo illa opuscula, in vnum librum in ed. Aldina perperam conflata, monente iam *Valesio* in Emendatt. p. 26 sqq. (vbi quibusdam Menandri et Alexandri locis medelam adfert,) diuisit, separatim edidit *Menandri* commentarium, egregie acuteque emendauit, docteque explicuit *Heeren*, cuius editio inscripta est: *Menandri rhetoris commentarius de encomiis: ex recensione et cum animaduersioni-*

sionibus A. H. L. Heeren. Praefixa est commentatio de Menandri rhetoris vita et scriptis, simulque vniuerse de Graecorum rhetorica. Gottingae 1785. min. 8.

88. *Porphyrius*, patrio Syriaci oris nomine *Malchus*, h. e. *rex*, dicebatur; Longinus tamen patrium Malchi nomen, graecis auribus molestum, mutauit in Πορφύριος, veluti *purpureus*: ortu, vt nonnulli volunt, *Bataneotes*, vt credibile est, *Tyrius*. Philosophus fuit Pythagoreo-Platonicus et mathematicus. Admodum vero adolescens Origene vsus est praeceptore. Postea Athenas profectus, *Apollonium* ad artem grammaticam, et *Longinum* ad artem subtiliorem critices atque grammatices, et elegantioris philosophiae perdiscendam sectatus est. Postea Romam discessit, permotus fama Plotini, eique per sexennium ita adhaesit, vt se illi totum traderet; at tamen Longini exemplo philologiam cum philosophia vinculo coniunxit artiore. Atque a Longino artem bene scribendi, a Plotino autem acutam quidem, at perplexam quoque et captiosam cogitandi dicendique artem accepit, et quasdam peculiares ac iusto subtiliores exclusit opiniones. Plotini suasu, ad animum corpusque reficiendum, abiit in Siciliam, ibique cum *Probo*, Lilybaetano, philosopho, contraxit amicitiam. Postea Romam rediit, ibique philosophiam et artem orandi, Romanis plaudentibus, docuit, et Romae circ. a. C. 305. obiit septuagenario, vt videtur, maior: natus enim erat a. C. 233. Dicitur a multis doctus et acerbus christianorum fuisse aduersarius. At tamen noster num idem sit, atque iste, qui cultus christiani disciplinam acriter oppugnauit, cum *Pagio* in Critic. Baron. ad a. C. 302. n. X—XIII. pag. 316 sqq. dubitauerit *Saxius* in Onom. liter. I. p. 375 sq. vbi de Porphyrio nostro agit. Quamquam magna librorum, quos confecit, pars iniuria

ria temporis nobis erepta eſt: tamen haud pauci adhuc ſuperſunt: 1) *Pythagorae vita*, ſed initio et extrema parte mutila. Eam *Cunrad. Rittershuſius*, quoniam in ſuo Mſto *Malchi* nomen invenit, ſub *Malchi* nomine gr. et cum notis primus edidit, Altdorf. 1610. 8. — Latine vertit vitam Pythagorae *Jo. Donatus Ferrarius*, Mediolani 1629. 8. — *Porphyrii liber de vita Pythagorae:* eiusd. *ſententiae* (auctiores in h. editione, additis XXII. capp.) *ad intelligibilia ducentes: de antro Nympharum, quod in Odyſſea deſcribitur. Lucas Holſtenius* graec. contextum recenſuit, latine vertit, diſſertationem de vita et ſcriptis Porphyrii, et ad vitam Pythagorae obſervatt. adiecit. (Inſunt quoque fragmentum *de Styge* et anonymi *vita Pythagorae.)* Romae 1630. 8. — rec. Cantabrigiae, addito *Porphyrii* libro *de abſtinentia ab eſu animalium*, 1655. 8. (v. nr. 3.) — *de vita Pythagorae* cum notis *Lucae Holſtenii* et *Conr. Rittershuſii;* cum *Jamblicho* de vita Pythagorica, curante *Ludolph. Küſtero*, Amſtel. 1707. 4. — 2) *Vita Plotini* — cum latina interpretatione *Marſilii Ficini*, cum Plotini Opp. Baſil. 1580. ſol. — 3) *de abſtinentia ab eſu animalium* libri IV. ex aliis vt plurimum compilati: quos primum, bono cod. vſus, latine vertit *Jo. Bernard. Felicianus*, Venet. 1547. 4. — *Porphyrii de non necandis ad epulandum animantibus libri IV.* eiusd. *ſelectae breuesque ſententiae, ducentes ad intelligentiam rerum, quae mente noſcuntur. Michaelis Epheſii* ſcholia in IV. libros Ariſtotelis de partibus animantium: gr. primus vulgauit idemque emendauit *Petr. Victorius*, Florent. 1548. fol. — *Porphyrii* libri IV. gr. editi et latine verſi a *Franciſco de Fogerolles*, Lugd. in Galliis 1620. 8. — graece cum meliore interpretatione atque emendationibus *Jo. Valentini*, additis libris Porphyrii memoratis et ab

ab Holſtenio editis, (v. nr. 1.) Cantabr. 1655. 8. — Praeſtans et e codd. aliisque ſubſidiis caſtigata correctaque editio curata eſt a *Jac. de Rhoer*, cum notis integris *P. Victorii et Jo. Valentini*, et interpretat. latina *Jo. Bernard. Feliciani:* idemque *de Rhoer* addidit ſuas et *Jo. Jac. Reiskii* notas: accedunt IV. epp. de apoſtaſia Porphyrii. Traiecti ad Rhen. 1767. 4. — Gallice illos libros et *Plotini vitam* vertit *Pouilly de Burigny*, Pariſ. 1747. 12. — 4) Epiſtola *de diuinis* (ſ. diis) *et daemonibus*, cum Jamblicho, Proclo aliisque, Venet. ap. Ald. Manut. 1497. fol. — cum Jamblicho de myſteriis etc. Oxon. 1678. fol. — 5) *Sententiae ad intelligibilia ducentes;* v. ad nr. 1. et 3. — 6) *Homericarum quaeſtionum liber et*, (quae pars huius libri fuerit,) *de Nympharum antro in Odyſſea opuſculum*, gr. Romae 1518. forma inter quartam et octauam; textus ipſe octaua, cum margine autem latiore liber eſt quartae formae ſimilior *); adhaerent quoque quibusdam Homeri et ſcholiorum in hunc editt. Vide etiam nr. 1. — 7) *Moralis interpretatio errorum Vlyſſis*, edita ſine nomine auctoris gr. Hagenoae per Obſopoeum, 1531. 8. — latine *Conr. Gesnero* interprete, Tiguri 1542. 8. — denique, et inſcripta: *Incerti ſcriptoris graeci fabulae aliquot Homericae de Vlixis erroribus ethice explicatae; vertit notasque neceſſarias adiecit Johann. Columbus, P. P. Vpſal.* Aboae 1678. 8. rec. Lugd. Bat. 1745. 8. a quibusdam ad Porphyrium auctorem, at perperam, refertur. Patrem enim habet *Nicephorum Gregoram*. — 8) *De antro Nympharum in Odyſſea:* v. nr. 1. et 6. Separatim edidit, textum gr. diligenter recenſuit, cum

---

*) Vid. *Ge. Henr. Noehden* comment. de Porphyrii ſcholiis in Homerum: acc. quaedam inedita et adpendix etc. Gottingae 1797. 8. p. 3 ſq. not. 3.

cum lat. versione L. Holstenii, et versionem C. Gesneri suasque animaduersiones adiecit, et praemisit dissert. homericam ad Porphyrium *R. M. van Goens*, Traiect. ad Rhen. 1765. 4. — 9) Fragmentum ex libro *de Styge*, gr. ex cod. Antonii Augustini, in *Andr. Schotti* Obss. human. libro V. cap. 20. p. 229 sq. Hanou. 1615. 4. add. ad nr. 1. Id fragm. emendatius dedit *Heeren* in sua Stobaei eclog. physicar. edit. tom. II. p. 1004. et 1018 sqq. Gotting. 1794. 8. *) Fragmentum edidit notisque illustrauit M. *Frid. Guil. Sturz* in prolus. I. et II. de vestigiis doctrinae de animi immortalitate in Homeri carminibus, Gerae 1795. et 1796. 4. — 10) *Isagoge de quinque vocibus siue praedicabilibus*, cum Aristotelis Organo aliisque libr. saepius edita. — 11) *In categorias Aristotelis expositio*, gr. Paris. 1543. 4. — 12) *In Harmonica Ptolemaei* commentarius, gr. et cum *Jo. Wallisii* versione lat. in Wallisii Opp. Oxon. 1699. tom. III. p. 1 sqq. — 13) *Isagoge in Ptolemaei tetrabiblon*, (quam alii ad *Antiochum* referunt,) in codd. Cizensi aliisque tribuitur Porphyrio; edita gr. cum versione *Hier. Wolfii*, cum Proclo in Ptolemaei Quadripartitum, Basil. 1559. fol. — 14) Praegustum scholiorum in Homeri Iliada dedit *Valckenaer* ad calcem Virgilii collatione scriptorum graecorum illustrati, Leouard. 1747. 8. — 15) *Porphyrii* libell. *de prosodia Villoison* in Anecd. graecis tom. II. p. 103 sqq. primus e cod. Veneto gr. edidit, notasque, praecipue criticas, subiecit.

Distinguendus est *Porphyrius*, Siculus et philosophus circ. a. Ch. 400. deorum cultor. Conf. *Mon-*

*) Idem *Heeren* ex *Porphyrii* deperditis libris de statuis, Styge et viribus animi loca inuenit in Stobaei eclogis physicis. Idem obseruauit, in Eusebio reperiri excerpta ex libro deperdito de anima, diuersa a superioribus.

Mongitor. Bibl. Sicul. tom. II. p. 191 sqq. vbi multus est de vtroque Porphyrio.

89. *Alciphron*, rhetor et sophista, cuius aetas est incertissima, et viros doctos in varias traxit sententias, suspicante *Saxio* in Onomast. lit. I. p. 383 sqq. (qui etiam Bergleri et de la Croze opiniones rationesque et quorumdam VV. DD. libros, ad historiam, interpretationem atque emendationem Alciphronis pertinentes, laudat,) collocandus est, exeunte saeculo III. inter Lucianum et Aristaenetum, illum quidem auctorem, hunc imitatorem subinde dictionis Alciphroneae. Atque *Saxii* coniecturae subscribit *Wagner* in praef. ad suam edit. Scripsit Alciphron *epistolas* amatorias, rusticas, piscatorias et parasiticas, suaves quidem, venustas, stilo attico scriptas, refertasque orationis flosculis formulisque dicendi atticis exquisitis; quae tamen scholam vmbramque sophistae et venustatem quamdam adfectatam redolent nec raro sunt nugaces. Primum, maximam partem, editae sunt in Collectione epistolarum graec. *Aldina*, Venet. 1499. 4. graece, et Genev. gr. cum versione latina, Aurel. Allobr. 1606. fol. Tum *Stephan. Bergler.* epistolas LXXII. quas tertium librum fecit, primus e codd. erutas addidit; omnes recensuit, emendauit, versione ac notis illustrauit, Lips. 1715. 8. Berglerianam editionem, quamquam nonnulli critici aliquando dissenserunt a Berglero, ad verbum refert editio Alciphronis epp. gr. et lat. accurate expressarum, Traiecti ad Rh. 1791. min. 8. — *Epistolae graecae, auctore Alciphrone,* siue narrationes singulares de moribus ritibusque Graecorum, primum in linguam franco-gallicam translatae (ab abbate *Richardo*,) cum notis historic. et criticis, Amstelod. et Paris. 1784. 8. III. voll. — Plenior meliorque editio est, et noua textus gr. recensio: *Alciphronis rhetoris epistolae*, ex fide aliquot codi-

codicum recensitae, cum Steph. Bergleri commentario integro, cui aliorum criticorum et suas notationes, versionem emendatam indiculumque adiecit *Jo. Augustin. Wagner*, Lips. 1798. II. tom. 8. Conf. eius praefatt. In tom. II. p. 217 sqq. addidit et explicuit duas epistolas ineditas (quarum tamen posterior Wagnero non Alciphronis esse videtur, sed Cratetis,) atque fragmenta, partim iam a Valckenario aliisque passim, partim ab ipso collecta. — *Hertelius*, qui in Klotzii Actis literar. vol. III. part. I. nr. 11. pag. 90 sqq. et in Miscellis obseruatt. criticis, Erford. 1768. 4. multa Alciphronis loca face critica illustrarat, ipsas Alcipbr. epistolas in linguam germanicam transtulit, Altenburgi 1767. 8. Nonnullas germanice vertit *Jacobs* in Wielandi *Attischem Museo*, tom. II. et III. — *Anglice* verterunt illas duo VV. DD. anonymi, Londin. 1791. 8.

90. *Timaeus*, sophista et grammaticus, sub finem saeculi tertii vixisse videtur. Ex eius *Lexico vocum Platonicarum*, libello vtilissimo, Montfaucon primus ex cod. Ms. Sangermanensi specimen, quamuis minus curate descriptum, edidit in Biblioth. Coislin. p. 477 sqq. Tum ex eodem cod. Capperonnerius Lexicon descripsit, at plura neglexisse arguitur *), et apographum misit *Dav. Ruhnkenio*, qui illud Lexicon edidit, atque animaduerss. instruxit Lugd. B. 1754. 8. — quam editionem, adiuncto Moeride, recudi fecit *Jo. Frid. Fischer*, Lips. 1756. 8. — Postea *Ruhnken.* iterum edidit *Timaei* libellum, multis partibus locupletiorem, notis potissimum egregie et largiter auctis, Lugd. Bat. 1789. 8. — Add. Bastius in Append. ad Epistol. Critic. p. 12 sqq.

91. *Hierocles*, Nicomediensis, Bithyniae iudex, auctor et suasor Diocletianeae christianorum per-

*) V. *Villoison* ad edit. Longi p. 179.

perſequutionis: vixit a. C. 300. Scripſit *libros duo ad Chriſtianos*, λόγους φιλαλήθεις πρὸς τοὺς Χριϛιανοὺς, quibus inter alia oſtendere ſtuduit, Apollonium Tyaneum vel paria cum Chriſto, vel etiam maiora feciſſe; ſed refutatus eſt ab *Euſebio* in libro contra Hieroclem. — Non confundendus eſt cum *Hierocle*, philoſopho Alexandrino, ſaeculi V. ad a. C. 485. V. *Saxii* Onomaſt. lit. I. p. 385 ſq.

CAPVT II. SECTIO III.

A Conſtantino M. imperatore vsque ad Conſtantinopolin a Turcis expugnatam ſiue ab a. C. 306. vsque ad a. C. 1453.

Haec aetas admodum paucos protulit homines, ab ingenii ſplendore et litterarum copia dictionisque elegantia et veterum auctorum ſimplicitate commendabiles. Scriptores, praeſertim hiſtorici Byzantini, imitabantur quaſi mores aulae Byzantinae, ſubinde magis magisque corruptae, quae caerimonias, pompam nimbumque et ſpeciem quamdam adfectatam maieſtatis, virtutis et pietatis erga deum, at ſimulatae, amabat: hinc noua aulicorum officiorum nomina excogitabantur. Praeterea barbaries, ſuperbia et controuerſiae ſacerdotum chriſtianorum ac ſuperſtitio inuaſerunt ciuitatem litteratam, et, praeſertim in occidente, omnem pulcri ſenſum litterasque ipſas ſenſim ſenſimque profligarunt. Triſtiſſima fuit ingraueſcentis ſenectutis facies. In Graecia tamen, vel vltima calamitate, quaedam eruditionis liberalis et orationis antiquae veſtigia remanſerunt, et ſtudio curaque quorumdam doctorum imperatorum atque,

que, paucorum quidem, praeclarorum ingeniorum factum eſt, vt non omnis flos litterarum omnisque humanitas penitus perirent. Atque his, Conſtantinopoli a Turcis occupata, Italia omnesque deinceps terrae imperii occidentalis ſurgentem litterarum lucem fauſtumque reditum debent. Praetermiſſis in praeſenti ſcriptoribus eccleſiaſticis, eos, quorum memoria ad poſteros peruenit, modo breuius, modo paullo latius enumerabimus.

1. *C. Flauius Valerius Aurelius Claudius Conſtantinus, imperator, cognomine Magnus,* natus a. C. 274. obiit a. C. 337. Hoſtibus victis multisque rebus pacis bellique tempore praeclare geſtis, religionem chriſtianam profeſſus, hanc quouis modo tueri atque amplificare ac ſacerdotes plus iuſto ornare coepit, et bonas artes litterasque liberaliter nutriuit. Eius variae epiſtolae, orationes, edicta ab Euſebio aliisque paſſim ſunt ſeruata, et de eius donatione atque de cruce, quam ille in coelo vidiſſe ſibi viſus eſt, plures VV. DD. in vtramque partem disputarunt. Sed de hisce eiusque vita, victoriis imperioque in multis libris eſt abunde expoſitum. H. l. tantum commemorari poſſunt *Franciſci Balduini* Icti Conſtantinus M. ſiue commentariorum de Conſtantini imper. legibus eccleſiaſticis et ciuilibus libri duo. Acceſſit eiusd. commentarius ad edicta veterum principum rom. de Chriſtianis, cum *Nic. Hieron. Gundlingii*, Icti, praefatione. Lipſ. et Halae 1727. 8. Vide *Fabricii* B. Gr. vol. VI. in longo cap. XL. libri V. p. 693 ſqq. vbi plura adnotaui multosque de Conſtantino M. varia diuerſaque ratione agentes excitaui, quibus addi poſſunt M. *Jo. Andr. Dietze* disp. de imperii adminiſtrandi forma a Conſtantino M. recte ac ſapienter mutata, aduerſus Zoſimum libr. II. cap. 33 ſq. Lipſ. 1753. 4. — *Jac. Neſtii* apologia pro Conſtantino M. in Lipſ. Miſcellan. II. p. 471 ſqq. obſeru. XXXIII. — ibid.

ibid. VI. p. 137. 138. de Conſtantini M. Labaro eiusque monetis eodem ſignatis.

2. *Jamblichus*, Chalcideno-Syrus, Anatolii et Porphyrii, cui quidem, tam ingenii et iudicii vi, quam orationis cura longe ſuperiori, multa ſurripuit, diſcipulus, ſectae Platonicae recentioris inprimis ſtudioſus, ita tamen, vt rationem philoſophandi Pythagoricam, Aegyptiacam et Chaldaeam haud negligeret. Ob eruditionem, ſidem ac ſimplicitatem in tradendis philoſophiae ſuae arcanis, et vero propter miracula, quae ſingebantur, ſuo tempore, circ. a. C. 310. idolorum cultoribus carus, honoratus clarusque habebatur. Quamquam ad curatam philoſophiae orientalis intelligentiam multum facit: tamen omnia temere compilauit et multa in eo culpanda ſunt. E libris multis, quos concinnaſſe dicitur, typis excuſi ſunt: 1) *de myſteriis Aegyptiorum* liber, ſiue reſponſio ad Porphyrii epiſtolam ad Anebonem, prophetam, ſub nomine Abammonis Magiſtri ſcripta *), quod opus recte vocatur compendium Theurgiae gentilis. — *Graece* primum edidit, latine vertit et notas adiecit *Thom. Gale:* praemittitur epiſtola Porphyrii ad Anebonem Aegyptium, eodem argumento. Oxon. 1678. fol. — 2) Philoſophiam Pythagorae, ſ. commentar. περὶ τῆς Πυϑαγορείου αἱρέσεως, *de Pythagorica ſecta*, decem libris tradiderat *Jamblich.* e quibus autem

primus

---

*) A nonnullis laudatur; contra *Meinerſius* in *Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker* etc. Gottingae 1775. 8. id opus valde ſpernit, et in *Beytrag zur Geſchichte der Denkart* etc. p. 59. 65. (vbi auctorem inter Jamblichum Proclumque vixiſſe ſcribit,) nec non in ſingulari recitatione de hoc libro de myſteriis Aegypt. in Commentatt. ſocietatis doctrinarum Gottingenſ. vol. IV. claſſ. hiſt. et philol. p. 50. Gotting. 1782. ac *Tiedemann* in: *Geiſt der ſpekulat. Philoſophie*, tom. III. p. 453 ſqq. culpant librum, negantque Jamblichum eſſe libri illius parentem. Add. *Tiedemann.* de Magia, Marburg. 1787. 4. p. 127 ſqq.

primus de vita pythagorica; *ſecundus*, hortationes ad philoſophiam; *tertius* de mathematica communi diſciplina; *quartus*, commentarius in inſtitutiones arithmeticas *Nicolai Geraſeni*, et *ſeptimus*, (probabiliter a Jamblicho ſcriptus,) *theologumena arithmeticae*, formulis typographicis ſunt deſcripti. *Primi* igitur et *ſecundi* libri inſcriptio eſt: — *de vita Pythagorae et protrepticae orationes ad philoſophiam* lib. II. — nunc graece et latine primum editi cum neceſſariis caſtigationibus et notis: addita ſunt in fine Theanus, Myiae, Meliſſae et Pythagorae aliquot epiſtolia, gr. et lat. *Joanne Arcerio* Theodoreto authore et interprete: in bibliopolio Commelin. (in aliquot exemplarium fronte, Franequer. ap. Aeg. Radaeum,) 1598. 4. Sed contextus graecus eſt e cod. Granvellae, Cardinalis, vitioſo deſcriptus, nec verſio lat. ſemper reddit verum ſenſum. Hinc *Ludolfus Kuſterus* edens librum *de vita Pythagorica* ope cod. Pariſ. et coniecturarum Nic. Rigaltii textum gr. a quam plurimis mendis purgauit, et verſionem lat. Vlr. Obrechti (Argentorati 1700. 8. primum editam,) adiecit: accedit *Malchus* ſiue *Porphyrius* de vita Pythagorae, cum notis Lucae Holſtenii et Conr. Rittershuſii: itemque anonymus apud Photium de vita Pythagorae. Amſtel. 1707. 4. — *Protreptici* noua eaque critica editio, curante *Kieſslingio*, gr. et lat. cum notis criticis prodiit Lipſiae 1812. mai. 8. — *Tertii* libri περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπισήμης fragmenta e verſione ſua lat. edidit *Nic. Scutellius* ad calcem libri de myſteriis Aegyptiorum, Romae 1556. 4. ex cod. autem Veneto librum, qui multa continet praeclara veterum Pythagoricorum, Philolai, Brontini, Archytae, fragmenta, dorica dialecto conſcripta, gr. euulgauit *Villoiſon* in Anecdotis graec. tom. II. p. 188—225. Venet. 1781. 4. — M. *Jac. Ge. Frijs*, illum librum gr. et lat. editurus,

rus, in disputatione inscripta: Introductio in librum Jamblichi tertium de generali mathematum scientia, Hauniae 1790. 4. duo fragmenta gr. et lat. repetiit atque illustrauit. — Liber *quartus* — *in Nicomachi Geraseni arithmeticam introduction. et de fato:* primum editus, in latinum sermonem conuersus, notis perpetuis illustratus a *Sam. Tennulio.* Acc. *Joach. Camerarii* explicatio in duos libros Nicomachi. Arnhemiae 1668. 4. *Camerarii* explicatio et notae Tennulii peculiares habent inscriptiones, et anni locique notas, Dauentriae 1667. At fragmentum *de fato*, quod Tennulius peculiare opusculum esse putauit, septimum et octauum cap. sectionis octauae libri de mysteriis Aegyptiorum esse, satis est euictum. — Liber *septimus: τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς*. Paris. ap. Chr. Wechel. 1543. 4. — Cod. Mst. Cizensem recenset vberius Cl. *Chr. Gottfr. Müller* in progr. s. Notitia et recensione codd. — in bibl. — Cizens. partic. IV. 1811. m. 8.

De alio *Jamblicho*, Apameensi philosopho, sub Valente mortuo, vide etiam *Gottlieb Wernsdorfii* diss. de vita Himerii, praemissam eius editioni Himerii, p. XXXVII sq.

3. *Helladius*, Besantinous dictus a patria, oppido Aegypti in Thebaide, grammaticus, tempore Licinii et Maximiani, Augg. intra annos Chr. 307 et 311. Ex eius libris IV. *Χρηστομαθειῶν*, *Excerptorum*, versibus iambicis scriptorum, Photius cod. CCLXXIX. seruauit *excerpta*, quae cum versione Schotti et notis *Jo. Meursii* excusa reperiuntur ad calcem librorum *Meursii* postumorum de regno Laconico etc. Vltraiecti 1687. rec. in Thesauro antiquitt. graecar. Gronouiano, tom. X. Lugd. Bat. 1701. fol.

Ab hoc distinguendus est *Helladius Alexandrinus*, Theodosii iunioris tempore. Scripserat *Lexicon* vocabulorum phrasiumque graecarum,

qua-

quarum in prosa maxime vsus, copiosissimum: v. *Suid.* in Ἑλλάδ. et *Photium* cod. CLVIII.

Nominare quoque h. l. licet *Alexandrum Helladium*, e Thessalia ortum, qui in viuis fuit initio saeculi XVIII. Eius *Spicilegium* — siue grammatica gr. per quaestiones et respons. gr. et lat. prodiit Noribergae 1712. 8.

4. *Aphthonius*, rhetor et sophista Antiochenus. Ille et *Theon*, qui sequitur, *Saxio* in Onom. lit. I. p. 394. circ. a. Chr. 315. vixisse videntur. Neque tamen certum illorum aetatis tempus definiri potest. *Aphthon.* scripsit *Progymnasmata rhetorica*, siue potius Hermogenis progymn. duo in quatuor dispescendo, distinctius proposuit et exemplis illustrauit. Illa, vel hodie non omnino spernenda, si quis recte iis possit vti, superioribus saeculis, quibus iusto maiorem auctoritatem vsumque nacta erant, frequentius fuerant edita, quam recentiore saeculo factum est. Potiores et antiquiores editt. hae fere sunt memorandae. — Princeps est *Aldina* inter Graecos rhetoras, Venet. 1508. fol. tom. I. et in tom. II. in Aphthonii progymnasmata commentarii graeci auctoris anonymi, Syriani, Sopatri, Marcellini commentarii in Hermogenis rhetorica, 1509. fol. — gr. cum Hermogene, Florent. ap. Juntam 1515. 8. — gr. cum versione *Joach. Camerarii*, Lips. 1567. 1570. 1588. 8. — gr. ex recensione *Franc. Porti*, cum Hermogene et Longino, Genev. 1569. 8. — gr. et lat. explicata, et nouis exemplis illustrata a *Christoph. Praetorio*, Francof. 1655. 8. — sed vtilior meliorque est editio, cum notis breuibus *Jo. Schefferi*, Vpsal. 1670. — rec. 1680. 8. adiunctis *Theonis* progymnasmat. — Melioribus editt. quoque adnumeratur edit. graeco-lat. cum *Francisci Scobarii* siue *de Escobar* versione et tabellis, decerptisque ex commentario Hadamarii notulis, ap. Commelin. 1597. 8.

8. Lugd. B. 1626. 8. et saepius. Adiunctae etiam sunt gr. et lat. eiusd. *Aphthonii* fabulae XL. numquam antea editae, cum versione *Jac. Kimendoncii.* — graece cum interpretatione lat. emendata etc. (cura *Dan. Heinsii:*) add. *Theonis* progymnasmatibus, Lugd. Bat. ap. Elzev. 1626. 8. — Praefationem ad Aphthonii progymnasm. *Montfauc.* in Bibl. Coisl. p. 590 sqq. et *Iriarte* in cat. Codd. msst. bibl. Matrit. p. 151 sqq. supplementum ad illam ediderunt.

5. *Theon,* cognomine Aelius, rhetor et sophista: de eius aetate vide ad §. antecedentem. Scripsit τέχνην περὶ προγυμνασμάτων· in quo libro ea, quae Hermogenes atque Aphthonius tradiderunt, luculentius explicat beneque illustrat. Graece primum, at minus emendate, prodiit Romae per Angel. Barbatum 1520. 4. — In Graecis plurima menda sustulit, et ad calcem editionis latinam versionem excudi fecit *Joach. Camerarius,* Basil. ap. Oporin. 1541. 8. In hac vtraque editione subiiciuntur quoque exempla progymnasmatum, quae tamen Libanium habent auctorem. Illa igitur resecuerunt *Dan. Heinsius* in edit. Leidensi cum Aphthonio, gr. et lat. 1626. 8. et *Jo. Schefferus* cum Aphthonio, Vpsal. 1670. et 1680. 8.

6. *Dexippus,* philosophus Peripateticus, Jamblichi discipulus, circ. a. Chr. 335. Defendit Platonem contra Plotini obiectiones in libris III. *quaestionum in Categorias,* qui hactenus latine tantum, *Jo. Bernardo Feliciano* interprete, prodierunt Venetiis ap. Hieron. Scotum 1546. fol. et 1566. fol. vna cum Porphyrio in Categorias, et separatim Paris. 1549. 8. ap. Vascosanum. — Ex cod. gr. Matritensi, qui continet *Dexippi* dubiorum et solutionum in Aristotelis categorias capita XL. indices primi et secundi libri capitum, tamquam graeci operis specimen, graece edidit *Iriarte* in Catal. Mss. bibl. Matrit. p. 274 sqq. — Diversus

verſus a *Dexippo Herennio*, a. 267. de quo v. ſupra in ſect. II. §. 85.

7. *Gabrias* ſiue *Babrias*, vti vulgo nominabatur, ſed rectius *Babrius*. Eius aetas a *Saxio* in Onom. lit. I. p. 402 ſq. et aliis ad ſaeculum quartum medium referri ſolet. Vide ſupra cap. II. ſect. I. §. 71.

8. *Libanius*, Sophiſta, Antiochiae a. Chr. 314. natus et ex familia nobili ortus, et idolorum cultor, *Zenobio*, ſophiſta Antiocheno *), aliisque vſus eſt praeceptoribus, maxime autem ex lectione veterum ſcriptorum et conſuetudine cum aliis philoſophis comparare ſibi ſtuduit bene ornateque dicendi facultatem; qua poſtea magnam nominis gloriam multosque admiratores, in his Julianum imperat. non minus, quam multos inuidos atque obtrectatores nactus eſt. Hinc varia fata Athenis, Nicomediae, praeſertim Conſtantinopoli habuit. Poſt Galli imperatoris obitum in vrbe patria ab a. 354. reliquum vitae transegit, et poſt a. 386. denatus eſt. Permulta ſcripſit: progymnaſmata, orationes, declamationes atque epiſtolas. In iis, quae ſuperſunt, atticae quidem dictionis atque elegantiarum ſtudium et fertile ingenium cognoſcimus, atque vel noſtra aetate eorum lectio ad copiam linguae gr. rerumque, et ad illuſtrationem hiſtoriae illius aeui ac veterum auctorum gr., inprimis poetarum, plane eſt commendanda; at enim, quod Libanius argutias, antitheſes, artem ſophiſticam et ſublimitatem declamatoriam plus iuſto venatus eſt, naturalem veterum atticorum ſcriptorum pulcritudinem ac ſuauitatem valde

*) De quo *Reiske* ſcripſit commentation. Lipſ. 1759. 4. et *Libanii*, qui mortuum Zenobium oratione funebri laudavit, epiſtolam, in qua is vltimos vitae Zenobii annos copioſius perſequitur, graece cum verſione lat. ſubiunxit.

de deſideramus. — Quaedam *Libanii* opuſcula, gr. cura *Soteriani Capſalis*, Ferrariae 1517. 4. — De aliis quorumdam et ſingularium edd. antiquis v. *Panzeri* Ann. typogr. VII. 114, 387. VI. 443, 12. VI. 230, 421. p. 394, 424. etc. — Progymnaſmatum, nec vero omnium, exempla cum Theonis progymnaſmatis, veluti eiusdem auctoris, gr. et lat. edidit *Joach. Camerarius*, Baſileae 1541. 8. — *Feder. Morellus* varia ſeparatim edidit ab an. 1603—1616. plura autem, n. praeludia oratoria LXXII. declamationes XLV. et diſſertatt. morales, collegit ediditque primum e codd. gr. latine vertit: adiectae ſunt notae et variae lectt. cum duplici indice, Pariſ. 1606. ap. Claud. Morell. fol. Dein pari modo ille primum e codd. gr. at mendoſis et lacunarum plenis, euulgauit et lat. vertit *Lib.* Oratt. XXXVI. acc. monodiae, inuectivae, ecphraſes, nouae, Lutetiae 1627. fol. — Orationes IV. de patrociniis etc. nunc primum editae, quibus adiuncta eſt quinta, iam edita etc. gr. cum verſione notiſque *Jac. Gothofredi*, Geneu. 1631. 4. — Eaedem recuſae: accedit quinta, nunc primum edita, inter *Gothofredi* Opuſcula, Genev. 1641. 4. et inter eiusdem Opp. iuridica minora, Lugd. B. 1733. fol. p. 350 ſqq. — Oratt. XVII. *Ant. Bongiouanni* primum e msstis codd. eruit, latine vertit, notisque illuſtrauit, Venet. 1754. 4. — Argumenta orationum Demoſthenis, gr. cum Demoſthene, Venet. ap. Aldum 1504. fol. — item gr. ac lat. cum notis *Hier. Wolfii*, cum eiusd. Demoſthene, Francof. 1604. fol. — *Eine Rede des Libanius, zum erſtenmale aus einer Handſchr. der Bibl. zu München abgedruckt*, cura *E. C. Reiskiae*, Lipſ. 1775. 8. — In Anecdotis litterariis e msstis codd. erutis, vol. I. Romae 1773. 8. p. 1 ſqq. in lucem prolatum eſt ex cod. Medic. Laurent. fragmentum anecdot. orationis *Libanii* ad Antiochenos de Juliani imperat. ira,

ira, gr. cum vers. lat. P. *Philippi Angelici Becchetii;* et aliud fragment. cum versione *Amadutii* vol. II. p. 1 sqq. — Aristidis orat. aduersus Leptinem, *Libanii declamatio pro Socrate,* Aristoxeni Rhythmicorum elementor. fragmenta: ex bibl. Ven. D. Marci nunc primum edid. lat. vertit notasque addidit *Jac. Morellius,* Venetiis 1785. 8. — *Jo. Jac. Reiske,* de Libanio inprimis meritus, in quinto vol. Animaduersionum ad graecos auctores p. 1 sqq. coniecturas sagaces, nec raro audaciores, atque alias varii generis obseruatt. ad Libanii orationes et declamationes scripserat et quasi promulsidem dederat futurae editionis, in qua curanda multum temporis consumsit, et ex sex codd. msstis vulgatas, ordine tamen mutato, tam correctiores, quam pleniores edere, et quinque orationes anecdotas primum inserere instituit. Sed post eius demum mortem vxori eius doctissimae, *Ernestinae Christinae Reiskiae,* licuit prelo subiicere opus, cuius primum volumen, splendido vestitu ornatum, est inscriptum: *Libanii Sophistae orationes et declamationes, ad fidem codd. Msst. recensuit et perpetua adnotatione illustrauit J. Jac. Reiske,* Altenburgi 1784. m. 4. gr. Praefata est *Reiskia,* et praeter alia repetiit titulos et fragmenta earum, partim ineditarum, declamationum, quas *Villoison* in Anecdotis graec. tom. II. p. 11 sqq. ex Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾷ excerpserat. Illa autem editio splendida, ideoque cara, quum pauciores reperisset emtores: librarius opus in chartis octoplicatis iterum formulis typographicis describere et continuare coepit. Sic prodierunt quatuor voll. ab a. 1791—1797. mai. 8. Eadem doctissima foemina in libro, *Zur Moral* inscripto, Lips. 1782. 8. p. 93 sqq. quasdam *Libanii* declamationes atque epistolas, et in libro *Hellas,* Lips. 1791. 8. quinque oratt. germanice vertit. — *Siebenkees* in Anecdotis gr.

I. 75 sqq. quasdam Libanii oratt. primus quoque in lucem protulit. — Multas *Libanius* reliquit epistolas, quarum nonnullae passim sunt editae *); sed pleniores ac recentiores edition. indicabo: *Carolus Jesper. Benzelius* in disputat. praeside Jo. Engestroehm ventilata, edidit *Viginti Libanii rhetoris epistolas adhuc ineditas* **) *cum versione ac notis*, Londini Gothorum 1735. 4. — *Jo. Christoph. Wolfius* primum *Epistolarum* adhuc non editarum *centuriam* selectam edidit cum versione notisque: appendicis loco suppletur ex Ms. lacuna, quae deprehenditur in orat. Libanii in necem Juliani imp. dicta, Lips. 1711. 8. tum alias epp. in Anecdotis graecis sacris et profanis, tom. II. et III. Hamburgi 1722. et 1723. 8. — Denique lucem adspexit editio ab copia epistolarum, (sunt vero MDCV. quarum vix duae et dimidia centuriae lucem antea viderant,) non minus, quam ab eruditione editoris, nitore litterarum et vestitus elegantia imprimis commendabilis: *Libanii sophistae Epistolae*, quas nunc primum maximam partem e variis codd. manu exaratis edidit, latine conuertit et notis illustrauit *Jo. Christoph. Wolfius*. Acc. in calce eiusd. *Libanii epistolae* a *Francisco Zambicario* olim lat. conversae et Cracouiae (1504. 4.) primum editae, heic autem integra propemodum centuria ex Ms. auctae. Amstelod. 1738. fol. In Wolfii tamen edit. deest epistola Libanii ad Julianum responsoria. Juliani epistola est tertia in ed. Lipsiensi 1696. fol. p. 374. ac *Libanii* responsionem ex codd.

*) Vide *Panzeri* Annal. typogr. tom. IV. p. 152. nr. 717. tom. VI. p. 230. nr. 421. pag. 449. nr. 13. et p. 481. nr. 275. tom. VII. p. 495. nr. 1. tom. IX. p. 553. nr. 1. atque Noriberg. *Litter. Blätter*, 1804. nr. 12. p. 188 sq.

**) Illarum tamen prima et secunda ad Basilium a *Cotelerio*, quarta ad Julianum a *Feder. Morello* iam antea vulgatae erant.

codd. Augustano et Mosquensi graece publicauit notisque instruxit *Christi. Frid. Matthaei* in Lips. *Allg. litter. Anzeiger* 1801. nr. 41. Idem emendat locum epistolae 1544. ed. Wolfii et 46. epistol. inter epistolas Juliani. — Conf. *Bergeri* diss. VI. de Libanio, Witteberg. 1696—1698. 4. *)

9. *Aristaenetus*, Nicaea-Bithynus, deorum cultor, et Libanii familiaris. Periit a. C. 358. tremore telluris Nicomediensis oppressus. Huic Aristaeneto tribui solent libri duo *epistolarum amatoriarum*; nec tamen desunt, qui illas ei suppositas esse sentiant et sophistae cuidam tribuant. Ingenium quidem saeculi et sophistae produnt; suaues tamen sunt et amoenae, floribusque Platonis, Luciani, Philostrati aliorumque ornatae. Quisquis auctor est, saepe Alciphronem imitatur, vel in quibusdam locis ad verbum exscripsit. Princeps editio, ex cod. autem mendoso, est cum epitaphiis heroum, siue peplo Aristotelis, non Stagiritae, ex bibliotheca *J. Sambuci*, Antwerp. ex officina Chr. Plantini, 1566. mai. 4. — Postea *Jos. Mercerus* eas latine vertit, (sed aliquoties discessit a lectione Sambuciana,) notasque adiecit eruditas, Paris. 1595. (al. 1594. aut 1596.) 8. rec. 1600. 1610. et 1639. 8. — *Aristaeneti* epp. graecae, cum versione lat. et notis Josiae Merceri, curante *Jo. Cornelio de Pauw*, cuius notae accedunt, Traiecti ad Rh. 1737. 8. et, mutata forsan tantum prima pagina, 1738. — Nouam recensionem et criticam edit. curauit *Frider. Ludov. Abresch* cum emendationibus ac coniecturis *Jos. Merceri*, *Jo. Corn. de Pauw* etc. nec non ineditis antehac *Jac. Tollii*, *Jac. Phil. D'Oruillii*,

*) Add. omnes *Libanii* epistolas fuisse CPoli in bibl. *Manuelis Eugenii*. vid. *Groschuf* collect. libror. rariorum fasc. III. p. 431. in catalogo librr. Msst. qui CPoli apud Christianos olim adseruabantur. Hal. 1709. 8.

lii, *Lud. Casp. Valckenarii* aliorumque, et suas Lectiones *) addidit, gr. cum breuibus notis criticis, Zwollae 1749. min. 8. — Ab eodem *Abreschio* paullo post euulgatus est libellus: *Virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti epistolas coniecturae*, communicatae cum editore nouissimo, qui suas notas adiecit. Acc. *Claudii Salmasii* et *Thomae Munckeri* notae ad Aristaenet. Amstel. 1752. 8. — Specimen nouae editionis epistolarum *Aristaeneti.* Acc. *Jo. Baptist. Bolla* iambi graeci in Pantomimam Vigano: cura *Frid. Jac. Bast.* Vindobonae 1796. 8. Speciminis loco sunt epistolae 27. et 28. libri I. cum noua versione lat. et commentario typis expressae. — Mere graeca, sine notis est editio: Ἀρισαινέτου ἐπισολαὶ ταννῦν ἑλληνισὶ μόνον ἐκδίδονται etc. cura *Polyzois Kontou*, natione Graeci, Vindob. 1803. 8. De qua editione copiose eruditeque iudicat, varias lectiones, quas Polyzoes vel ducibus aliis vel de sua coniectura rescripsit, sub examen vocat, et permulta Aristaeneti loca per totum librum modo, ex codice potissimum Vindobonensi, emendat, modo explicat illustratque et fragmentum epistolae cuiusdam, si illa vera est, quod Polyzoes ex codice, in Graecia reperto, primus in lucem protulit, correctius repetit promittitque editionem Aristaeneti iam dudum praeparatam publicare *Frid. Jac. Bastius* in Epistola critica **) — super Antonino Liberali, Parthenio et Aristaeneto, cum auctoris emendationibus et additamentis msstis, e lingua gallica in latinam versa a *Carolo Alberto Wiedeburg*, cum tabula aeri incisa, Lipsiae

*) Nam ab *Abreschio* simul editi sunt eodem anno cum peculiari inscriptione: *Lectionum Aristaenetearum libri duo*, in quibus copiosius explicuit epistolas.

**) Quae primum in lingua gallica conscripta prodiit Paris. 1805. 8.

Lipſiae 1809. 8. p. 251 ſqq. — In linguam germanicam transtulit Ariſtaeneti epiſtolas *J. Fr. Herel*, Altenburg. 1770. 8. — E gallicis verſionibus eſt omnium epiſtolarum Ariſt. et ſelectarum Alciphronis interpretatio, Londini 1739. 12. notanda.

10. *Valerius Harpocration*, Alexandrinus, rhetor ſeu grammaticus: *Saxio* in Onom. lit. tom. I. p. 407. aliisque Libanio aequalis, aliis ante an. 169. vixiſſe videtur. Scripſit *Lexicon decem oratorum graecorum*, rhetoribus potiſſimum intelligendis deſtinatum, quod etiam admodum vtile eſt ad intelligentiam graecae linguae atque antiquitatis. Primus id edidit Aldus, Venet. 1503. fol. vna cum Vlpiani rhetoris commentariis in Demoſthenem: deinde minus emendate iterum ibid. 1527. fol. Tum graece *Philipp. Mauſſacus* e codd. multo emendatius cum notis ſuis doctis et diſſertatione critica de auctore et de hoc ſcribendi genere, Pariſ. 1614. 4. Poſtea graece et lat. *Nicol. Blancardus*, (qui ordinem vocc. libri facilius euoluendi cauſſa immutauit, Gronouio indignante et in praeſatione cum magna verborum acerbitate vituperante,) cum Mauſſaci notis et diſſertat. critica, ex auctoris ſchedis ſuppleta atque emendata: acceſſerunt *Henr. Valeſii* notae et animaduerſiones in Harpocrationem et Mauſſaci notas, Lugd. Batau. 1683. 4. — *Valeſii* notae etc. ſeparatim prodierant Lugd. Bat. 1682. 4. — Nouiſſima editio eſt: *Harpocrat. de vocibus liber ſiue lexicon in decem rhetores*: graece cum notis et obſeruationibus *Jac. Gronouii*, (qui duorum codd. lectionibus et obſeruationibus quorumdam doctorum hominum ad edit. Aldinam 1527. ſcriptis vſus, contextum emendauit:) accedunt *Henr. Stephani* ad locos Iſocrateos notae et animaduerſiones *Henr. Valeſii* etc. Lugd. Bat. 1696. 4. — Ἁρποκρ. καὶ Σουΐδα ἐκλογὴ περὶ τῶν παρ' Ἰσοκράτει λέξεων cum Iſocrate ap. Aldum,

dum, Venet. 1513. et 1534. fol. Basil. 1565. 8. et Henr. Stephan. 1593. fol. ex quarum edd. postrema Gronouius in sua edit. repetiit Stephani notas etc. — Multa Harpocrat. loca emendauit et illustrauit *Toup.* in Emendatt. in Suidam et Hesychium et alios Lexicographos graecos, vol. IV. ed. *Thom. Burgess*, p. 420 sqq. Oxon. 1790. 8. — Eidem *Harpocrationi Alexandrino Iriarte* in Catal. codd. gr. bibl. Matritensis p. 432 sqq. prologum II. in librum Kyranidum, inscriptum: Ἀρποκρατίωνος βίβλος ἀπὸ Συρίας θεραπευτική, h. e. *Harpocrat. liber medicinalis ex Syria*, tribuit, eumque euulgauit et pluribus illustrauit.

11. *Maximus*, Epirota, philosophus, astrologus, sophista et Juliani imper. magister. Vixit circa a. Chr. 357. et scripsit 1) *de obiectionibus insolubilibus ab oratore declinandis et eludendis*, quem libellum ediderunt *Car. Stephanus* cum Dionysii Halicarnass. epistola ad Pompeium, Paris. 1554. 8. et *Fabricius* cum versione lat. in B. Gr. vol. XI. p. 38 sqq. 2) *carmen de electionibus siue auspiciis actionum*, e cod. Mediceo cum versione lat. Jo. Rendtorfii edit. a *Fabricio* in B. Gr. IX. p. 320 sqq. vbi de auctore variorum iudicia adtuli. — Non miscendus est cum *Maximo, Ephesio*, itidem Juliani praeceptore.

12. *Flauius Claudius Julianus*, cognomine *Apostata*, philosophus, historicus et orator facundus, ingenio splendido: natus a. C. 331. vulnere in proelio contra Persas accepto, periit a. C. 363. Ab aliis nimis laudatur; ab aliis nimium vituperatur. Primum doctrinae et cultui christianorum innutritus erat: a quo tamen annos natus viginti occulte defeciuit, et Athenis ex consuetudine cum Maximo, philosopho Ephesio, aliisque deorum cultoribus, et ex lectione cum veterum auctorum classicorum, tum inprimis Libanii, cuius librorum sedulus erat lector atque in stilo vertendo imitator,

tor, amorem philosophiae eclecticae atque theurgiae non minus quam odium doctrinae christianae imbibit. *) Anno tamen Ch. 360. quum solus obtinuisset imperium, palam professus est deorum cultum, et christianam doctrinam scriptis oppugnauit, clausisque christianorum ludis, quovis modo exstirpare adnisus est. — Scripsit epistolas, orationes, satiras etc. Epistolas ad Jamblichum suspectas esse iudicat *Dodwell* exercit. II. de aetate Pythagorae p. 187. Sed v. *Fabric.* B. Gr. vol. V. p. 760 sqq. ibique meam notam *o.* et de epistolis Juliani *Fabr.* B. Gr. I. p. 680 sq. atque vol. VI. in cap. XLI. de illo imperatore, §. XIV. p. 731 s. — Atque *Jul.* epistolae IX. gr. primum editae sunt ab Aldo in Collect. epistolar. graec. Venet. 1499. 4. — *Misopogon et epp.* partim primum gr. et lat. edit. a *Petro Martinio*, Paris. ap. Andr. Wechel. 1566. 8. — Epistolae XLVIII. gr. et lat. in Collectione epistoll. graecar. Genev. 1606. fol. — Alii quasdam epistolas ediderunt. Epistolam LVIII. integram restituit et tres e Msst. eruit, graece et lat. cum notis suis *Ludov. Anton. Muratorius*, in Anecdotis graecis, Patav. 1709. 4. p. 326 sq. quas recudi fecit *Fabric.* in B. Gr. VI. p. 734 sqq. — Nonnullas Juliani epistolas, antea vel nondum editas, vel minus integre vulgatas, a Rostgaardo e codd. descriptas, publicauit *Fabric.* in Luce salutari p. 316 sqq. notisque illustrauit. — *Car. Cantoclarus* edidit et e tribus msst. recensuit, scholiis emendauit et latine vertit *Juliani Caesares*, Paris. 1577. 8. — *Juliani imper. Opera, quae exstant, omnia, gr. a Petro Martinio — lat. facta, emendata* et

*) Conf. *Ad. Rechenbergii* diss. de Juliani apostasia, Lipsiae 1684. 4. *Hiller.* de syncretismo Juliani, Witteberg. 1739. 4. Noriberg. *Litterar. Blätter*, 1804. nr. 12. p. 187 sq. vt multos alios omittam.

et aucta. — His accesserunt Epistolae aliquot nondum prius editae. (graece.) *Additus praeter ea est a Car. Cantoclaro liber eiusd. Juliani περὶ βασιλείας, et a Theodoro Marcilio ὕμνος εἰς βασιλέα Ἥλιον, ab iisdem recogniti et illustrati: vna cum variis lectionibus ex vetustis codd. msstis* Paris. 1583. mai. 8.*) — Meliorem latinam *Caesarum* versionem confecit ediditque *Petrus Cunaeus* in fine libri, inscripti: *Sardi venales: Satyra Menippea* etc. ex offic. Plantin. Raphelengii 1612. mai. 12. quae saepius repetita est typis. — *Opera* e codd. castigata, partim primum edita, gr. et lat. cum notis edidit *Dionys. Petauius,* Paris. 1630. 4. — *Juliani opera, quae supersunt, omnia et S. Cyrilli, Alexandrini archiepiscopi, contra impium Julianum libri decem.* Acc. *Dion. Petauii* in Julianum notae et aliorum in aliquot eiusd. imperatoris libros praefationes et notae. *Ezechiel Spanhemius* graecum Juliani contextum cum msstis codd. contulit, plures inde lacunas suppleuit et obseruatt. tam ad *Julianum,* quam ad Cyrillum addidit, cum indicibus. Lips. 1696. fol. Plura quidem emendauit aut suppleuit explicuitque Spanhem., sed tamen multa quoque in eo desiderant critici. — Idem *Spanhem. Caesares Juliani* in linguam gallicam transtulit, notis illustrauit et multis nummis aeri incisis ornauit, Heidelbergae 1660. 8. auct. Paris. 1683. 4. Elegantissima est editio Amstelod. 1728. 4. — *Caesares,* gr. et lat. Carolo Cantoclaro interprete, et cum illius scholiis, item cum notis *Frid. Sylburgii,* castigatius editi inter Sylburgii Scriptores hist. rom. tom. III. Francofurti 1590. fol. — Eosdem ex instituto et bibl. C. S. Liebe curate

*) De rara hac edit. aliisque edit. de Juliano etc. multus est *Stolle* in *Kurze Nachricht. von den Büchern und deren Urhebern* etc. tom. VI. p. 738 sqq. Jenae 1736. 4.

curate commodeque edidit, recenſuit ſuisque et aliorum notis atque imperatorum nummis ornauit, addidit quoque Cunaei latinam et Spanhemii gallicam interpretationes *Jo. Mich. Heuſinger*, Gothae 1736. et 1741. 8. — *Caeſares* et *Miſopogon* (ſatira in Antiochenos,) gr. cum verſione germanica notisque *Hermann. Jac. Laſii*, Gryphiswald. 1770. 8. — Ego vero gr. et lat. edidi notisque illuſtraui *Caeſares*, Erlangae 1785. 8. — *Caeſares* germanice verterunt *Jo. G. Lotter* in *den Schriften und Ueberſetzungen der deutſchen Geſellſchaft in Leipzig*, tom. II. p. 371 ſqq. et *(Chr. Godofr. Bardili,)* Halae 1788. 8. — *Encomium in ſolem* primus graece ex cod. edidit cum caſtigationibus ſuis *Theodorus Marcilius*, Pariſ. 1583. 8. — Fragmenta *operis aduerſus Chriſtianos*, at trium tantum librorum, *Dargenſius* excerpſit, contexuit, et integrum librum amiſſum reſtituiſſe, at perperam, ſibi perſuaſit, interdumque addidit quaedam in libro: *Défenſe du Paganiſme par l'Empereur Julien, en Grec et en François, avec des Diſſertations et des Notes pour ſervir d'eclairciſſement au texte et pour en refuter les erreurs, par Mr. le Marquis d'Argens*, Berol. 1764. 8. it. en françois avec de nouv. notes de divers aut. Berol. (Genev.) 1768. 8. — gr. et gallice, III. edit. auct. Berol. 1769. 12. II. voll. — *Juliani imper. in Conſtantii laudem oratio.* Gr. et lat. cum animaduerſſ. *Dan. Wyttenbachii:* acc. eiusd. epiſtola critica ad Dav. Ruhnken. Graeca recenſuit, notationem criticam indicesque adiecit *G. H. Schaefer.* Lipſ. 1802. m. 8. — *Wyttenbach* ſcripſerat epiſtolam criticam ſuper nonnullis locis *Juliani* imper. cum animadverſſ. in *Eunapium* et *Ariſtaenetum*, Gottingae 1769. 8. et eruditas animaduerſſ. in *Juliani* orat. I. in Bibl. critica Amſtelod. vol. III. part. I. p. 35 ſqq. et part. II. p. 1 ſqq. — Multis, qui de Juliano etc.

no etc. scripserunt, alibi a Fabricio et a me memoratis, add. *Petr. Zorn* in Epistolam Juliani ad Arsacium, Galatiae episcopum, Sedini 1729. 4. — *Gustav. Frid. Wiggeri* disp. de Juliano apostata, religionis christianae et Christianorum persecutore, Rostoch. 1810. 4. et *Sam. Traugott Mücke* progr. de Juliano imper. scholis Christianorum infesto, Schleusingae 1811. 4.

13. *Himerius*, ex Prusiade seu Cio ciuitate, Bithynus, sophista et grammaticus: post *Proaeresii* *) fata Athenis sedem fixit, ibique rhetoricae scholae publice praefuit. Fuit quidem deorum cultor, at, qui esset moribus mansuetis et mollibus, licet gloriosus sui ostentator, moderato animo egit cum Christianis. Sed eius vitam, fata, scripta, dicendi genus moresque vberrime exposuit *Gottl. Wernsdorf* in prolegomenis ad suam edit. p. XXXV sqq. isque coniicit, Himerium natum esse circ. a. Ch. 315. et exstinctum circ. a. C. 386. — Ex LXXI. eius *orationibus* et *declamationibus*, quas recensuit, et ex plerisque Excerpta dedit Photius codd. 165. 243. etc. docente Wernsdorfio, penitus perierunt decem et octo, reliquae aut integrae, nempe XXXII. aut in eclogis Photianis seruatae, n. XXI. supersunt. Insunt illis quidem quaedam vtilia cognitu, sed multo plura vitia dicendi. Nimis venatus est Himerius ornatum et colorem orationis, allegorias, antitheses

---

*) *Proaeresius*, cuius aemulus erat Himerius, fuit Sophista, christianus, et Athenis docuit, sed post Juliani legem contra christianos liberalium artium doctores scholam sponte deseruit, clarus circ. a. Chr. 360. et praeceptor Basilii ac Gregorii Nazianzeni, qui defuncti magistri sui honori scripsit epigramma, vulgatum a *Lud. Ant. Muratorio* in Anecdotis gr. Patav. 1709. 4. p. 1. et repetitum a *Fabricio* in B. Gr. VI. p. 137. Inter alia scripsit *Romae encomium*, ob quod statua ex aere ipsi posita est.

ſes aliaque, quae laudari non poſſunt. — Eclogas Himerii cum duabus Polemonis declamationibus et rhetoricorum progymnaſmatum exemplis, ex variis rhetoribus collectis, edidit *Henr. Stephanus* gr. 1567. 4. — *J. H. Maius* in Catalogo codd. Vffenbachianorum p. 586. inprimis p. 591. 606. 613. ex apographo vitioſe edidit tres oratt. cum verſione ſua et notis, a Wernsdorfio haud laudatis. — Idem *Maius* antea ediderat *Himerii Panathenaicum*, gr. cum quibusdam ex Anthologia inedita epigrammatibus gr. Gieſſae 1719. 8. — *Gottlieb Wernsdorf*, Profeſſor quondam Gedanenſis, multos annos in editione Himerii, quantum fieri potuit, plena paranda et comparandis ſubſidiis conſumſerat, et copioſiſſimos confecerat commentarios; quos vero, quum editio redemtoribus operis mole laborare videretur, poſtea contraxit: neque tamen opera placuit bibliopolis, nec Wernsdorfius laboris multorum annorum praemio laudeque viuus potuit frui. Eo demum mortuo, mihi contigit, vt *Himerii orationem, qua laudes vrbis CPoleos et Juliani Auguſti celebrantur*, cum Wernsdorfii animaduerſionibus, ex maiore illius commentario ſumtis nec editioni deſtinatis, ab eius heredibus acciperem; quam eo conſilio, vt deſiderium operis integri apud eruditos hac quaſi promulſide excitarem, in lucem emiſi, Erlangae 1784. min. 8. — Tandem plenior editio, curante fratre illius *Jo. Chriſtiano Wernsdorf.* Profeſſore Helmſtad. cum commentariis valde caſtigatis e carceribus quaſi emiſſa lucem adſpexit, inſcripta: *Himerii Sophiſtae* quae reperiri potuerunt, videlicet Eclogae (XXXVI.) e Photii Myriobiblo repetitae, et Declamationes (XXXIV.) e codd. Auguſtanis, Oxonienſibus et Vaticanis tantum non omnes nunc primum in lucem prolatae: accurate recenſuit, emendauit, latina verſione et commentario perpetuo illuſtrauit, deni-

denique dissertat. de vita Himerii praemisit *Gottlieb Wernsdorfius*, Gottingae 1790. mai. 8.

14. *Themistius*, propter eloquentiam, elegantiam copiamque orationis et oris suauitatem Εὐφραδὴς, *Euphrades* cognominatus, Paphlago, ex loco ignobili. Sub imperatoribus, quibus, licet deos coleret, erat iucundus, Constantio, a quo in Senatum cooptatus a. C. 355. et ob panegyricum imperatori dictum statua aerea donatus est, et Juliano, a quo a. C. 362., iterumque a Theodosio M. a. 384. praefectura vrbis CPolis est ornatus, atque vsque ad primordia Arcadii eloquentiae atque philosophiae laude eminuit. In philosophandi ratione ita sectatus est peripateticos, vt pythagoricam disciplinam et Platonem, cuius eloquentiam inprimis studuit imitando adsequi, haud negligeret. Primum CPoli viginti annos docuit philosophiam; dein, honorifice inuitatus, Romam transtulit domicilium, at breui post reuertit CPolin, vbi postea sedem fixit perpetuam. — Superstites sunt Orationes XXXIII. et paraphrases quorumdam Aristotelis librorum. — Primum octo tantum *Themistii* orationes, curante *Victore Trincauello*, cum quibusdam *Alexandri Aphrodisiensis*, gr. prodierunt Venet. in aed. hered. Aldi Manutii, 1534. fol. — Has latine vertit *Hieron. Donzelinus*, Basil. 1559. 8. — *Orationes* XIIII. harum sex posteriores nouae; ceterae emendatiores prodierunt, cum lat. interpretatione, a. 1562. exc. Henr. Stephan. 8. — Easdem sex orationes, a Stephano primum promulgatas, *Georg. Remus* cum lat. versione sua et notis iterum prelo subiecit, praefixa in fronte inscriptione, *Orationes sex augustales*, et adiunxit latine ex Andr. Dudithii versione orationem ad Valentem, quae in Harduini edit. est XII. Ambergae 1605. 8. — rec. sub titulo: *Thesaurus principum, in quo dissertationes politicae*

cae

cae — a Themiſtio Euphrada exhibentur etc. Francofurti 1614. 4. — *Dionyſ. Petauius* gr. cum verſione ſua et notis praeter quindecim hactenus memoratas orationes, Flexiae 1613. 8. publicauit alias duas, quarum priorem (in Harduini ed. VI.) iam antea, ſed perperam Syneſio tributam, *Feder. Morellus* gr. et lat. Pariſ. 1604. 8. ediderat. — Quinque orationes non editae, gr. cum interpretatione *Petri Pantini*, et viri eruditi, (qui Dan. Heinſius fuiſſe dicitur,) notis. Lugd. Bat. 1614. 8. — Poſtea idem *Petauius* pleniorem curavit editionem: Orationes XIX. gr. et lat. coniunctim editae. *Dion. Petauius* magnam illarum partem latine reddidit, reliquarum interpretationem recenſuit, notis vniuerſas atque emendationibus illuſtrauit, Pariſ. 1618. 4. — Pleniſſima hucusque eſt editio: *Orationes XXXIII.* e quibus tredecim nunc primum in lucem editae. *Dionyſius Petavius* latine plerasque reddidit, ac fere vicenas notis illuſtrauit. Acceſſ. ad easdem XX. orationes notae alternae, ad reliquas tredecim perpetuae obſeruationes *Jo. Harduini*, (qui orationes ordine longe alio diſpoſuit.) Pariſ. 1684. fol.

Male quidam confuderunt noſtrum cum *Themiſtio*, Agnoetarum ſectae conditore et Alexandrinae eccleſiae diacono, qui vixit circ. a. 519. imperante Juſtino.

15. *Oribaſius*, Zenobii Cyprii diſcipulus, Juliani imp. fuit archiater: ab eius autem ſucceſſore, Valentiniano imp. omnibus opibus privatus, in exſilium miſſus, ſed tandem reuocatus eſt, et in ſumma vixit auctoritate. Fuit compilator: Juliani enim iuſſu ex Medicorum operibus conſarcinauit *Excerpta*, quae quia conſtitere LXX. libr. ἑβδομηκοντάβιβλος inſcripta ſunt. Horum nonnulli graece, nonnulli autem ex latina interpretatione exſtant. Ex illo opere confecit Oribaſius *Synopſin*, ad filium Euſtathium, et in libros

IX.

IX. contraxit: quae exſtat ex verſione lat. *Jo. Baptiſtae Raſarii,* Venet. 1553. 8. Lutet. 1554. 8. Scripſerat quoque εὐπορίςων, *de medicamentis facile parabilibus, libr. IV.* Equidem h. l. quasdam tantummodo memorabo editiones. *) — *Oribaſii opera, quae extant, omnia,* tomis III. latine, *Jo. Bapt. Raſario* interprete, Baſil. 1557. 8. et in Medicae artis principibus, ap. Henr. Stephanum, tom. I. p. 769. — *Collectorum medicinalium libri XVII.* qui ex magno LXX. librorum volumine ad noſtram aetatem ſoli peruenerunt, latine, *J. Bapt. Raſario* interprete. Pariſ. ex offic. Aldina ap. Bernhardin. Turriſanum. 1555. 8. — *Collectorum* libri V. capita priora ſex et libri primi ad Eunapium cap. XIV. de aquis, vna cum Galeni, Ruſi, Dioclis et Athenaei medici fragmentis, gr. et lat. curante *Auguſtino Riccio,* Romae 1543. 4. — *Anatomica* ex libris Galeni, cum verſione lat. J. B. Raſarii, curante *Guil. Dundaſs,* cuius (et in calce *C. A. Dukeri,*) notae accedunt, Lugd. Bat. 1735. 4. — In *Ant. Cocchii* veterum medicorum chirurgicis, antehac ineditis, Florent. 1754. fol. e membranis Florentinis ſunt quaedam Oribaſii fragmenta gr. et lat. n. collectionis medicinalis LXX. librorum quadrageſimus ſextus de fracturis; lib. XLVII. de articulis excidentibus, et fragmenta quaedam e libris de laqueis et machinamentis. — D. *Chriſtian Godofr. Gruner,* qui notitiam dedit cod. Moſquenſis ſ. ſynod. in *Baldingeri Magazin für Aerzte,* part. II. p. 183 ſqq. edidit in progr. inſcripto: *Variae lectiones Xenocrateae,* Jenae 1777. ope Matthaei ex illo cod. VV. LL. fragmenti cuiusdam Xenocratis, Aphrodiſienſis, medici, ab Oribaſio ſeruati graece, et a Fabricio poſt

*) Conf. *Haller.* in Biblioth. chirurg. tom. I. p. 95 ſqq. et in Bibl. anatom. tom. I. p. 113.

poſt Gesnerum limatius exhibiti, adpoſitis lectionibus Fabriciani contextus et Voſſiani codicis. Ab eodem *Grunero* ex cod. Moſquenſi primum ſunt euulgati in programmatibus *Oribaſii* medicinalium collectorum liber primus, gr. et lat. Jenae 1782. 4. et *Oribaſii* medicinal. collectorum lib. I. et II. atque aliud fragmentum, gr. et lat. ibid. eod. anno. — Ipſe vero *Chriſti. Frid. de Matthaei XXI. veterum et clarorum medicorum Graecorum varia opuſcula* primo nunc ex *Oribaſii* cod. Moſquenſi graece edidit, interpretationem lat. Jo. Bapt. Raſarii, it. animaduerſſ. et indicem vocabulor. adiecit, cum tabula aenea, Moſcov. 1808. mai. 4.

16. *Diophantus*, Alexandrinus, mathematicus et Algebrae praecipuus auctor. Themiſtii aetate, circ. a. C. 362. ſub Juliano imp. eum floruiſſe, ex Montucla in Hiſtoria matheſeos, Pariſ. 1758. 4. tom. I. part. I. p. 315. et Gerard. Meermanni praef. Speciminis calculi fluxionalis, Lugd. B. 1742. 4. * 3 ſq. probat *Saxius* in Onom. lit. part. I. p. 417. *Hamberger* autem in *Zuverläſſ. Nachr.* vol. II. p. 335. aliique eius aetatem referunt ad a. C. 160. Scripſit *Arithmeticorum libros* XIII. quorum ſex hodie ſuperſunt, et *librum de numeris polygonis* ſiue *multangulis.* Illos primum latine vertit, commentaria adiunxit ediditque *Guil. Xylander*, Baſil. 1575. fol. dein graece et lat. cum commentariis *Gaſpar. Bachet. Meziriacus*, Lutet. Pariſ. 1621. fol. — gr. cum *Bacheti* interpretatione lat. notisque, Toloſae 1670. fol. item cum aliis breuibus *Paulli de Fermat* obſeruatt. praefixo eiusdem inuento nouo doctrinae analyticae, quod ex epiſtolis eius, ad ſe ſcriptis, collegit *Jac. de Billy*, cuius Diophantus rediuiuus prodiit Lugd. 1670. 8. etc. — *Diophantus über die Polygonalzahlen, überſetzt mit Zuſätzen von Frieder. Poſelger*, Lipſ. 1810. 8.

cum excerptis ex *Theonis* scriptis de numeris etc. ed. Bullialdi.

17. *Sallustius*, a. Ch. 363. dignitate consulis ornatus: philosophus, et platonicam philosophandi rationem sectatus esse videtur. Scripsit subtilem *de diis et mundo* libellum, quem cum *Leonis Allatii* lat. versione et notis *Lucae Holstenii* primus edidit *Gabriel Naudaeus*, Romae 1638. 12. quae editio repetita est Lugd. 1639. 12. et a *Thoma Galeo* in Opusculis mythologicis, physicis et ethicis, gr. et lat. Cantabrig. 1671. 8. et Amstelod. 1688. 8. notis ipsius interspersis. — *Germanice* vertit *Schultess*, Tiguri 1729. 8. — *gallice* vertit et illustrauit *Formey*, Berolini 1748. 8. — *anglice*, *Thom. Taylor*, cum Procli Hymnis, Londin. 1793. 8.

18. *Caesarius*, frater episcopi Gregorii Nazianzeni natu minor. Alexandriae philosophiam et artem medicam didicit: posthaec a. Chr. 362. Juliani imper. archiater et Bithyniae quaestor dictus est: vita decessit a. C. 369. Sub nomine eius circumferuntur *Quaestiones theologicae et philosophicae* CXCV. — *Elias Ehingerus* quaestiones 78. quas quidem habuit genuinas, primus e cod. Bauar. et Augustano gr. *) edidit Aug. Vindel. 1626. 4. tum CXCV. graece et lat. publicauit *Franc. Ducaeus* in Auctar. Bibl. P. P. tom. I. Bibl. P. P. Paris. 1654. tom. XI. — Eaedem in Bibl. P. P. max. tom. V. p. 751.

Vindicianus, Valentiniani I. Aug. comes archiatrorum, circ. a. Ch. 372.

19. *Paullus*, Alexandrinus, astrologus et philosophus, scripsit a. Ch. 378. *Introductionem in doctrinam de viribus et effectis astrorum*, graece

*) Quibusd. exemplaribus adhaerere videtur *Jo. Leunclauii* interpretatio. V. *Hamberger. Zuverläss. Nachricht.* tom. II. p. 767 sqq.

ce editam cum versione *Andr. Sohatonis*, Witteberg. 1586. 8. et *Rudimenta in doctrinam de praedictis natalitiis — primum gr. et lat.* etc. inscripta, denuo correcta, ibid. 1588. 4.

Sophronius, familiaris et amicus *Hieronymi*, qui in Catalogo de viris illustribus a. 392. eum laudauit, et quaedam eius scripta, quae vero hodie non exstant, nominauit, vnde *Saxius* in Onomast. I. p. 442. colligit, Sophronium forsan a. Ch. 381. potissimum fuisse clarum.

20. *Ammonius*, Alexandrinus, Grammaticus, idolorum cultor et *πιθήκου*, *simiae*, sacerdos, vixit circa a. 389. Scripsit *de adfinium vocabulorum differentia*, *περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων*, librum lexici more conscriptum, critico et grammatico perquam vtilem et necessarium, et saepius editum, qui quoque variis adhaeret lexicis. Editionum vero tres classes constitui possunt, Aldina, Stephaniana et Valckenariana. Ex Aldina officina bis prodiit Ammonii liber: 1) cum *Dictionario graeco-latino*, secundum ordinem alphabeti, et *Cyrilli* opusculo de dictionibus, gr. et lat. quae sequitur *Ammonius de differentia dictionum per litterarum ordinem, graece* etc. Venetiis 1497. fol. 2) Altera editio interdum dissidet a priore, et auctior est collectio Grammaticorum: *Dictionarium graecum* etc. — *Ammonius*, — *Orbicius*, — *Corinthus*, — *Herodianus*, — *Thom. Magister*, — *Phrynichus* et alii. Venet. in aedibus Aldi et Andr. Asulani soceri, 1524. fol. Illas editt. Ammonii sunt plures subsequutae, mutationibus interdum a correctoribus bene maleue factis: Aldina tamen prima excepta, omnium editionum ante Stephanum optima fuit a *Jo. Frellonio* Lugduni 1553. f. curata. Contra ab Aldina prima *Henr. Stephanus*, qui in Adpendice thesauri L. Gr. col. 45 sqq. a. 1572. fol. dedit Ammonium, quam longissime recessit. — *Ammo-*

nii liber quoque repetitus est graece a *Bonauent. Vulcanio* in opere: Thesaurus vtriusque linguae, h. e. *Philoxeni* aliorumque veterum author. Glossaria latino - graeca et graeco - latina etc. Lugd. Bat. 1600. fol. col. 763 sqq. qui notas subiecit ad calcem, col. 107 sqq. — Optima tamen editio, a Valckenario seorsim curata: *Ammonius de adfinium vocabulorum differentia.* Accedunt opuscula nondum edita, *Eranius Philo* de differentia significationis; *Lesbonax* de figuris grammaticis; incerti scriptoris *) de soloecismo et barbarismo; Lexicon de spiritibus dictionum ex operibus *Tryphonis*, *Chaerobosci*, *Theodoriti* etc. selectum. *Ammonium* ope Msti, primae editionis Aldinae et aliunde emaculauit et notis illustrauit: reliqua ex codd. Mss. bibliothecae Lugduno-Batauae nunc primum vulgauit *Ludov. Casp. Valckenaer.* Lugd. Bat. 1739. 4. Accessit tamquam tom. II. opus doctissimum: *L. C. Valcken.* animaduersionum ad *Ammonium Grammatic.* libri III. in quibus vett. scriptorum loca tentantur et emendantur. Acc. specimen scholiorum ad Homerum ineditorum ex cod. Vossiano bibl. Lugd. B. ibid. — Probabilis et commoda est editio, ex Valckenariana ducta, paucis tamen locis mutata, quam cum selectis Valcken. notis atque animadversionibus curauit, suasque adiecit obseruatt. *Christoph. Frider. Ammon*, Erlangae 1787. 8. graece. Idem antea in disputat. me praeside ventilata et inscripta: Animaduersionum in quaedam Ammonii grammatici loca spicilegium, praemissa breui de vita eius disquisitione, Erlang. 1786. 4. dederat promulsidem. Plures autem VV. DD. et ante editionem

*) Verum auctorem esse *Herodianum Aelium*, grammaticum, ex cod. Veneto Marc. 512. docuit, et ex codd. Venet. varias suppeditauit lectt. *Villoison* in Anecdot. gr. tom. II. p. 175 sqq.

tionem Valckenar. et postea multa Ammonii loca correxerunt aut illustrarunt.

21. *Heliodorus*, Emesenus Phoenix, episcopus Tricensis Thessaliae, floruit circa a. C. 390. Multa de eo quidam fabulati sunt. Admodum iuvenis scripsit *Aethiopicorum libr.* X. siue fabulam elegantem, maximam partem bene disertam, episodiis variis iucundis exornatam, amorum Theagenis et Charicleae, quae filia fuisse fingitur reginae Aethiopiae. Castitate superat reliquos eroticos gr. auctores; ingenio tamen et dictionis virtutibus *Longo* inferior esse videtur. — Primum graece prodiit Heliodorus, Basileae, ex officina Heruagiana cum praefat. *Vincentii Obsopoei*, 1534. 4. — Tum libri X. collatione Msstorum emendati et multis in locis aucti *Hieronymi Commelini* opera, gr. cum varr. lectt. et notis criticis et cum versione lat. *Stanislai Warschewiczki*, ap. Hier. Commelin. 1596. 8. rec. Lugd. 1611. 8. (Interpretis lat. nomen ab aliis scribitur *Warsichewiczi* aut *Warschawizki*, et eius versio lat. primum prodiit Basil. per Jo. Oporin. 1552. fol.) — gr. cum versione Warschew. emendauit (aut emendare voluit: nam vitiosa est edit.) suppleuit ac libros decem animaduersionum adiecit *Jo. Bourdelotius*, Lutet. Paris. 1619. 8. — Repetitionem edit. Commel. cum V. L. et notis illi subiectis curauit *Dav. Pareus*, Francof. 1631. 8. — Editionem Bourdel. sed nouis mendis inquinatam, recudi fecit *Jo. Petr. Schmidius*, gr. Lipsiae 1772. 8. Melior est editio, inscripta: Ἡλιοδώρου — Textum recognouit selectamque lectionis varietatem adiecit *Christ. Guil. Mitscherlich*, gr. et cum latina *Warschew.* versione, interdum mutata: I. II. partt. Argentor. e typographia societatis Bipont. anno VI. (1798.) m. 8. Exterior inscriptio est: *Scriptores erotici graeci*, vol. IIdum *Heliodorum* continens. — Optima editio curata est cum scho-

ſcholiis doctis, lingua graeca ſcriptis, et varietate lectionis ab Amyoto collecta, adhuc inedita, a *Diamantio Coray:* Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν βιβλία δέκα, ἃ χάριν Ἑλλήνων ἐξέδωκε μετὰ σημειώσεων, προςθεὶς καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀμιότου συλλεγείσας, τέως δὲ ἀνεκδότους, διαφόρους γραφὰς — Δ. Κοραῆς. Μέρος Α. περιέχον τὸ τοῦ Ἡλιοδώρου κείμενον. Μέρος Β. περιέχον τὰς εἰς τὸν Ἡλιόδωρον σημειώσεις. Pariſ. 1804. II. tom. 8. — Verterunt *germanice, C. W. Agricola*, Jenae 1750. 8. — fide venuſteque *Meinhardus*, Lipſ. part. I. 1766. part. II. 1767. 8. — idemque Hymnum in Thetin in *Schmidtii Anthologie* etc. in parte II. p. 339 ſq. a. 1771. 8. — *Gallice* plures, nouiſſime *Mercier*, abb. *de St. Leger*, in II. tomis, in: Bibliotheque des Romans, trad. du Grec, Pariſ. 1796. 1797. XII. voll. rec. 1798. — *Anglice*, vt antiquiores omittam, anonymus, Londini 1791. 12. II. voll. — Conf. *Saxii* Onomaſt. lit. I. p. 450 ſq. et *Manſo* in *Vermiſchten Schriften*, part. I. II. Lipſ. 1801. 8. qui in parte II. egit de Heliodoro, huiusque libros in compendium redegit, et *Frider. Jacobs* Epiſtolae duae criticae, vna ad J. G. Schneider de *Aeliano et Philoſtrato;* altera ad Doct. Coray de *Heliodoro*, Jenae 1804. min. 8. — Incerta fide tribuitur noſtro *carmen chemicum* verſibus iambicis, quod *Fabric.* in B. Gr. vol. VIII. p. 119 ſqq. graece vulgauit, cui ego varias cod. Leidenſis lectiones ſubieci.

22. A ſuperiore diuerſus eſt *Heliodorus, Lariſſaeus*, (qui etiam in codd. quibusdam vocatur *Damianus Heliodorus*,) mathematicus, incertae aetatis. Sub eius nomine *Optica* ſiue Κεφάλαια τῶν Ὀπτικῶν edita ſunt gr. et lat. Florent. ap. Juntas, 1573. 4. — rec. gr. et lat. opera *Frid. Lindebrogii*, Hamburgi 1610. 4. — et in *Thom. Galei* opuſculis mythologicis, phyſicis et ethicis, Cantabrig. 1670. 8. (ſed omiſſa ſunt in Gal. edit. Amſte-

Amſtelod. 1688. 8.) — Pleniora, et in duos diſtincta libros cum interpretatione et animaduerſſ. *Eraſmi Bartholini*, Pariſ. 1657. 4. In catal. bibl. Leid. p. 170. occurrit editio: *Damiani Heliodori* de opticis libri II. gr. et lat. per *Eraſmum Bartholinum*, cum huius animaduerſſ. Pariſ. 1607. 4. — *Heliod.* capita opticorum graece edidit, vertitque latine et illuſtrauit *Anton. Matanus*, Piſtorii 1758. 8. et p. 37 ſqq. addidit diſſertat. epiſtolarem de Heliodoro Lariſſaeo.

23. *Pappus*, Alexandrinus, inſignis philoſophus et mathematicus; vixit forſan circ. a. 390. ſecundum *Saxium* in Onom. lit. I. p. 452. aut circ. a. Chr. 379. ſecundum *Hamberger* in *Zuverläſſ. Nachricht.* II. p. 180. Contra *Reiske* in Notitia poetar. antholog. p. 230. arbitratur, eum iam ſub Hadriano, imperante a. 117—138. in viuis fuiſſe. — Varia ſcripſerat, in his libros mathematicarum collectionum, quorum tamen exigua pars graece typis deſcripta eſt: n. fragmentum libri II. cum verſione et notis *Jo. Walliſii*, cum Ariſtarcho Samio, Oxon. 1688. 8. et in Walliſii Opp. mathematicis, tom. III. p. 597 ſqq. — pars praefationis ad libr. VII. cum *Commandini* verſione, in prolegom. *Dav. Gregorii* ad Euclidem, Oxon. 1703. fol. — praefatio integra libri VII. gr. et lat. ante Apollonii Pergaei libros II. de ſectione rationis, Oxon. 1706. 8. — aliquot lemmata libri VII. cum verſione *Marci Meibomii*, cum eiusd. dialogo de proportionibus, Hafniae 1655. fol. p. 154. et 156. — *Pappi* lemmata in libros Apollonii de Tactionibus, cum Apollonii libro, edita a *Jo. Guil. Camerer*, Gothae et Amſtel. 1795. 8. (v. ſupra, capitis II. ſect. I. §. 41.) — Libri V—VIII. cogniti ſunt ex interpretatione lat. *Fed. Commandini*, qui illos commentariis illuſtrauit: poſt eius mortem edidit illius gener *Valer. Spacciolus*, Piſauri 1588. et 1602.

atque

atque Venetiis 1589. fol. et curatior emendatiorque editio parata est a *Carolo Manolesso*, qui subscripsit nomen dedicationi, Kal. Mai. 1659. In fine legitur: Bononiae, ex typographia H. H. de Duciis, MDCLVIII. — In *G. G. Bredowii* Epistolis Parisiensibus, quae bonarum rerum plenissimae prodierunt Lipsiae 1812. mai. 8., legitur editoris ad Pfaffium epistola de *Pappi collectionibus mathematicis*, cum *fragmento libri quarti*, quod in versione Commandini latina non legitur.

24. *Theon*, Alexandrinus, Mathematicus, vixit secundum *Saxium* l. c. p. 452. a. Ch. 390. secundum alios a. Ch. 365. — Supersunt 1) recensio elementorum Euclidis; 2) fragmenta commentarii in *Ptolemaei* canonem expeditum; (v. supra in §. 50. de Ptolemaeo, cap. II. sect. 2.) 3) commentarius in magnam *Ptolemaei* Syntaxin; (v. ibid.) 4) Scholia in *Aratum*; (v. supra in §. 31. cap. II. sect. 1.) 5) Fasti graeci priores, in *Dodwelli* adpendice ad dissertt. Cyprianicas, Oxon. 1684. 8. etc. — Obseruatt. in Theonis fastos graecos priores et in eiusdem fragmentum in expeditos canones. Accedit de canone regum astronomico, eiusque auctoribus, edd. Msstis, et, quae eo pertinent, dissertatio, in qua duplex canon regum astronomicus nunc primum editus ex cod. Msto Lugd. Bat. Amstel. 1735. 4. — Distinguendus est a *Theone* Smyrnaeo, circ. a. 116. et a *Theone Aelio*, Alexandrino, rhetore et sophista, circ. a. 315.

25. *Eunapius*, Sardianus Lydus, Proaeresii discipulus, sophista et historicus, sub exitum saeculi quarti et circa auspicia saeculi quinti. Supersunt 1) *vitae philosophorum et sophistarum*, scriptae quidem captiose et obscure, et odio adversus christianos repletae; at tamen historico atque philosopho vtiles; 2) fragmenta historiae conti-

continuatae, quam Dexippus inceperat, ſiue *Legationes.* — *Vitae* primum prodierunt graece ex Jo. Sambuci cod. mutilo nec optimae notae, ſubiectis ad calcem *Hadriani Junii* caſtigationibus, Antwerp. 1568. 8. *Junii* verſio latina *), iuſto liberior, lucem vidit ibid. 1572. 8. — Poſtea *Hieron. Commelinus* Eunapium ex II. codd. Palatinis emendauit et ſuppleuit ediditque gr. et lat. adiuncta Junii verſione, Heidelbergae 1596. 8. — Haec editio recuſa eſt, mendis cumulata, et ſubiuncta ſunt gr. ex cod. Schotti *Excerpta de legationibus* ex hiſtoria Eunapiana, Coloniae Allobrog. ſiue Geneuae, 1616. 8. — *Jo. Benedict. Carpzouius*, editurus quondam Eunapii vitas, dedit *Specimen Eunapii edendi*, ῥῆσις *ex Aedeſ. de Soſipatra*, Lipſiae 1748. 4. — Noua eaque critica et egregia *Boiſſonadi* editio, quae iam dudum ſub prelo Amſtelodamenſi ſudat, inſtructa notis tam editoris, quam *D. Wyttenbachii*, vt mox prodeat in lucem, vehementer optamus. — *Legationes* gr. et lat. cum Henr. Valeſii notis in *Ph. Labbei* de ſcriptoribus Byzant. protreptico, p. 15 ſqq.

26. *Hypatia*, Alexandrina, Theonis philoſophi filia, ingenio, eloquentia artibusque reconditis ac diſcipulorum frequentia excellens, cultui quidem deorum addicta; at mitius et modeſtius, quam alii Platonicorum fecerant, de religione chriſtiana ſenſit. *Jo. Chriſtoph. Wernsdorfio*, qui in IV. diſſertatt. de Hypatia, philoſopha Alexandrina, Witteberg. 1747. et 1748. 4. vitam fataque

---

*) Paullo poſt prodierunt latine: *Vitae philoſophorum*, ſcriptoribus, *Diogene Laertio*, (interprete Ambroſio,) *Eunapio Sardiano*, (interprete Hadr. Junio,) *Heſychio Illuſtrio*, (eodem Junio interprete.) *Multis in locis emendatiores.* Lugd. Bat. ap. Franc. Rapheleng. 1596. 12.

que Hypatiae vberius persequitur, rationes subducente, dies illius natalis in a. Chr. 350. imperante Constantio, probabiliter incidit, et in seditione populari a. C. 416. (at secundum Pagii calculum a. C. 414.) misere laniata periit. Varia, quae scripserat, iniuria temporis interierunt. Epistola enim, quam Hypatia ad Cyrillum, episcopum Alexandrinum, in caussa Nestorii scripsisse dicitur, a plurimis VV. DD. vt spuria et fictitia reiecta est. Eam tamen *Christian. Lupus* pro genuina habuit, ediditque in Synodico aduersus tragoediam Irenaei, Louanii 1682. Rec. est a *Stephano Baluzio* in noua collectione conciliorum, tom. I. p. 926. a *Jo. Garnerio* in auctario operum Theodoreti p. 673. a *Jo. Christophoro Wolfio* in Mulierum graecar. quae oratione prosa vsae sunt, fragmentis et elogiis p. 72. cum Baluzii notis, aliaque, quae huc pertinent, (qui etiam in catalogo foeminarum illustrium subiecto p. 368 sqq. de Hypatia agit et ex *Menagii* historia mulier. philos. segm. 49—56. eius vitam copiosius expositam, insertis paucis obss. retulit,) et a Wernsdorfio. Hic quoque docet, Hypatiam haud fuisse *Isidori*, philosophi sectae neo-platonicae, et saeculo quinto clari, vxorem, nec illam, Isidoro desponsam, ante nuptias periisse.

27. *Hesychius*, Alexandrinus, incertum, num Christianus fuerit, an deorum cultor, nec, quando vixerit, satis cognitum est compertumque, aliis, (vt *Fabricius* in B. Gr. vol. VI. libr. IV. cap. 37. vbi a p. 201. multus est de Hesychio eiusque glossario, et ego plura adieci, et *Hambergerus* in *Zuverl. Nachr.* II. p. 636. censuerunt,) eum saeculo III. floruisse, contendentibus, aliis, (vti *Wesseling.* et *Alberti* statuerunt, quibuscum consentire malit *Saxius* in Onom. lit. I. p. 464 sqq.) saeculo IV. exeunte circ. a. 399. eum vixisse et Basilio M. recentiorem fuisse opinantibus, aliis

ali-

aliter: v. *Saxium* l. c. qui plura adfert, et doctorum hominum obſeruatt. in Heſychii gloſſarium criticas in Obſeruatt. miſcellaneis obuias diligenter recenſet. — Scripſit autem *Lexicon,* ſ. *gloſſarium graecum,* ex grammaticis veteribus compilatum et exemplis illuſtratum, opus et ad omnes graecos auctores, poetas potiſſimum, in his maxime Homerum, melius intelligendos, et ad illuſtrandos LXX. interpretes nouique teſtamenti libros vtiliſſimum. At inter VV. doctos eſt disputatum, num nos opus haud integrum, nec ab ipſo Heſychio concinnatum, et epitomen tantum, a docto chriſtiano factam, qui quidem gloſſas biblicas ex biblicis gloſſariis excerptas adſuit, habeamus, an Lexicon in antiquo archetypo Heſychii fuerit multo breuius, et litterarum ſeries diligentiſſime ſeruata, at gloſſae biblicae, quae ordini hodie repugnant, ex archetypi margine a ſcriba negligenter in textum ſint receptae. — Princeps ed. eſt Aldina, curante *Marco Muſuro,* Venet. 1514. fol. baſis reliquarum, n. Florentinae per heredes Phil. Juntae, cura *Antonii Francini,* 1520. fol. tum Hagenoenſis, quae eſt correctior, 1521. fol. et *Schreuelianae,* (quae tamen eſt valde vitioſa; v. inprimis *Alberti* praef. ad tom. I. edit. cap. III. p. IX ſqq.) cum variis doctorum notis, vel editis antehac, vel non editis, et cum adiecto *Jo. Pricaei* indice auctorum, qui ab Heſychio laudantur, Lugd. Bat. et Roterod. 1668. 4. — Optima eſt et locupletiſſima ed. cum notis doctorum virorum permultis integris, vel editis antehac, nunc auctis et emendatis, vel ineditis, quas partim recenſuit, partim nunc primum edidit, ſuasque animaduerſiones perpetuas adiecit *Jo. Alberti,* cum eiusd. prolegomenis et adparatu Heſychiano, tom. I. Lugd. Bat. 1746. fol. Tom. II. poſt mortem Alberti a *Ruhnkenio,* a voc. *Φαιλόνης* curam ſuſcipiente, demum abſolutus et proſli-

profligatus est ibid. 1766. *) *Albert.* antea saepius et plures alios VV. DD. in Hesychii Glossario emendando illustrandoue versatos esse, iam alibi a me adnotatum est. Quomodo autem Musurus in edit. Aldina et in recensione codicis Veneti se gesserit, quam mire multa mutauerit atque interpolauerit, docte demonstrarunt *Villoison* in Anecdot. graecis tom. II. p. 154 sqq. atque inprimis *Nic. Schow*, qui *Epistolas criticas* scripsit, vnam ad C. G. Heynium, alteram ad Th. Chr. Tychsenium, Romae 1790. 4. in quarum priore Lexicon Hesychii Ms. Venetum curate descripsit, atque interpolationum et mutationum, quas Musurus fecerat, specimina ex littera *A* p. 13—29. praebuit, et p. 30—47. partem litterae *K* secundum codicem et secundum edit. Alberti dedit. Postea idem V. D. plenius adhuc in restituendo Hesychii codice et Musuri cura laudanda non minus quam eius erroribus patefaciendis versatus est, et totum Hesychii lexicon ita ex codice quasi restituit **), vt in altera paginae columna lectionem Msti, in altera autem vel minimam Musuri mutationem sisteret, notisque criticis illustraret in libro inscripto: *Hesychii Lexicon* ex cod. Ms. bibliothecae D. Marci restitutum et ab omnibus Musuri correctionibus repurgatum, siue Supplementa ad edit. Hesychii Albertinam, auctore *N. Schow*, Lipsiae 1792. mai. 8. Idem existimat, glossas biblicas ad vnam omnes a Christianis ex Cyrillo aliisque glossographis sacris, quibus semper conformes esse videntur, descriptas esse et in mar-

*) Confer Alberti praefat. ac prolegomena, quibus nonnullas aliorum dissertatt. inseruit, ad tom. I. et Ruhnkenii ad tom. II. praefat. et de priore tomo *Jo. Sal. Semleri* Notitiam splendidissimae Hesychiani lexici editionis, inter Batauos prodeuntis, addito specimine animaduerss. Halae Magdeb. 1749. 8.

**) Conf. tamen Bastium ad Gregor. Corinth. p. 211.

margine adiectas, easque postea in quamplurimis locis male et contra ordinem insertas, in paucioribus locis conuenienter. *Valckenaer* quoque, qui *Fuluii Vrsini* Virgilio collatione scriptorum graecorum illustrato, (Leoward. 1747. 8.) in calce adiecit Schediasma de epistola ad Eulogium, Hesychio praefixa operisque inscriptione, p. 154. accedit Bentleii sententiae, glossas, quas vocamus sacras, aeuo recentiore fuisse Hesychianis interfertas, et denique concludit, epistolam ad Eulogium a Graeculo recentiore esse praefixam. Dissenserunt vero et *Villoison* in prolegomm. ad Homeri Iliada p. XXVIII. *) et *Jo. Chr. Gottlieb Ernesti* in diss. de glossis sacris etc. (qui illas adserit Hesychio, et Alberti ac Bentleii iudicium oppugnat,) praemissa libro vtilissimo, inscripto: *Glossae sacrae Hesychii, graece,* ex vniuerso illius opere in vsum interpretationis libr. sacr. excerpsit, emendauit notisque illustrauit. — Accesserunt, praeter dissertat. de glossis sacris Hesych., Glossae gr. in Psalmos ex catal. msstor. bibl. Taurinens. denuo editae. Lips. 1785. mai. 8. — D. *Schleusneri* auctarium obseruationum in Suidam et *Hesychium* et alios Lexicographos, ratione maxime habita glossarum sacrarum, pars I. Viteberg. 1809. 4. etc.

28. *Longus*, incertae aetatis, scriptor eroticus; *Saxio* in Onomast. lit. I. p. 472. initio saeculi quinti, *Bodenio* autem saeculo quarto aut quinto vixisse videtur. Sub nomine eius exstant *libri IV.* Ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην, *Pastoralium de Daphnide et Chloë,* lepide suauiterque scripti, si a loco quodam inuerecundo discesseris. At locos communes flosculosque et ornatum

*) Qui etiam in praefat. ad Apollonii Sophistae Lexicon graecum abunde ostendit, Hesychium ex illo multa hausisse, et infinitis paene locis posse emendari.

natum orationis venatur, et a fertilitate ingenii in inueniendo et iudicii acie in constituenda ornandaque fabula est parum commendabilis. — Primus graece edidit cum variis lectt. *August. Columbanus*, Florent. ap. Phil. Juntam, 1598. 4. — Dein curatius, collatis codd. msst. Fuluii Vrsini, *Gothofredus Jungermanus*, gr. cum sua versione notisque eruditis, ad calcem voluminis adiectis, Hanou. 1605. 8. — Textus Columban. edit. repetitus est cum metaphrasi lat. *Laurentii Gambarae* nimis libera, et cum Achillis Tatii ac Parthenii Nicaeensis Eroticis, in offic. Commeliniana Heidelbergae, 1605. 8. — Jungermani notas, nomine autem eius dissimulato, compilauit, multas tamen, at iusto copiosiores suamque versionem lat. addidit *Petr. Moll*, Franequerae 1660. 4. — Splendida est editio, gr. cum versione Mollii et cum emendationibus, vncis inclusis, atque cum figuris in aes eleganter incisis, a *Nealmo* (Neaulme), bibliopola Parisiensi, curata, Lutet. Paris. 1754. 4. — Nitida est editio a *Ludou. Dutens* curata, gr. Paris. 1776. 12. — *Beniam. Gottlieb Laur. Boden* edidit Longi Pastor. gr. cum Mollii versione lat. et subiecit varietatem lectionis ac notas R. Columbanii, G. Jungermani, P. Molli et suas, additis ad calcem Laur. Gambarae expositis, Lips. 1777. mai. 8. — Nouam contextus gr. ex libris tam scriptis, quam editis correcti recensionem fecit, in doctisque animaduerss. (symbolis quoque a Valckenario aliisque collatis,) et plura sanauit, quae viderentur, vulnera, et alios illustravit auctores *J. Bapt. Casp. d' Ansse de Villoison*, gr. ac lat. Paris. II. tom. 1778. in 4. et 8. — Textus, a Villoisono constitutus, in splendida editione typis Bodonii, in typogr. regia, gr. est recusus, Parmae 1786. med. 4. cum proloquio (Paciaudi) de libris et antiquiorum et recentiorum eroticis. — *Longi Pastoralium* — *libri*

bri IV. gr. et lat. accedunt *Xenophontis* Epheſiacorum — libri V. Textum recognouit — *Chr. Guil. Mitſcherlich.* Bipont. 1794. 8. — *Longi Paſtoralia,* gr. et lat. cum proloquio P. M. Paciaudii. — Graeca recenſuit notasque criticas adiecit *G. H. Schaefer.* Lipſ. 1803. min. 8. — *Longos des Sophiſten Daphnis und Chloe: griechiſch und deutſch durch Franz Paſſow,* (cum notis,) Lipſ. 1811. min. 8. cum longa praefat. in qua praeter alia de inuento Longi fragm. egit, et ſupplementum dedit ad ſuam Muſaei edit. — quod fragm. Courierius e cod. Florent. primus ediderat, ſed poſtea diligentius edidit Eichſtad. in progr. Jen. 1811. fol. v. *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 479 ſq. inprimisque vol. II. p. I. p. 187 ſqq. ubi ipſum illud ſupplementum cum Eichſtadii Beckiique notis excuſum legitur. — *Longi Paſtor.* gallice vertit *Jac. Amyot,* Pariſ. 1559. 8. quae verſio typis eſt ſaepe repetita: in his memoranda eſt edit. magnifica, et ornata figuris, a Duce Aurelianenſi deſignatis et a Benedict. Andran aeri inciſis, (Pariſ.) 1718. 8. vt alias omittam. — Laudatur alia verſio, cum figg. Amſtel. 1750. 12. — Gallica verſio per *Anſſe de Villoiſon,* cum figg. Pariſ. 1787. mai. 4. cum eiusdem edit. gr. 1787. in 4. — *germanica verſio* (Frid. Grillo,) Berol. 1765. 12. haud laudatur, — et verſio *J. G. Krabingeri,* cum praefat. Fr. Aſt, Landishut. 1810. 8. — *Italica* verſio prodiit Criſopoli, 1801. 12.

29. Addantur hic *Nonnus* et reliqui ſcriptores erotici, incertae aetatis, haud inuenuſti quidem, ſed cum Longo non comparandi.

1. *Nonnus,* Panopoli Aegyptius, *Hambergero* in *Zuverl. Nachr.* tom. III. p. 10. aliisque, Syneſii auctoritate motis, videtur vixiſſe an. circ. 410. *Saxio* autem in Onom. lit. II. p. 10. circ. a. 492. ſaltem non multum ab Anaſtaſii Aug. principatu

cipatu abesse. Secundum *Ruhnken.* in epist. crit. II. p. 228. et secundum *Moser.* in commentat. de Nonni vita, ingenio et scriptis, praemissa Moseri edit. floruit Nonnus saeculo post Ch. n. quinto vel exeunte quarto, et aetate prouectior Christianus factus est: quamquam alii ab hac discedunt sententia. *Eichhorn* in *Der Literat. Geschichte* tom. I. p. 163. eum fere saec. VI. adsignat. Sed in tanta rerum obscuritate non audeo discernere: atque plures *Nonni* memorantur. Scripsit 1) carmen heroicum libr. duorum de quinquaginta *Dionysiacon,* in quibus adfectat vbertatem et tumorem. At enim de illo iudicia criticorum sunt valde diuersa, aliis id mire vituperantibus, aliis nimis laudantibus. Nonnus quidem fuit doctus versificator; sed caruit vero ingenio poetico, et humanitatis sensu: habuit tamen alias dotes, praecipue quod ex antiquis, partim melioribus, hausit auctoribus, atque in re mythologica forsan potest quasdam supplere lacunas. — Princeps ed. est graece ex bibliotheca Sambuci cum lectionibus et coniecturis *Gerarti Falkenburgii,* Antwerp. 1569. 4. — deinde cum *Eilhardi Lubini* versione lat. et *Falkenburgii* emendatt. Hanou. typis Wechel. 1605. 8. (quae quidem edit. scatet mendorum colluuie,) iterumque gr. et lat. cum *Petri Cunaei* animaduersionum libro, *Dan. Heinsii* diss. de Nonni Dionysiacis et eiusd. paraphrasi, cum *Jos. Scaligeri* coniectaneis et *Ger. Falkenb.* lectionibus, ib. 1610. 8. quae quidem plena est inscriptio; sed in altero, vti videtur, tomo separatim continentur Cunaei animaduersiones, Heinsii diss. et Scaligeri coniectanea. — Egregium specimen est: *Nonni Dionysiacorum libri sex, ab octauo ad decimum tertium, res Bacchicas ante expeditionem Indicam complectentes.* Emendauit, omnium Nonni libr. argumenta et notas mythologicas adiecit *Georg. Henr. Moser.* Praefatus est *Frid. Creuzer.*

Creuzer. Heidelberg. 1809. mai. 8. — 2) carmen: Metaphraſis ſ. *Paraphraſis epica Euangelii S. Joannis.* — Princeps ed. eſt Aldina, Venetiis (1501.) 4. gr. quam praeter rem nonnulli ſpuriam eſſe putarunt. (v. Panzer Annal. typogr. vol. VIII. p. 559. nr. 1938.) — Tum ſtudio *Demetrii Ducae,* Cretenſis, Romae 1526. 4. Praeter alias notandae ſunt Hagenoenſis, cum epiſt. nuncupatoria *Phil. Melanchthonis,* a quo multa ſunt emendata, ap. Jo. Secerium, 1527. 8. — Pariſ. cum proſaria verſione *Jac. Bordati,* qui verſus LXXX. vel potius LXVII. tantum, antea omiſſos, (in his tamen quosdam ſuſpectos,) e cod. reuocavit, 1561. 4. et Lugd. Bat. gr. a *Franciſco Nanſio* *), cum verſione Bordati et Hedenecii, at emendata, et cum eius notis atque caſtigationibus, 1589. 8. ap. Franc. Raphelengium; et correctius 1599. 8. — *Metaphraſis* — cum msto cod. Palat. collata, — breuibus notis illuſtrata: rectius aliquot in locis verſa, opera *Frid. Sylburgii,* ex Hier. Commel. typographia, 1596. 8. aliquoties recuſa in Germania. — Denique *Dan. Heinſius* (qui paullo acerbius iudicauit de Nonno,) edidit illam in ſuo Ariſtarcho ſacro, ſive ad Nonni in Johannem metaphraſin exercitatt. — acc. *Nonni* et S. Euangeliſtae contextus: tres item indices etc. Lugd. Bat. 1627. 8. Ariſtarchus repetitus eſt in eius Sacrarum exercitation. ad N. T. libris XX. etc. Lugd. B. 1639. fol. At Nonnum ab Heinſii cauillationibus praeter *Caſpar. Vrſinum* in libro: Nonnus rediuiuus, Hamburg. 1667. 8. aliosque nuper iam ſcite defendit *Jonathan Auguſt. Weichert* in diſp. de Nonno Panopolitano,

*) Ipſe tamen *Nanſius* poſtea in *curis ſecundis* ad Nonni paraphraſin eu. Johannis, gr. et lat. editam, Lugd. B. 1593. 8. haud pauca addidit, et plura reliquit in ſcriniis.

tano, Viteberg. 1810. 4. qui de aetate Nonni, quem Synesio, nato a. 378. fere supparem fuisse et Alexandriae litteris operam dedisse, (vnde etiam poematum eius naturae atque confectioni et indicio de illis lux adfundi possit,) ac Theodosio M. regnante floruisse censet, tum quando et quibus caussis motus ad castra sacra christianorum transierit, de vtroque eius carmine, quod neque cum aliis nimis vituperat, neque nimis laudat, copiose agit, ac de poetae ingenio et vtriusque poëmatis discrimine, vitiis virtutibusque sobrie atque intelligenter iudicat. Add. *Nic. Schow* commentat. de indole carminis Nonni eiusdemque argumento, Hauniae 1807. qui quidem Nonnum defendit ab eorum reprehensione, qui Quintum Smyrnaeum praeferant Nonno; huius tamen ingenium fuisse incultum, sensuque veri pulcrique destitutum contendit.

2. *Xenophon*, Ephesius, incertae aetatis, forsan vixit circ. a. C. 400. Locellae autem sententia, illum iam circit. sub exitum saeculi II. aut initio saeculi III. tempore Antoninorum scripsisse erotici operis libros V. *Ephesiaca* siue *de Abrocomis et Anthiae amoribus*, a probabilitatis specie multum abest. Quamquam eius genus scribendi est simplex, purum, atque interdum venustum nec argutum; tamen ipse haud seruauit ordinem rerum rite sciteque connectendarum etc. Secus tamen sentit *Petr. Hofmann Peerlkamp*, Gymnasii Doccum. Rector, in orat. de *Xenophonte Ephesio*: acc. in eumdem Obseruatt. criticarum specimen, Harlem. 1806. mai. 8. Primum ille negat, nomen Xenophontis esse verum, et contendit, eroticos scriptores graecos, excepto Heliodoro, sub fictis aut tectis nominibus scripsisse. Tum ille putat, Xenophontem esse reliquis eroticis antiquiorem, quia pateat, sequentes, etiam Aristaenetum, illum ante oculos habuisse, interdum

dum integra eius loca exſcripſiſſe. Hinc Xenophontem cum reliquis comparat eroticis ſcriptoribus graecis, et hos ab eo ſuperari cenſet, laudatque Xenophontem a ſimplicitate dictionis et fabulae, a facilitate et bonitate ſtili, quamquam non omnino claſſici. — *Amores* edidit primum, ſed negligentius, *Anton. Cocchius*, gr. et lat. Londin. 1726. 8. — quae edit. recuſa eſt, quibusdam vitiis correctis, aliis auctis, gr. cum latina Cocchii, et italica gallicaque, iam antea vulgatis, verſionibus, Lucae 1781. med. 4. — Tum *Chr. Guil. Mitſcherlich*, qui textum recognouit, cum Longi Paſtoralibus, Bipont. 1794. 8. — Poſtea *Polyzoes Hiereus*, ſed vitioſius, quam ſuperiores editores, cum praefat. graecobarbara, et verſione Ant. Saluini italica, Viennae Auſtriae 1793. 8. — Optima eſt editio: *Xenophontis Epheſii de Anthia et Abrocome Epheſiacorum libri* V. graece et lat. Recenſuit, ſuppleuit, emendauit, lat. vertit, adnotationibus aliorum et ſuis inſtruxit *Aloyſ. Emericus L. B. de Locella*, Lipſiae, (Vindobonae typis fratrum Markides Pulio etc.) 1796. mai. 4. Editor multas expleuit lacunas: vſus quoque eſt emendationibus et coniecturis aliorum ad textum emendandum; in adnotatt. difficiliora loca critice, antiquarie et grammatice explicantur, additis obſeruatt. aliorum criticorum praecipuis: nam antea Alberti, Abreſchius, praeſertim Hemſterhuſ. ac Doruillius, (v. *Saxium* in Onomaſt. lit. I. p. 472 ſq.) in multis locis Xenophont. ſanandis diligenter verſati ſunt *); in indice autem ad notas vocabula, quae deſunt in Lexicis H. Stephani et Scoti, adnotantur. — *Germanice*

*) Inſuper Obſeruatt. criticae in libr. I. et II. ſcriptae ſunt ab *Anton. Haakma*, (qui nouam molitus erat edit. Xenophontis,) in Aduerſariorum criticorum ſpecimine, Groningae 1792. m. 8. quae tamen Locellae plauſum non tulerunt.

manice Xenoph. nec vero bene curateque verterunt *Bürger,* Lipſ. 1775. 8. et (*Häuſſlina*) Onold. 1777. 8. Libera et decurtata eſt interpretatio *Ern. Chriſtinae Reiskiae* in libro, *Zur Moral* etc. Lipſ. 1782. 8. p. 285 ſqq. — *Saluini* verſio *italica* prodiit quoque in prima parte operis: Biblioteca de' Romanzieri greci, tradotti in Italiano, Florent. 1792. 16. — *Gallice* verſus eſt libellus, Pariſ. 1736. 12. et per *M. J.* 1748. 8.

3. *Chariton,* Aphrodiſienſis, videtur Doruillio in praefat. ad ſuam edit. p. XIX ſq. vixiſſe poſt Heliodorum, Achillem Tatium, et Longum, immo poſt Xenophontem Epheſium; atque Localla in praefat. ad Xen. Epheſ. p. VI. not. 3. exiſtimat, noſtrum Photii ſaltem aeuo fuiſſe antiquiorem. Eius *de Chaerea et Callirrhoë amatoriarum narrationum libros* VIII. publicauit *Jac. Phil. d'Orville* et animaduerſiones adiecit, cum latina *J. J. Reiskii* verſione, Amſtel. 1750. 4. II. voll. Additus Doruillii commentarius eſt verus graecae eruditionis theſaurus. Idem in praefat. notisque de ingenio ſcribendique genere Charitonis, (qui ingenio quidem et dictione non minus, quam inuentione atque exornatione fabulae cedit ſuperioribus eroticis, caret tamen illorum vitiis,) atque quae de illo vel certa eſſent vel probabilia, iam expoſuit. — Illam edit. iterum et adiectis ſuis aliorumque VV. DD. emendationibus auctiorem recudi fecit *Beckius,* Lipſ. 1783. 8. — Charitonis hiſtoriola translata eſt in linguam *germanicam,* (ab *Heynio,*) Lipſ. 1753. 8. — in linguam *gallicam* a *Larchero,* additis notis, Pariſ. 1763. 8. et a *Mercier,* cum reliquis eroticis ſcriptoribus, in: Biblioth. des Romans. — De aliis ſcriptoribus eroticis tam editis, quam ineditis atque deperditis, v. *Fabric.* B. Gr. VIII. p. 152 ſqq.

30. *Mar-*

30. *Marcianus*, ex Heraclea Ponti oriundus, Geographus, circ. a. C. 410. vti suspicatur *Saxius* in Onom. lit. I. p. 477. *Dodwell* tamen putat, eum haud seniorem fuisse saeculo tertio, nec iuniorem Constantinopoli, aut diuersos diuersae aetatis fuisse Marcianos. — Scripsit 1) *Periplum maris externi* maximarumque, quae in illo sitae sunt, insularum, libr. II. quorum prior integer exstat, posterior autem mancus: 2) Epitomen librorum vndecim Geographiae Artemidori, Ephesii, ex qua prologus tantum et Ponti vtriusque, Bithyniae ac Paphlagoniae periplus superest. — *Marcianum* cum Scylace, Dicaearcho et Isidoro Characeno primus graece luci dedit *Dau. Hoeschelius*, Augustae Vindel. 1600. 8. — *Marciani* Periplus, in *Hudsoni* Geograph. vet. scriptoribus minor. Oxon. 1698. 8. vol. I. vbi etiam p. 143. legitur *Dodwelli* diss. de scriptis et aetate Marciani Heracleotae. Add. Bredowii Epistol. Parisiens. locis in Indice indicatis.

31. *Phoebammon*, rhetor, probabiliter Synesii aequalis, Aegyptius et Cynopoli, vrbe Aegypti, ortus: vid. M. *Jo. Jac. Bosii* epistol. de Phoebammone, rhetore, eiusque περὶ σχημάτων ῥητορικῶν libello, Lips. 1738. 4. Hic libellus *de schematibus oratoriis*, in quo praecepta eloquentiae et rhetoricae artis, stilo tamen haud puro, traduntur, primum prodiit, at sine auctoris nomine, in Aldina antiquorum rhetorum collectione, Venet. 1508. fol. gr. — tum paullo limatius cum versione lat. notisque *Normanni*, vna cum *Alexandro* de figuris sententiae atque eloquutionis et *Minuciano* de sedibus argumentorum, Vpsaliae 1690. 8.

32. *Eudocia*, vero nomine *Athenais*, Leontii, sophistae Atheniensis, filia, coniux Theodosii II. imperatoris, quae, postquam religiones superstitiosas abiurauit, Augusta est coronata, a. C. 460.

Hiero-

Hierosolymis diem obiit supremum: foemina ab ingenio et poetica facultate olim celebrata. Varia scripsisse dicitur, at pauca nostram tulerunt aetatem. Carmen eius de martyrio S. Cypriani *Angel. Maria Bandini* in Graecae ecclesiae veteris monumentis ex biblioth. Medicea, Florent. 1762. 8. vol. I. in lucem protulit. Idem *Bandin.* in Catal. codd. gr. bibl. Laur. vol. I. p. 225 sqq. non modo de hac Eudocia eiusque scriptis egit; sed etiam ex cod. X. plut. 7. insigne fragmentum carminis heroici in laudem Cypriani et Iustinae, gr. cum latina versione publicauit. Add. *Jo. Christian. Wolfii* catalog. foeminarum olim illustrium p. 331 sqq. — *Olearii* diss. de poetriis graecis §. 32.

Diuersa est *Eudocia*, siue *Eudoxia*, Macrembolitissa, Constantini VIII. imp. et Helenae filia, vxor Constantini X. Ducae et, hoc mortuo, Romani Diogenis, imperatorum saeculo XI. Scripsit Ἰωνιὰν, siue Dictionarium historico-mythologicum, opus ex Diogene Laërtio et Philostrato de philosophis, ex grammaticis et commentatoribus graecis, iisque recentioribus de iis rebus, quae ad fabulas antiquas pertinerent, aliisque, quos tamen raro nominauit, congestum compilatumque, et a serioribus manibus forsan interpolatum atque locupletatum. Ex Bandurio in notis ad Antiquitates CPolit. p. 818. post Fabricium *Jo. Christi. Wolfius* dedit indicem illius operis, gr. et lat. in Mulierum graecar. quae oratione prosa vsae sunt, fragmentis et elogiis, Londini, (Hamburgi,) 1739. 4. p. 31 sqq. atque capita quaedam ibid. in Catalogo feminarum olim illustrium p. 336 sqq. Tandem *Jo. Baptista Caspar d'Ansse de Villoison* multorum desiderio atque exspectationi satisfecit et Ἰωνιὰν e tenebris in lucem protulit in tom. I. Anecdotorum graecorum, Venet. 1781. 4. Sed quid desideratum sit, et qui homines vel plura in

in opere edito emendare, vel sedes plurium locorum inquirere fontesque, vnde riuuli Eudociae manarint *), aperire studuerint, pluribus exposui in Introduct. in histor. L. G. tom. II. part. 1. p. 365 sqq. ibique p. 367 sqq. de *Arsenio*, archiepiscopo Monembasiae, filio *Michaelis Apostolii*, egi, et confer infra in §. 164.

33. *Olympiodorus*, Thebanus Aegypti, historicus, circ. a. C. 425. Ὕλης historicae siue commentar. libr. XVII. de rebus ab a. C. 407—415. fragmenta, a Photio in cod. 80. seruata, adhuc supersunt: quae graece cum versione lat. notisque primus edidit *Frid. Sylburgius* in scriptoribus histor. romanae minoribus, tom. III. p. 853. — gr. et lat. interprete *Andr. Schotto*, cum *Phil. Labbei* notis, inter Eclogas historicor. de rebus Byzantinis Philippi Labbei, p. 1 sqq. — Excerpta eius quoque insunt in Scriptoribus Byzantinis. — Loca quaedam emendat *Jo. Dan. Ritter* in Obseruatt. historicis, Wittebergae 1742. p. 28 sqq.

34. *Syrianus*, Alexandrinus, eximius philosophus Platonicus et rhetor Atheniensis, circ. a. C. 432. et, successore relicto Proclo, discipulo, obiisse dicitur circ. a. C. 450. Plura eius scripta memorant Suidas et alii: sed tantummodo supersunt Commentarii in libros aliquot metaphysicorum Aristotelis, iique ex interpretatione latina Hieronymi Bagolini, edita Venet. 1558. 4. Ei tamen adsignatur quoque commentarius in Hermogenis rhetoris libr. *περὶ ςάσεων*, edit. inter graecos rhetoras Venet. ap. Aldum, 1508. 1509. fol. II. voll.

35. *Zosimus*, comes et exaduocatus fisci, (ἀποΦισκοσυνήγορος,) Constantinopoli, a vero dei cultu alienus. De eius aetate, num post a. C. 425.

*) Add. Ind. Latin. ad edit. Lipsiens. Gregorii Corinthii p. 1051. a. et Lobeckii Diatr. de morte Bacchi Part. II. Viteberg. 1812. p. 20.

425. an circ. a. C. 432. an sub finem saeculi quinti *), an initio saeculi VI. **) scripserit, dissentiunt VV. DD. — Composuit Ἱστορίαν siue Ἱστορικὸν, νέας ἐκδόσεως, λόγοις ϛ', *historiae libros* VI. ex noua siue altera auctoris editione, ab Augusto vsque ad a. C. 410. Hodie quaedam desiderantur. Num in his libris iniquior fuerit in imperatores christianos, et num semper sit fide dignus, ab vtraque parte valde est disputatum. — Primum latina *Jo. Leunclauii* versio prodiit cum Procopio, Agathia, Jornande, Basil. 1576. ex offic. Petri Pernae, fol. et in tomo tertio historiarum *Jo. Phil. Vorburg*, praemissa *Leunclauii* apologia, Francof. 1650. fol. — *Zosimi* historiae nouae lib. I. et II. gr. et lat. cum Stephani Herodiano, 1581. min. fol. (aut mai. 4.) et Lugduni 1611. 8. additis breuibus Stephani castigationibus. — Libri VI. integri, a *Frid. Sylburgio*, ad duo Mss. codices recensiti, cum versione ex secundis *Jo. Leunclauii* curis, adiectis eiusd. apologia pro Zosimo Sylburgiique castigationibus: inter romanae historiae scriptores graecos minor. Francof. ap. heredes A. Wecheli, tom. III. 1590. fol. — Gr. cum versione Leunclauii et apologia Zosimi, et cum notis H. Stephani ac Sylburgii, curante *Christoph. Cellario*, qui et ipse animadverss. suas adiunxit, (et libros capitibus primum distinxit,) Cizae 1679. 8. — rec. Jenae 1714. 8. — Ni-

*) V. *J. F. Reitemeieri* comment. de Zosimi fide, stilo et historicis, quos ille sequutus est, scriptoribus in (Volborthii) Bibliotheca philologica, vol. II. Lips. 1780. 8. p. 225 sqq. inprimis eiusdem disquisition. in Zosimum eiusque fidem, praefixam illius editioni Zosimi.

**) Quae est sententia *G. E. J. Guil. de Sainte-Croix* in obseruatt. *de Zosimo*, in Mém. de Littérature tirés des Registres de l'Académie royale des Inscr. et B. L. — tome quarante-neuvième, Paris. 1808. 4. p. 466 sqq. qui etiam tuetur scriptores ecclesiastic. Sed v. censorem in Ephem. litt. Göttingens. 1810. nr. 152. p. 1515 sq.

— Nitida eſt edit. *(Thomae Smithi,)* cum adnotatt. ad Zoſimum ſimul et Conſtantinum purgandum, Oxon. 1679. 8. — Critica et optima edit.: gr. et lat. recenſuit, notis criticis et commentario hiſtorico illuſtrauit *Jo. Fr. Reitemeier:* ad calcem ſubiectae ſunt animaduerſiones nonnullae *C. G. Heynii*, Lipſ. 1784. 8. Conf. Notae quaedam ad Reitemeierianam editionem, proluſ. M. *Chriſtoph. Jo. Godofr. Haymanni*, Friederichsſtadt, (Dresdae,) 1786. 4. — Translata eſt Zoſimi hiſtoria in linguam germanicam a *Seybold* et *Heyler*, Francof. ad M. 1802. 8. II. tom. ſiue in: *Sammlung der neueſten Ueberſetzungen der griechiſch. proſaiſchen Schriftſteller*, voluminis X. partt. I. et II. — in linguam anglicam, cum notis, ex ed. Oxon. Lond. 1684. 8.

Ab hoc *Zoſimo* hiſtorico iure quodam diſcernunt plures *Zoſimum*, Thebanum Panopolitanum, philoſophum Alexandrinum, qui ordine litterarum libros XXVIII. Χυμευτικῶν, *commentariorum chemicorum* *), et alia, ad artem chemicam pertinentia, ſcripſerat.

36. *Priſcus Panites*, e Panio Thraciae, rhetor et ſophiſta chriſtianus, circa a. C. 445. ſecundum *Saxium* in Onomaſt. lit. I. p. 508. aut ſecundum *Hankium*, (qui in cap. II. de Byzantin. ſcriptor. p. 138. Lipſ. 1677. 4. de eo diligenter agit,) a. 447. legatus a Theodoſio II. Auguſto ad Hunnos miſſus erat, et a. Ch. 471. ſuperſuit. Ex libris Hiſtoriae Byzantinae reſtant Excerpta *de legationibus*, edita a *Dav. Hoeſchelio* in Eclogis

*) *Reineſius* in diatribe ad cod. Ms. veterum Chemicorum et Varr. Lection. p. 380. ſcribit Χυμευτικὸν λόγον, et cum paucis aliis iudicat, Zoſimum, Theban. Panopolitan. eumdem eſſe cum Zoſimo hiſtorico. Sed v. *Fabric.* B. Gr. vol. VIII. p. 71 ſqq. (vbi ille et ego plures Zoſimos produximus,) et in vol. XII. vet. edit. p. 752 ſqq. 761. 764. 771.

gis Legationum, gr. August. Vindel. 1603. — gr. et lat. *Car. Cantoclaro* interprete, cum eiusdem et *Henr. Valesii* notis, inter Excerpta de legationibus, vna cum *Ph. Labbei* Protreptico de SS. Byzantinis, Paris. 1648. fol. *Cantoclari* versio primum prodiit Paris. 1609. 8.

37. *Proclus*, Lycius, natus CPoli a. Chr. 412. denatus Athenis a. C. 485. Alexandriae et dein Athenis ex ordine litteras tam mansuetiores, quam seueriores artesque abditas, praesertim mystica theurgica adeo diligenter arripuit, vt a Plutarcho Atheniensi et Syriano successor in scholis suis Atheniensibus designaretur: vnde Διάδοχος, h. e. *successor*, cognominatus est. In summa vixit auctoritate, atque Athenis docuit scripsitque. Magna pars opusculorum, quae confecit, adhuc inedita est, maior autem temporis iniuria periit. Ex his, quae supersunt, patet, eum fuisse hominem acutum doctumque, philosophum eclecticum, et subtiliter, at enim, magiae et theurgiae deditum, illius tempestatis more iusto argutius et captiose philosophatum esse. Atque sensum veterum pro lubitu interpretatus, suasque opiniunculas pro reliquiis veterum venditasse dicitur. Hymni autem Procli omnino differunt ab *Orphicis*, licet quoddammodo cum illis consentiant, et ab *epicis* hymnis, et peculiare hymnorum genus, philosophicum, constituunt. *Fabricius* in B. Gr. (qui cap. XXI. vol. IX. p. 363 sqq. de Proclo eiusque scriptis et de aliis *Proclis* multus est,) quaedam Procli intexuit, nempe pag. 373 sqq. ex interpretatione tantum latina, inculta quidem et tantum non barbara, *Guil. de Morbeka*, archiepiscopi Corinthi circa a. Chr. 1280. *de prouidentia et fato, et eo, quod in nobis;* tum p. 398 sqq. ex eiusd. *de Morbeka* versione lat. *Excerpta de decem dubitationibus circa prouidentiam*, denique *de malorum subsistentia.* Quatuor hymnos, quos

quos Fabric. in vet. edit. recudi fecerat, in mea omisi editione. — *Procli Hymni* IV. gr. cum Orpheo, Florent. ap. Ph. Junt. 1500. 4. — Venet. ap. Ald. 1517. 8. — gr. et lat. in *Jo. Lectii* Corp. poet. graec. Geneuae 1606. fol. p. 737. — Hymni in Solem et Musas, gr. et lat. editi a *Frid. Morello*, Paris. 1616. 8. — H. duo in Venerem, gr. cum *Hug. Grotii* versione, in *Jo. Stobaei* Florilegio, ab *H. Grotio* ed. Paris. 1623. 4. p. 248. — Quatuor H. cum duorum interpretatione *Hug. Grotii* a *Gothofr. Oleario*, Lips. 1700. 8. — H. in Solem, et alter in Musas, gr. et lat. *Fred. Morello* et *Godofr. Oleario* interpretibus. Item H. duo in Venerem, gr. et lat. *Hugone Grotio* interprete. Omnes cum notis *Mich. Maittaire*, inter *M. Maittaire* Miscellanea Graecor. aliquot scriptorum carmina, Lond. 1722. 4. — Sex H. editi a *Brunckio* in Analectis vett. poet. gr. vol. II. p. 441 sqq. — rec. in *Jacobs* Anthol. gr. tom. III. p. 148 sqq. — Duo Hymnos, alterum in Hecaten et Janum, alterum in Minervam Polymetin primus e cod. Matrit. euulgauit *Iriarte* in Catal. codd. gr. bibl. Matrit. I. p. 88. — eosdem, sed castigatos et breuibus notis criticis instructos, recudi fecit *Tychsen* in *Biblioth. der alten Litteratur u. Kunst*, part. I. p. 46 sqq. ineditor. Alius V. D. eosdem ibid. part. II. p. 10 —39. illustrauit commentario. — *Thom. Taylor* in cod. Harleiano praeter alios H. reperit quoque *Procli H. in Mineruam*, quem, vt sibi quidem, at falso, videbatur, primus publicauit in libro: *A Dissertation on the Eleusinian and Bacchic Mysteries*, Amstel. sine anni nota (1791.) 8. Conf. *Jen. A. L. Z.* 1793. m. Dec. p. 490 sq. et nov. ephem. litter. Lipsiens. 1794. plag. 40. p. 916. — Idem *Taylor* H. in Mineruam iterum, tamquam e cod. primum descriptum, edidit in opere: *Sallust* on the Gods and the world and the Pythagoric

goric Sentences of *Demophilus*, translated from the Greek, — and *five Hymns by Proclus* in the original Greek, with a poetical version. To which are added *five Hymns* by the Translator. Lond. 1793. m. 8. Sed quatuor priores exstant in *Brunckii* Analectis, et quinti H. textus a cod. Matrit. saepe discrepat. — Porro idem H. in Mineruam, tamquam a Tayloro primum editus, sed ex cod. bibl. Musei Britannici, gr. cum notis criticis, et duo alii eiusd. Procli ex eod. cod. tamquam antea non editi, typis vulgati sunt a *Gilb. Wakefield* in Silua critica etc. part. IV. Lond. 1793. 8. Enimuero secundus H. ap. Wakefield est idem, qui ab Iriarto et Tychsenio cum inscriptione Ἑκάτης καὶ Ἰάνου editus est; tertius autem ap. Wakef. est fragmentum H. Procli in Musas, in Brunckii Anal. tom. II. p. 443. a versu 18. vsque ad finem. — *Pallas-Athene vom Proklus*, versio german. versibus heroicis, in opere menstruo: *Horen*, part. X. Tübing. 1795. 8. p. 68 sqq. — *In theologiam Platonis libri sex*, (ex quibus tamen Syriani ac Procli potius, quam Platonis, de deo rebusque diuinis sententiam didiceris,) ex biblioth. Gottorpiana, gr. et lat. curante *Frid. Lindenbrogio*, primum in lucem prolati sunt et versione addita illustrati ab *Aemilio Porto*, Hamburg. 1618. fol. Praefixus est *Marini* Neapolitani libellus de vita Procli, et p. 415. addita est *Procli* institutio theologica, capita 211. graece, interprete *Francisco Patricio*, cuius versio prius, titulo *elementorum theologic.* lucem adspexit Ferrariae, 1583. 4. — *Compendiaria de motu disputatio* etc. graece, Basil. 1531. 8. et Paris. 1542. 4. — gr. cum versione lat. *Iusti Velsii*, Basil. 1545. 8. — Addatur *Procli liber de caussis*, (ex arabico translatus,) cum commentariis *S. Thomae Aquinatis*, Paduae 1493. fol. (de quo v. ad *Fabricii* B. Gr. IX. p. 410.) —

Hypo-

Hypotyposis astronomicarum positionum, gr. Basil. 1540. 4. — *Sphaera*, cum versione lat. *Thomae Linacri*, inter Astronom. veteres, Venet. ap. Ald. 1499. fol. — gr. et cum versione lat. Th. Linacri, Colon. per Henr. Nussia, 1515. 4. — cum *Jac. Ziegleri* scholiis, gr. et lat. in Sphaerae atque astrorum coelestium ratione, natura et motu etc. Basil. 1536. 4. — *Sphaera*, gr. et lat. Paris. 1542. 12. — gr. Paris. ap. Jo. Ludov. Tiletanum, 1543. 4. et saepius cum seorsim, tum maxime cum Arato, Cleomede et Dionysio Afro; item cum Ptolemaeo de hypothesibus planetarum, eiusdemque canone regnorum, *Jo. Bainbridge* emendante ex codd. msstorum collatione, et edente, Londin. 1620. 4. — *Athanasius Georg. Mansi* vertit Wuchereri physicam in linguam graecam eruditam, quam a. 1801. Viennae Austriae lucem adspecturam esse, aut adspexisse, olim, sed nescio amplius, in quo libro, legeram: ei addita esse dicitur adpendicis loco Πρόκλου σφαῖρα περὶ ἄξονος καὶ πόλου, sed in fine manca; at integram Procli Sphaeram in cod. possidet Anthimus Gazi, ex quo, quae desunt, supplebuntur, aut suppleta sunt. — *Paraphrasis in quatuor Ptolemaei libros de siderum effectionibus*, graece, Basil. (curante *Phil. Melanchthone*,) 1554. 8. — gr. cum versione lat. *Leon. Allatii*, Lugd. Bat. 1635. 8. — In primum elementorum *Euclidis* libri IV. graece, Basil. 1533. fol. *Thom. Burgess* in Musei Oxoniensis litterarii conspectu etc. Oxon. 1792. 8. p. 31—44. dedit varias lection. et supplementa *Procli* commentar. in primum Euclidis, excerpta ex cod. Voss. Leidens. atque p. 44 sqq. supplementa textus Basileens. ex cod. Bodlei. Barocc. CLXI. — *Commentarius in Hesiodi Opp. et dies*, (vel potius excerpta ex eo,) cum Hesiodo, Venet. 1537. 4. — plenior, sed passim corruptus atque interpolatus, Basil. 1544. et huc vs-

que

que optime editus a *Dan. Heinsio*, Lugd. Bat. 1603. 4. etc. — *Chrestomathia grammatica*, al. *poetica*, s. Excerpta ex eius Electorum grammaticorum libris, gr. in Photii Biblioth. cod. 239. — cum Schotti versione et scholiis, a *Sylburgio* passim e cod. emendata, suppleta et notationibus aucta: ad calcem Syntaxeos Apollonii, Francof. 1590. 4. — cum scholiis *Andr. Schotti* et *Petr. Jo. Nunnesii*, Hanov. 1615. 4. Adhaeret quoque *Andr. Schotti* Obseruationibus humanis, Hanov. 1615. 4. — *Tychsen.* in *Bibl. der alten Litteratur* etc. part. I. inter inedita p. 1 sqq. ex cod. bibl. Escurial. collato apographo e cod. Veneto edidit 1) *vitam Homeri* et *de Cypriis carminibus*: Homeri quidem vita sub *Procli* nomine iam euulgata fuit a *Leone Allatio*, in libro de patria Homeri, Lugd. 1640. 8. p. 30. sed Tychsen illum ex codice sistit auctiorem: 2) ex cod. Veneto alia Chrestomathiae *Procli* fragmenta: n. a) Πρόκλου Χρηστομαθείας τὸ δεύτερον Αἰθιοπίδος ε̄ Ἀρκτίνου· b) Ἰλιάδος μικρᾶς δ̄ Λέσχεω· c) Ἰλίου πέρσιδος β̄ Ἀρκτίνου· d) Νόστων ε̄ Αὐγίου· e) Τηλεγονίας β̄ Εὐγάμμωνος. Singulas has particulas doctissimis animaduerss. illustrauit *Heynius*, qui post Fabricium praeter alia acute vidit p. 12 sq. et p. 34. e binis Chrestomathiae libris factam esse epitomen, quatuor libris comprehensam, ex qua excerpta aliquis codici suo adscripsisset plura; e quibus sint deriuata, quae Escurialensis et Venetus codd. nobis seruarunt. — *Duodeuiginti argumenta aduersus christianos*, potissimum contra dogma christianorum de mundo non aeterno, etiamnum exstant in *Jo. Philoponi libris* XVIII. de aeternitate mundi contra Proclum, gr. ex Trincauelli officina, Venetiis, 1535. fol. et latine ex versione *Joh. Mahotii*, Argentenaei, Lugd. 1557. fol. — *Commentariorum*, (ὑπομνημάτων,) *in Platonis Timaeum libri quinque*, graece, cum

cum Platone, Basil. 1534. fol. ap. Jo. Valderum, et 1556. fol. ex offic. Henrici Petri. (*Alex. Morus* in notis ad loca quaedam N. T. ex integriore Saluatiorum Florent. cod., qui vero hodie desideratur, quaedam protulit.) Ad calcem exstat *in libros Platonis de republica*, non commentarius integer, sed collectio quaedam variarum praelectionum, ab illo Athenis propositarum. — *In Platonicum Alcibiadem*: sunt potius excerpta, lat. *Marsilio Ficino* interprete, cum Jamblicho et al. sub titulo, *Procli de anima ac daemone, de sacrificio et magia*, Venet. 1497. et 1516. ap. Ald. fol. et saepius aliis in locis, atque inter Ficini opp. Basil. 1561. 1576. Paris. 1641. fol. — Excerpta Commentarii in *Platonis Cratylum* e Codd. Mss. nunc primum edita a *J. Fr. Boissonade* iam sudant sub prelis Lipsiensibus. — *De conscribendis epistolis libellus*, (sine nomine auctoris,) gr. Paris. ap. Fred. Morel. 1577. 4. sed ab aliis tribuitur *Theoni*, aut *Libanio*. — *Commentarius in virtutes morales ac ciuiles et partes facultatesque animi, a Raphaele Mambla latine redditus*, Romae 1542. 8. — *De effectibus eclipsium solis et lunae iuxta singulas signorum triplicitates et decanos*, latine cum *Jo. Schroeteri* tabb. astrologicis, Viennae Austriae 1551. 8. — *de poetica* diss. gr. cum interpr. latina Fred. Morel. cum *Ge. Choerobosci* libro de figuris poeticis, Paris. 1615. 12. — Ex *Procli* inedito commentario in Parmenidem Platonis dedit locum *Ruhnken.* ad Xenoph. M. S. I, 2, 31. p. 220. ed. Ernesti. — Conf. de nostro *Tiedemann* in: *Geist der spekulativen Philosophie*, tom. III. cap. 13. p. 519 sqq.

Inter multos alios Proclos notandus est *Proclus*, qui post varia munera a. Chr. 434. a Theodosio imperatore archiepiscopus CPolitanus constitutus et a. C. 447. mortuus est. Ex eius scri-

ptis

ptis supersunt XX. *conciones* et *sex epistolae.* Ab eo autem opusculum de *traditione diuinae liturgiae* s. missae, vti nunc legitur, graece praefixum antiquis liturgiis a *Guil. Morello*, Paris. 1560. fol. p. 1. et lat. editum a *Claud. de Sainctes*, Antwerp. 1562. 8. esse profectum, alii dubitant. — Edita sunt *Procli opuscula, quae reperiri potuerunt, omnia:* nunc primum gr. et lat. iunctim edita et recensita: *ex bibliotheca Geverharti Elmenhorstii*, Lugd. B. 1617. 8. Sed insunt tantum tres epistolae et quatuor homiliae vna cum fragmento libri de traditione diuinae liturgiae. — Plenior collectio est: *Procli Analecta*, a *Vincentio Riccardo* ex insignium bibliothecarum penu eruta, nunc primum tum graece tum latine edita, reddita, commentariisque illustrata, Romae 1630. 4. — *Procli* opera, collecta, digesta et recensita in *Gallandi* Bibl. PP. tom. IX. p. 601 sqq. Conf. *Gallandi* prolegomm. p. 39. — *Homiliae* (XX.) gr. et lat. ex interpretatione et cum notis *Francisci Combefisii*, in huius Auctar. nov. Biblioth. PP. Gr. Lat. tom. I. p. 302. — Epistola *de fide* ad Armeniae presbyteros et archimandritas, gr. cum interpretatione *Dionysii Exigui*, in Antidoto aduers. haereses, Basil. 1528. et Paris. 1538. fol. in Biblioth. PP. Paris. 1644. tom. XI. p. 309. in *Harduini* collect. concilior. tom. I. p. 1722. in *Mansi* coll. concil. ampliss. tom. V. p. 421. cum Dionysii Exigui versione etc.

Junior est Proclo et Lycio et patriarcha *Proclus ὀνειροκρίτης*, qui Anastasii imper. mortem praedixit, et ab auctore chronici Paschalis p. 331. adpellatur Φιλόσοφος Ἀσιανός.

38. *Marinus*, Flauia Neapoli Samariae s. Palaestinae prope montem Garizim ortus, Procli discipulus et successor in cathedra scholae Atheniensis Platonicae. Scripsit *Procli vitam*, quam

post

post Xylandrum et Portum, altera parte de virtutibus Procli theoreticis ac theurgicis auctiorem et integram cum versione sua, breuibusque notis edidit, et praemisit prolegomena de Marino, de aetate, gente, magistris et successoribus Procli etc. *Jo. Alb. Fabricius*, Hamburg. 1700. 4. — tum ad calcem Fabr. B. latin. Londini 1703. 8. — E noua recensione ad Codd. Mss. cumque egregiis notis *J. Fr. Boissonadii*, additis Excerptis e Procli in Platonis Cratylum Commentario, propediem Lipsiae prodibit. — Reliquisse quoque dicitur, (eum enim auctorem fuisse, quibusd. videtur esse dubium,) commentarium ad *Data Euclidis*, qui cum Euclide gr. et latine prodiit.

39. *Seuerus, Alexandrinus*, rhetor graecus, circ. a. C. 470. Scripsit *Ethopoeias*, quas, minus integras, edidit *Freder. Morellus*, Lut. Paris. (secundum Gale) 1591. sec. alios ibid. 1616. 8. — Auxit illas vertitque *Leo Allatius*, in Excerptis variis graecorum sophistarum et rhetorum, Romae 1641. 8. — Tum denuo auctiores cum noua sua versione et castigationibus vulgauit *Thom. Gale* ad calcem Demetrii Phalerei aliorumque rhetorum selectorum, Oxon. 1676. 8. rec. cura *Jo. Frid. Fischeri*, Lips. 1773. 8. p. 208 sqq. — *Iriarte* in bibl. Matrit. codd. gr. p. 461 sqq. primus e cod. euulgauit 6 *Seueri narrationes*.

40. *Stephanus*, Byzantinus, Grammaticus et Geographus, sub exitum saeculi quinti. Opus elaborauerat spissum et inscriptum Ἐθνικά, s. *Lexicon grammatico-geographicum*, in plures libros digestum, in quo nomina gentilia potissimum docuit, quomodo a gentium, regionum, insularum, vrbiumque, pagorum et fluuiorum nominibus rectius deduci debeant. Eius tamen fragmentum et epitome, adhuc ad scientiam geographiae, antiquitatis et mythologiae, inprimis notationis vrbis locique valde vtilis, ab Hermolao, Gram-

matico CPolitano ſub imperatore Juſtiniano facta, tantummodo ſuperſunt. Inſcriptio autem περὶ πόλεων a librariis recentioribus proficiſcitur. — *Stephanus* de vrbibus graece, Venet. ap. Aldum, 1502. fol. — Florent. ap. heredes Phil. Juntae, 1521. fol. et cura *Guil. Xylandri*, qui textum innumeris locis emendauit et caſtigationes adiecit, Baſil. ex offic. Oporin. 1568. fol. — graece cum verſione latina et animaduerſſ. *Thomae de Pinedo:* additae ſunt, praeter *Stephani* fragmentum, collationes *Jac. Gronouii* cum cod. Peruſino etc. Amſtelod. 1678. fol. et, folio inſcriptionis probabiliter in aliis exemplaribus tantum mutato, Amſtel. 1725. — *Gentilia per epitomen,* antehac de Vrbibus inſcripta, quae ex Msstis codicibus — reſtituit, ſuppleuit, latina verſione ac integro commentario illuſtrauit *Abrah. Berkelius.* Accedunt collectae a *Jac. Gronouio*, [qui, mortuo Berkelio, abſoluit editionem,] variae lectt. e cod. Ms. Peruſino, intermixtis eiusd. notis, Lugd. Bat. 1688. et 1694. fol. — *Lucae Holſtenii* notae et caſtigationes poſtumae in Stephani Byzantini Ἐθνικά — editae a *Theodoro Ryckio* etc. Lugd. Bat. 1684. fol. — *Fragmentum Stephani de vrbibus*, depromtum ex membranis perantiqui cod. bibl. Seguierianae, cura, interpretatione et notis *Sam. Tennulii*, Amſtel. 1669. 4. idem, gr. et lat. emendatius ex cod. ipſo Seguieriano, cum notis, editum a *Montfaucon* in Catal. bibl. Coislin. Pariſ. 1715. fol. p. 281. — *Fragmentum de Dodone* cum triplici verſione et academicis exercitatt. *Jac. Gronouii,* Lugd. Batav. 1681. 4. et in *Gronouii* theſ. antiquitatum graec. tom. VII. p. 269. — Notae in Steph. Ἐθνικά, a Jo. Alb. Fabricio, vt videtur, aliisque edit. Aldinae adſcriptae, ex autographo communicantur a *Jul. Bernh. Ballenſted*, Helmſtad. 1774. 4. et auctiores atque emendatiores, additis propriis anim-

animaduerſionibus, a *Gurlitto* ad Fabric. B. Gr. vol. IV. (vbi a pag. 621. copioſe agitur de noſtro Stephano,) p. 632 ſqq.

41. *Malchus*, Philadelphienſis Syrus, ſophiſta et hiſtoricus CPolitanus, circ. a. C. 480. ſecundum Saxium in Onom. II. p. 3. aut ſecundum alios poſt a. C. 491. Eleganti ſtilo ſcripſit Βυζαντιακὰ, ſiue *hiſtoriam* ab extremis tempp. Leonis primi, imperatoris, ſiue ab a. C. 474. vsque ad necem Julii Nepotis, a. C. 480. occiſi, libris VII. At ſuperſunt II. *Eclogae de legationibus*. — *Malchi* fragmenta, graece, in Eclogis legationum *Dav. Hoeſchelii*, Aug. Vindel. 1603. — gr. et lat. *Car. Cantoclaro* interprete, et cum eiusdem atque *Henr. Valeſii* notis, in *Phil. Labbei* Protreptico de SS. Byzantinis, Pariſ. 1648. fol. — *Scriptores* autem *Byzantini*, (qui multi ſunt,) ii nominantur, qui ſub imperio Byzantino viuentes, hiſtoriam imperii romani orientalis ita expoſuerunt, vt alii vniuerſalem hiſtoriam ad ſua vsque tempora, alii autem certorum tantummodo temporum hiſtoriam componerent; alii aut geographiam et topographiam, aut hiſtoriam ſui temporis aut cuiusdam imperatoris conderent, et ſaepe ab exordio mundi inciperent, aut vltra limites vagarentur: de quibus eorumque editionibus conf. *Martin. Hankium* de byzantinarum rerum ſcriptoribus graecis, Lipſiae 1677. 4. *Carol. du Fresne Dom. du Cange* Hiſtoriam Byzantinam duplici commentario illuſtratam, Pariſ. 1680. fol. *Fabricium* in B. Gr. VII. p. 517 ſqq. inprimis *Meuſel.* in Biblioth. hiſtorica, vol. V. part. I. p. 108—302.

Scriptoribus Byzantinis, ab aliis collectis, addi debet Ἰουλίου Πολυδεύκους ἱστορία φυσική, *Julii Pollucis hiſtoria phyſica*, (ab auctore forſan ideo nominata, quoniam ab initio multa de ortu mundi rerumque creatarum praeter rem adtulit; poſtea enim hiſtoriam Judaeorum et Chriſtianorum

multo verboſius, quam reliquorum populorum, eſt perſequutus;) quam ex cod. Mediolanenſi, qui vero initio, adeoque notitia et nomine auctoris, ac prooemio atque principio capitis primi caret, *Jo. Baptiſta Bianconi*, ignorans auctorem, edidit atque inſcripſit: *Anonymi ſcriptoris hiſtoria ſacra* ab orbe condito ad Valentinianum et Valentem impp. e veteri cod. gr. deſcripta, latine vertit et nonnulla adnotauit, Bononiae 1779. fol. Illam editionem ignorans *Ignatius Hardt* ex cod. Bavar. qui ab initio integer eſt et habet quoque tabulam ac prooemium, adſcripto nomine *Pollucis*, (Ἰουλίου Πολυδεύκους ἱςορία Φυσικὴ εἰς τὴν κοσμοποιΐαν ἐκ τῆς γενέσεως καὶ χρονικὸν ἐφεξῆς,) cum initio capitis primi, ſed in fine ibidem, vbi deſiit Mediolanenſis, deficit, primum, vt ſibi videbatur, opus publicauit, praefixa inſcriptione: Ἰουλίου Πολυδεύκους ἱςορία Φυσική· *Julii Pollucis hiſtoria phyſica*, ſeu chronicon ab origine mundi vsque ad Valentis tempora. Nunc *primum* graece et lat. editum cum lectt. variis et notis etc. (ſine accentibus,) Monachii et Lipſiae 1792. 8. Vtriusque autem editiones ſcriptura et lectionibus interdum diſcrepant.

42. *Zenonis*, imperatoris, ἑνωτικὸν ſ. *vnitiuum* in cauſſa Eutychiana, a. Chr. 482. graece exhibent *Euagrius* hiſt. eccl. III. 14. et *Nicephor.* XVI. 12. — lat. *Facundus* XII. 4. et *Liberatus* cap. 18. — *Zenonis* conſtitutio de nouis operibus aedificandis, aliis emendatior, cum verſione lat. et adnotatt. edita ab *Andrea Federico*, Neapoli 1765. (al. ex graeco in latinum verſa et illuſtrata, a. 1770.) et cum italica verſione atque adnotatt. aliis, quae tum iurisprudentiam, tum architecturam ſpectant, a *Nicolao Carletti*, Neapoli 1783. Conf. *Jo. Guil. Bergeri* Henotica orientis, Witteberg. 1723. 4. et *Morelli* Bibl. Mſt. graec. et lat. tom. I. p. 104.

43. *Eu-*

43. *Eutocius*, Aſcalonita, Mathematicus et Mechanicus, circ. a. C. 478. vel poſt a. 500. ſcripſit commentarios ad quosdam Archimedis et Apollonii Pergaei libros. Conf. ephem. litter. Gottingenſ. a. 1795. plag. 159. p. 1599 ſq.

Draco Stratoniceus, Grammaticus, h. l. inferatur. Scripſit περὶ μέτρων, quod opuſculum ſeruatum eſt in cod. quodam Pariſ. *Haſe* in Notices et Extraits des Mssts de la Biblioth. impériale et autres Bibliothèques etc. tom. VIII. seconde partie, Pariſ. 1810. 4. dedit notitiam *Draconis*, cuius aetatem ponit circ. in ſaeculo quinto, et ex cod. atque Draconis libro, qui II. partibus conſtat, praefat. ad priorem partem et caput I. περὶ χρόνων κατὰ ςοιχεῖον. Conf. *Beckii* Acta Semin. — Lipſ. vol. I. p. 327 ſqq. p. 492 ſqq. et p. 441. Primum edidit hoc opuſculum, addita Jo. Tzetzae in Homeri Iliadem Exegeſi, *God. Hermannus*, Lipſiae 1812. m. 8.

44. *Ammonius*, Hermeae filius, Procli diſcipulus, Alexandriae docuit philoſophiam Platonico-peripateticam: praeceptor Simplicii, Aſclepii Tralliani, Joannis Philoponi, grammatici, et Damaſcii; vixit circ. a. C. 485. aut ſecundum alios poſt a. 500. — Scripta eius edita ſunt 1) comment. in Iſagogen *Porphyrii* de quinque praedicabilibus; 2) comm. in categorias *Ariſtotelis;* 3) comment. in libr. *Ariſtotelis* περὶ ἑρμηνείας. — Comm. *in V. voces Porphyrii*, gr. Venet. impenſis Nic. Blaſti, 1500. fol. ap. Aldum, 1545. 8. — comm. in libr. peri hermenias, (cum eius comm. in Ariſtotelis Categorias et Pſelli paraphraſi in libr. de interpretatione,) et Margentini archiep. Mitylenenſis in eumdem enarratio, Venet. apud Aldum, gr. 1503. fol. — in *Ariſtotelis* praedicamenta et Ariſtotelis vita, gr. Venet. ap. Aldi filios, 1546. 8. — in Ariſtotelis de interpretatione librum commentar. gr. ib. ap. eosdem, 1546. 8.

— *Am-*

— *Ammonii* siue *Philoponi* vita Aristotelis, gr. et lat. etc. cum *Petri Jo. Nunnesii* scholiis de vita, moribus, philosophandi ratione, scriptis, auditoribus successoribusque Aristotelis, Lugd. B. 1621. 8. — Helmstadii 1666. 4. item cum *Nunnesii* Peripateticae philosophiae institutione, Helmstad. 1667. 4. — *Ammonii Hermiae* in libri Aristotelis de interpretatione sectionem secundam commentar. (ex cod. Bodleiano correctior,) cum *Alex. Aphrodis.* libro de fato, gr. et lat. Londini 1658. 8. — De philosophia Ammonii scripsit *C. F. Roesler*, Tubingae 1786. 4.

45. *Hierocles*, Alexandriae philosophiam Platonicam, quam Aristotelicae haud disparem putabat, magno cum plausu et auctoritate docuit, circ. a. C. 450. Scripsit librum *de prouidentia et fato*, item *de liberi arbitrii cum diuina gubernatione conuenientia*, ex quo excerpta seruauit *Photius* Bibl. codic. 214. et 251. eaque quidam redegit in epitomen. Sub eius quoque nomine circumfertur *commentarius in aurea Pythagorae carmina*, et Ἀστεῖα siue *Facetiae*, incerta tamen fide, illi tribuuntur. — Epitomen excerptorum gr. et lat. edidit *Fed. Morellus*, Lutet. 1597. 8. — Excerpta Photii, cum Epitome et fragmentis apud Stobaeum, (cura *Jo. Pearsoni*) Londini 1655. 8. et 1673. 8. Est tom. II. Operum Hieroclis, additis notis *Merici Casauboni* ad commentarium Hieroclis, et *Jo. Pearsoni* de auctore, opere et editione prolegomenis. Adde Pythagoram supra in sect. I. §. 22. — *Hieroclis* commentar. *germanice* prodiit Tiguri 1778. 8. — in linguam *anglicam* translatus est a *Jo. Hall*, et post eius mortem editus a *Jo. Davies*, Londini 1657. 8. — a *Jo. Norris*, Oxon. 1682. 8. — ab anonymo, Glasguae 1756. 8. — *Hieroclis Facetiae* de studiosorum dictis et factis ridiculis, gr. et lat. cum notis, edente *Marq. Frehero*,

hero, Lupduni, (Lupodiuni, Ladenburg.) 1605. 8. — gr. et germanice in *Abrah. Kriegelii* Delectationibus gr. *(Griechiſche Ergötzungen)* Lipſ. 1747. 8. — gr. et lat. ad edit. Cantabrigienſ. recenſuit *Jo. Ad. Schier*, 1750. 8. rec. 1768. 8. cum notis criticis ac grammaticis et indice. — Illas *Facetias* locupletius longeque maiore numero cum animaduerſionibus ſuis edidit *Jac. de Rhoer* in Obſeruationum philologicarum, disceptationis cauſſa ab a. 1768. Gröningae in 4. promulgatarum, cap. XVI. p. 61—108. — Ἀστεῖα ab *Heynaz* edita, Berol. 1774. 8. — cum indice graeco-germanico et verſione german. Lipſ. 1788. 12. — Germanice quoque vertit *Ramler*, 1782. 8. — *Hierokles Schnurren, nebſt einem Anhang neuer Schnurren für luſtige Leſer*, Lipſiae 1788. 12.

Non confundendus eſt cum *Hierocle* ad a. C. 300.

Diuerſus quoque eſt *Hierocles*, grammaticus, auctor *Synecdemi*, h. e. comitis peregrinationis, ſiue Notitiae prouinciarum imperii orientalis. Eum circa Juſtiniani imperatoris tempora in viuis fuiſſe ſuſpicatur *Weſſeling.* in prolegom. ad *Hieroclis Synecdemum*, gr. adiectum *Antonini* Itinerario, et docto commentario illuſtratum, Amſtelod. 1735. 4. p. 621 ſqq. — Sine nomine auctoris et XIV. poſtremis prouinciis mutilus liber exſtat gr. et lat. in Notitiis antiquis, Geographiae ſacrae Caroli a S. Paulo ſubiectis, Amſtel. 1704. fol. p. 18 ſqq. — *Hieroclis Syn.* gr. a *Luca Holſtenio* ex Ms. Vaticano deſcriptus, (XIV. poſtremis prouinciis locupletior,) et ex alio Altempſiano emendatus latineque redditus, tom. II. Antiquitatis eccleſiae illuſtratae ab *Emanuel. Schelſtratenio*, Romae 1697. fol. in adpendice ad opus geographicum, p. 689. et ex hac edit. in

Anſel-

Anſelmi Banduri Imperio orientali, tom. I. Pariſ. 1711. et Venet. 1729. fol.

46. *Aeneas, Gazaeus,* ſophiſta et rhetor chriſtianus, diſcipulus Hieroclis, vixit extremo ſaeculo quinto, et ſcripſit dialogum inſignem, *Theophraſtum* ſiue *de immortalitate animarum et corporum reſurrectione,* atque *Epiſtolas.* — *Theophraſtus* etc. gr. cum lat. interpretat. *Jo. Wolfii,* Tiguri 1560. fol. et in Bibl. P. P. Pariſ. 1644. tom. XII. p. 617. — cum interpretat. et animaduerſſ. *Caſpari Barthii,* Lipſ. 1655. 4. — *Epiſtolae* XXV. in Epiſtolis gr. diuerſ. Venet. ap. Aldum 1499. — gr. et lat. in Collect. epiſtolar. gr. Colon. Allobr. ſ. Geneuae 1606. p. 422.

47. *Dionyſius,* Aeneae aequalis, Antiochenus, ſophiſta et chriſtianus, cuius *Epiſtolae* XLVI. ſuperſunt in editt. citat. Aldina et Geneu. atque ap. Henr. Stephan. 1577. 8.

48. *Joannes Stobaeus,* ſiue *Stobenſis,* vt nonnulli malunt, et opinantur, a patria Stobis, Macedoniae ſecundae vrbe, ſic dictum fuiſſe. Vixit ante an. Chr. 500. et *Heeren* in comment. de fontibus eclog. Jo. Stobaei §. III ſq. probabilibus argumentis adlatis oſtendit, Stobaei aetatem inter ann. forte 450. et 500. eſſe ponendam. Quando autem *Saxius* in Onomaſt. II. p. 46. veriſimile eſſe putat, *Jo. Stob.* poſſe ſcriptoribus ſaeculi poſt C. n. ſexti adnumerari, id eum ex locis, a Conrado Gesnero interpolatis, collegiſſe, alii monuerunt. Ex quingentis circiter ſcriptoribus poeticis ac proſaicis compoſuit *Florilegium ſententiarum,* *Ἀνθολόγιον ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν,* quod vnum opus eſſe, quatuor libris conſtans, et priores duo libros vocari *Eclogas phyſicas et ethicas,* reliquos autem *Sermones,* vulgata eſt opinio. Heeren autem l. c. §. V. docet, duo eſſe diuerſa opera, et ab ipſo auctore duplicem hanc collectionem ita fuiſſe diſtinctam,

vt

vt bini Eclogarum et Sermonum libri duplex etiam opus constituerent, atque prius, s. Eclogae, historiam quasi philosophiae contineret, posterius autem, s. Sermones, totum esset νουθετικόν. Ex *Photio*, cod. 167. vbi recensum dedit capitum eclogarum plurium, quae in cod. suo legebat, cognoscimus, duo priores libros esse mutilos aliaque deesse. Atque ex cod. Mosquensi Ἰωνιᾶς Arsenii dicitur Stobaeus posse pluribus locis suppleri. Florilegium autem et Eclogae Stobaei cum propter res et argumentum, tum maxime propter fragmenta, ab interitu seruata, et reliquos superstites veterum auctorum locos optimo iure magni aestimantur. Nominum tamen auctorum confusionem in Stobaeo esse frequentem, docet *Wyttenbach* ad Plutarchum, (ex huius libris de placitis philosophor. quos quidem illum longe pleniores, quam hodie exstant, legisse, constat,) de sera numinis vindicta p. 129. — *Jo. Stobaei* Eclogarum libri duo (priores) primum graece ex cod. Jo. Sambuci alteroque emendatiore quidem, sed multis tamen partibus adhuc manco, Guil. Sirleti, addita *Guil. Canteri* versione, lucem primum viderunt: vna cum *Gemisti Plethonis* de rebus Peloponnes. orationibus II. eodem *Guil. Cantero* interprete etc. Antwerp. ap. Plantin. 1575. fol. rec. cum Sermonum libris ex ed. Gesneri, Aurel. Allobrog. s. Geneuae 1609. fol. — Libr. III. et IV. edidit *Victor Trincauellus* in *Stobaei* Collection. sententiarum, graece, aere et diligentia Jo. Franc. Trincaueli, Venet. 1535. 4. — Graece et lat. aliquoties adhuc edidit *Conr. Gesner.* n. Tiguri recudi fecit Trincauelli edit. infinita tamen loca, collatis scriptoribus, qui a Stobaeo laudantur, restituisse sibi visus est, 1543. fol. Tum recensuit, et ex cod. Ms. Diegi Hurtadi Mendozae plurimas sententias et capita integra suppleuit, aliaque, etiam peregrina, addidit; Basil. 1549.

Tiguri

Tiguri 1550. fol. et indice auctorum, a Stobaeo citatorum, addito, Tiguri 1559. fol. Alia quoque ſunt adiecta. — *Stobaei* Sententiae, gr. et lat. cum admixtis collectaneis *S. Maximi* et *Anton. Meliſſae,* Francof. ex offic. Wechel. 1581. fol. Ex moleſta autem confuſione alius capitum numerus ortus eſt, aliusque ordo. Quare melior eſt editio: *Stobaei Sententiae* ex theſauris Graecorum delectae. *Cyri Theodori* dialogus de amicitiae exilio. Opuſculum *Platoni* adſcriptum de iuſto. Aliud eiusdem, an virtus doceri poſſit. Huic editioni acceſſerunt eiusd. *Stobaei* Eclogarum phyſicarum et ethicarum libri duo. Item loci communes ſententiarum, collecti per *Antonium* et *Maximum* monachos, atque ad Stobaei locos relati etc. Aureliae Allobrogum pro Franc. Fabro, bibliop. Lugdun. 1609. fol. Integer enim Stobaeus ſeparatim, itidemque Anton. Meliſſa et Maximus ſeorſum exhibentur. — Dicta poetarum, quae ap. *Stobaeum* exſtant, emendata [ex codd. Pariſ. et ingenio ſuo,] et lat. carmine reddita ab *Hugone Grotio.* Acceſſerunt *Plutarchi* et *Baſilii M.* de vſu graecorum poetarum libelli. Pariſ. 1623. 4. Confer tamen *Valckenar.* in Diatribe poſt Euripidis Hippol. p. 195. n. 2. et p. 198. n. 3. — Gnomologia graeco-latina ſiue inſigniores et venuſtiores ſententiae — ex magno Anthologio *Jo. Stobaei* excerptae et in locos ſupra bis centum digeſtae. Acceſſit *Luciani* ſomnium, gr. et lat. cum commentario: per *Mich. Neandrum,* Baſil. 1557. 8. — Fragmenta Pythagoreorum quorumdam e *Stobaeo* deſumta, gr. cum lat. verſione *Guil. Canteri* et notis: in *Tho. Gale* Opuſcul. mythol. Amſtel. 1688. p. 657. — Omnes tamen memor. editt. longe ſuperauit recentiſſima, quam, ordine capitum interdum mutato, et, quantum fieri potuit, pleniſſimam parauit notisque eruditis illuſtrauit *Arn. Hermann. Ludov. Heeren.* Inſcripta

scripta est: *Jo. Stobaei* Eclogarum physicarum et ethicarum libri duo: ad codd. Mss. fidem suppleti et castigati, annotatione et versione lat. instructi etc. cuius *pars prima,* in duo tomos digesta, continet *physica,* et tomus prior prodiit Gottingae 1792. 8. tomus autem alter ibid. 1794. 8. — *partis* II. tom. I. comprehendit *ethica,* ibid. 1801. 8. tomus denique II. ibid. 1801. 8. continet 1) variantes lectiones; 2) *Heeren.* commentat. de fontibus eclogarum Jo. Stobaei; 3) *Frid. Jacobs* *) epistolam criticam in Stobaei eclogas; 4) quinque indices. — *Stobaei Sermonum* editionem nouam e codd. emendatiorem promiserat *Nic. Schow* in epistolis criticis, vna ad C. G. Heynium, altera ad Th. Chr. Tychsen, Romae 1790. 4. p. 47 sqq. sed prima tantum pars, continens *Sermones e Mss. codd. emendatos et auctos* I—XXVII. graece cum notis breuibus criticis in lucem prodiit Lipsiae 1797. mai. 8. Enimuero editio mansit imperfecta, praecipue propter tristissimum illud incendium, quod, vt regium palatium Hafniense, ita etiam Schowii libros omniaque, quae ille in itinere collegerat ad Stobaeum suum ornandum, absumsit. — Primum eclogarum cap. de deo rebusque diuinis, gr. et german. a *J. J. Brucker,* cum notis, collato cod. Augustano, in (Gottschedii) *Beyträgen zur kritisch. Hist. der deutschen Sprachlehre* etc. part. XXII. p. 171 sqq. — *Rittershusii* aliusque emendatt. atque coniecturas, margini editionis III. Gesnerianae adscriptas, publici iuris feci in Opusculis meis varii argumenti, Halae Sax. 1773. mai. 8. p. 181 sqq.

49. *Pri-*

---

*) Idem V. C. edidit Animaduerss. in Stobaei Florilegium, in epist. critica ad Nic. Schow, subiunctas eius Animaduersion. in Euripidis Tragoedias, Gothae et Amstel. 1790. 8. p. 209 sqq.

49. *Priscianus*, Lydus, philosophus Peripateticus, et paraphrastes libri Theophrastei de sensu, phantasia et intellectu. Vulgata est eius paraphrasis a *Victore Trincauello* vna cum Theophrasti libro de sensu, et Alex. Aphrodisiensis quaestionibus, Venet. 1536. fol. et ab *H. Stephano* vna cum characteribus s. notationibus morum et fragmentis ex nouem Theophrasti libris, Paris. 1557. 8. etiam gr. in Oporin. Theophrasti edit. Basil. 1541. fol. ex recens. Joach. Camerarii. Latine vero translata est a *Marsilio Ficino*. Vixit circ. medium saeculum sextum.

50. *Procopius Gazaeus*, Sophista christianus, circ. a. C. 520. Habuit Choricium et discipulum et successorem, variaque scripserat. Superstites sunt 1) *Commentarii in Octateuchum*, h. e. in priores octo libros V. T. ex antiquiss. cod. Augustano in lat. sermonem minus accurate translati a *Cunr. Clausero* (vsque ad librum Moyseos tertium, reliqui ab *Hartmanno Hambergero*,) Tiguri 1555. fol. (Sunt quoque exempla sine anni nota, cum breuiore inscriptione, et breui Jac. Gesneri praefatione, loco longioris Clauserianae.) — *in libros Regum et Paralipomenon scholia*, gr. *J. Meursius* primus edidit, et latinam versionem Hartm. Hambergeri, non, vti Meursius scripserat, Ludou. Lauateri, adiecit, Lugd. Bat. ap. Isaac. Elzeuir, 1620. 4. atque p. 333. haec legitur inscriptio: *Procopii Gazaei in Paralipomena scholia, Ludov. Lauatero, et Hartm. Hambergero interpretibus.* — rec. in Meursii Opp. tom. VIII. p. 1 sqq. — *Jo. Christ. Gottlieb Ernesti* ex apographo, ab *Oleario* ex cod. Augustano descripto, quod cum eius versione integrum, ad prelum paratum, exstare dicitur, specimen dedit cum versione lat. notisque in epistola de *Procopii Gazaei* commentariis graecis in Heptateuchum, (h. e. in Pentateuchum, librum Josuae et

Judi-

Judicum,) et Canticum ineditis, Lipſ. 1785. 4. — 2) *variarum in Eſaiam prophetam commentationum epitome:* cum praepoſito *Euſebii Pamphili* fragmento de vitis prophetarum, *Jo. Curterio* interprete etc. Pariſ. 1580. fol. — 3) *Epiſtolae LX.* graece, in Epiſtolis Graec. Venet. ap. Aldum, 1499. 4. in parte altera. — gr. et lat. in Epiſtol. Graecan. Col. Allobr. p. 429. — 4) Procopius, teſte Photio cod. 160. ſcripſerat λόγους ſiue orationes varii generis. — *Villoiſon* in Anecdot. graec. tom. II. p. 28 ſqq. *) e cod. S. Marci 428. gr. edidit notisque doctis illuſtrauit *Procopii Gazaei Panegyricum in Anaſtaſium* imper. — 5) *Proc. monodiam* (ſ. lamentationem) *in S. Sophiam, terrae motu collapſam,* gr. publicauit *Iriarte* in Cat. codd. gr. Matrit. p. 264 ſq.

51. *Fl. Philoxenus,* COS. orientis a. C. 525. Valde autem dubium videtur viris doctis, (v. *Fabr.* B. Gr. VI. p. 635 ſqq. et *Saxium* in Onom. lit. II. p. 24 ſq.) num *Philoxenus* fuerit auctor latino-graecarum Gloſſarum, quas primum *H. Stephan.* ſine nomine auctoris edidit in opere: *Gloſſaria duo,* e ſitu vetuſtatis eruta; ad vtriusque linguae cognitionem et locupletationem perutilia; item de atticae linguae ſeu dialecti idiomatis comment. 1573. fol. dein, ex cod. quodam, nomine auctoris praefixo, *Bonauentura Vulcanius* in opere: *Theſaurus vtriusque linguae, hoc eſt Philoxeni* aliorumque veterum authorum *Gloſſaria* latino-graeca et graeco-latina. *Iſidori* Gloſſae latinae: veteres Grammatici latini et graeci, qui de proprietate et differentiis vocabulorum

*) Idem in not. p. 27. animaduertit, Fragmenta ex Procopii commentariis in Canticum canticorum publici iuris facta eſſe a *Jo. Meurſio* cum Polychronii Diaconi ἐξηγήσει, et Mich. Pſelli ἑρμηνείᾳ verſibus politicis ſcripta, Lugd. Bat. 1617. 4.

lorum vtriusque linguae ſcripſerunt. *) Edita omnia atque recognita ſtudio et opera *Bonav. Vulcanii*, cum eiusdem notis etc. Lugd. Bat. 1600. fol.

52. *Juſtinianus*, imp. CPolitanus ab a. Chr. 527. theologus, vt videri volebat, iurisque et iuſtitiae parens. De eius litteris ad Agapetum, pontificem, a. 536. datis, de epiſtola ad Mennam, item de tribus capitulis, h. e. epiſcoporum triumviris, ad eumdem etc. v. *Fabr.* B. Gr. XII. p. 682 ſqq. ed. vet. et *Saxii* Onom. lit. II. p. 25 ſq. — *Juſtiniani* Epiſtolam contra defenſores trium Capitulorum, h. e. Theodori Mopſueſteni, Ibae et Theodoriti, gr. ac lat. edidit *Angel. Maria Bandini* in Graecae eccleſiae veteris monumentis, Florent. 1762. 8. vol. I.

53. *Agapetus*, diaconus magnae eccleſiae CPolitanae, a. Chr. 527. non confundendus cum *Agapeto*, pontifice Romano, a. 535. aliisque. Ille diaconus ſcripſit ad Juſtinianum, quum habenas imperii capeſſeret, LXXII. capita admonitionum, ſiue, vt vulgo vocatur, *Schedam regiam*, cum Aeſopi fabb. aliisque ſaepe editam. Ego vero paucas excitabo editt. — Princeps et rariſſima editio eſt: *Agap.* de officio regis, gr. et lat. *Zachar. Calliergi*, Venet. 1509. 8. — gr. Colon. 1517. 4. — Scheda regia, gr. et lat. a *Matthia Martinio*, Herbornae 1605. 8. — rec. Bremae 1615. 12. — Expoſitio capitum paraeneticorum, cum notis *Steph. Schoeningii*, et cum *S. Nili* admonitionibus ac libello de virtutibus, qui Ariſtoteli tribuitur, Franecker. 1608. 8. — rec. Goerlitzii 1679. 8. — *Agapeti* ſcheda regia et *Baſilii Macedonis* adhortationes ad Leonem, fil. cum ver-

*) Inter hos col. 763 ſqq. receptus eſt *Ammonii de ſimilibus et differentibus vocabulis libellus.*

versione recensita a *Bernhardo Damke*, additis eius notis copiosis, Basil. 1633. 8. — *Agapeti* capp. admonitoria LXXII. — gr. et lat. ex correctione et cum explanatione *P. Guerin.* Paris. 1634. 8. — — Scheda regia — cum notis M. *Jac. Brunonis* — edita et recognita, et scholiis pluribus adaucta ab huius filio *Jac. Pancratio Brunone*, Lips. et Norimbergae 1669. 8. — *Brunonum* edition. repetiit, recensuit suisque notis auxit, et indicibus instruxit *Jo. Augustin. Groebelius*, Lips. 1673. 8. — Exstat quoque gr. et lat. in maioribus collectionibus, ex gr. in Biblioth. P. P. Paris. 1644. tom. XII. p. 607. in *Anselmi Banduri* Imperio orientali, tom. I. p. 158. Paris. 1711. fol. siue p. 128 sqq. edit. Venetae. — *Germanice* versus est libellus saepius, ex. gr. a *Nicol. Glasero*, cum laude philomelae et Luciano de calumnia ac tabula Cebetis, Bremae 1619. 4. — ab anonymo: *LXXII Ermahnungs-Stücke eines Geistlichen der katholischen Kirche an den Kaiser J****, Francof. et Lips. 1782. 8. — Inter *gallicas* notanda est versio *Ludouici XIII.* regis Galliar. ex versione lat. facta, Paris. 1612. 8.

54. *Aëtius, Amidenus*, (nam in quibusdam codd. diserte vocatur Ἀέτιος Ἀμιδηνὸς,) medicus christianus, Alexandriae artem medicam didicit. *Comes* dicitur fuisse Ὀψικίου, *Obsequii*, s. anteambulonum Caesaris. Homo fuit superstitiosus, et vixit sub finem saeculi quinti, vel potius circ. a. 540—550. et distinguendus est ab *Aëtio Antiocheno*, qui haereticus, Eunomii magister et CPoli post varia fata obiisse, atque circ. medium saec. IV. diu antea in viuis fuisse perhibetur. Composuit prior Aëtius medicus XIV. libros medicinales ex Oribasio, praesertim ex Galeno compilatos, ita tamen, vt iudicium limamque adhiberet, et multa ex veteribus decerpta adferret: ideoque

ideoque vel hodie ab eruditis commendatur *). Hucusque octo tantum libri graece, reliqui ex latina Cornarii versione, praeter fragmenta quaedam, superiore saeculo edita, leguntur. — *Graece* prodiit *Aëtii Amideni* librorum medicinalium *tomus primus*, primi scilicet libri octo, nunc primum in lucem editi, Venet. in aedibus heredum Aldi Manutii et Andr. Asulani, 1534. fol. — *Latine, Aëtii Antiocheni medici de cognoscendis et curandis morbis sermones sex*, (n. ab octauo vsque ad decimum tertium,) iam primum in lucem editi, interprete *Jano Cornario*, Basil. in offic. Froben. 1533. fol. — Hinc *Jo. Baptista Montanus* lat. vertit VII. priores libros et tres vltimos, addidit sex libros, a Cornario versos, adeoque XVI. libros Aëtii lat. reddidit, Venet. in offic. Lucantonii Juntae, 1534. tom. III. fol. — rec. opera Cornarii, Basil. ap. Froben. 1535. et 1538. fol. — Dein *Jan. Cornarius* totum opus de integro vertit et inscripsit: *Aëtii medici gr. contractae ex veteribus medicinae tetrabiblos, h. e. quaternio, i. e. libri vniuersales quatuor, singuli quatuor sermonum quaterniones, i. e. Sermones XVI. per Jan. Cornarium medicum physicum latine conscripti*, Basil. 1542. fol. 1549. fol. et Lugduni ac Venet. 1549. et 1560. et in *H. Stephani* medicae artis principibus, Geneu. 1567. tom. II. rec. — Integros Aëtii libros recentiore aetate plures ex Msst. edituri erant, quorum tamen consilium mors destituit. Atque *Jo. Ern. Hebenstreit* in duabus prolusionibus promulsidem dedit,

*) Conf. *Freindium* in Hist. med. p. 21 sqq. Lugd. B. 1734. 8. s. p. 144 sqq. ex latina Jo. Wigani versione, part. II. Opp. omnium medicor. *Freind.* ed. II. Par. 1735. 4. — *Car. Weigel* in diss. s. *Aëtianar. exercitationum* specimine, Lips. 1791. 4. et *Curt Sprengel* in *Versuch einer pragmat. Geschichte der Arzneykunde*, part. II. Hal. 1793. 8. p. 199 sqq.

dedit, atque eruditorum ſaliuam valde mouit. Prior inſcripta eſt: Tentamen philologico-medicum ſuper *Aëtii Amideni* ſynopſis medicorum veterum libris octo, poſt illos octo, quos Aldus Manutius Venetiis 1534. euulgauit, qui ſuperſunt, nondum editis ex Msto *Gunzii*, ſiſtens *libri ſeu ſermonis noni aliquot capp.* gr. et lat. (ex verſione Jani Cornarii,) Lipſ. 1757. 4. iterum in Nouis actis eruditor. m. Sept. a. 1757. part. I. p. 505 ſqq. Poſterior proluſio eſt inſcripta: *Aëtii Amideni* Ἀνεκδότων libri IX. cap. 28. exhibens tenuioris inteſtini morbum, quem ileon et chordapſum dicunt, vna cum veterum ſuper hac aegrotatione ſententiis, Lipſ. 1757. 4.

55. *Coluthus,* ex Lycopoli, Thebaidis in Aegypto vrbe, ortus, et ſub Anaſtaſio imper. a. C. 518. mortuo clarus, at parum certa fide, fuiſſe perhibetur. Compoſuit carmen *de raptu Helenae,* hodie quidem haud paucis locis mutilum. Sed Coluthus poeta fuit inſicetus, ingenii fertilitate iudiciique acie deſtitutus, et ineptus Homeri imitator *). — Princeps edit. eſt *Aldina* cum Quinti ſ. Cointi Calabri et Tryphiodori carminibus, ſine nota anni, 8. Eſt quoque in H. Stephani et Jo. Lectii collectionibus carminum ſ. principum poetarum graecorum, atque *Neandri* Opere aureo, tom. II. Lipſ. 1577. 4. — Saepius praeterea vel cum aliis editus vel latine verſus prodiit: ego vero memorabo tantum quasdam edd. *Col.* de raptu Helenae lib. gr. ab *Helio Eobano, Heſſo,* latino carmine redditus. Acceſſit *Muſaei* opuſculum de Herone et Leandro, gr. ab *Andr. Papio* latino carmine expreſſum, (edente *Henr. Rumpio,*)

*) Haec aliaque copioſe oſtendere ſtudui in IV. proluſion. acad. ſuper Coluthi carm. de raptu Helenae, Erlang. 1775—1777.

Rumpio,) Hamburgi 1617. 8. — Optima tamen est editio sic inscripta: *Coluthi raptus Helenae.* Recensuit ad fidem codd. Mss. ac variantes lectiones ac notas adiecit *Jo. Dan. a Lennep:* acced. eiusd. animaduersionum libri tres tum in Coluthum, tum in nonnullos alios auctores, Leovard. 1747. 8. — Secundum Lennepii recensionem carmen Coluthi typis recudendum curaui atque illustraui, graece, cum Aristophanis Pluto, Noriberg. 1776. 8. — cura *Bandinii,* Florent. 1765. 8. — Lennepii ed. ignorans edidit carmen gr. cum versione lat. et versibus italicis *Angel. Theodor. Villa,* Mediolani 1749. 12. Sed paullo post idem *Villa* nouam plenioremque curauit editionem, inscriptam: Ἑλένης Ἁρπαγὴ Κολούθου Θηβαίου Λυκοπολίτου Ἐποποιοῦ· *Il Rapimento d'Elena* — — tradotto in versi Italiani dall' Ab. *Angelo Teod. Villa.* — Aggiuntevi le varie Lezioni, ed alcune Note all' Originale, tratte da un Ms. dell' Ambrosiana. Nuova Edizione, accresciuta di varie Osservazioni, et dell' Italiana Versione delle orazioni di *Gorgia,* e d' *Isocrate* intorno ad Elena. Il tutto col Testo greco di rincontro. In Milano 1752. (1753.) 8. Ad calcem p. 188 sq. adiunctum est *Theocriti* Epithalamium Helenae, gr. cum versione poëtica italica paucisque notis. In introduct. ad Obss. et in notis multa in alios, praesertim in Jo. Franc. Corradin. ab Allio version. ital. quae cum notis prodiit Venet. 1741. 4. scripta occurrunt. — *Col.* gr. e rec. Lennepii ed. *Phil. Scio de S. Miguel,* cum versione lat. ad verbum, tum metrica propria et hispanica *P. Ignatii Garcia de S. Antonio,* Matrid. 1774. 4. — gr. cum vers. italica, Parmae, ap. Bodon. 1795. mai. 4. — *Von Alxinger* versio germ. vel potius imitatio primum lucem adspexit in *Wielandi Deutschem Mercur,* mens. Jul. Vimariae 1785. 8. nr. 1. dein repetita est inter eiusd.

carmina,

carmina, (*Sämmtliche Gedichte,*) part. II. 1788. p. 151 ſqq. Klagenf. u. Laybach. 1787. 8. — *Germanice* verterunt carmen *Carol. Aug. Küttner,* Mitau. 1772. 8. et cum verſionibus Hymnor. *Callimachi,* Argonaut. *Orphei* et Idyllior. *Theocriti, Bionis* ac *Moſchi,* Altenburg. 1784. 8. — *Bodmer,* Tiguri 1753. 4. — *Grillo,* Halberſt. 1771. 12. — *Anglice* vero *Franc. Fawkes,* Londin. 1780. 8. — *W. Beloe,* ib. 1786. 4. rec. in eiusd. poematibus ac verſionibus, ib. 1788. 8. — Add. D. *Valentin. Erneſt. Loeſcheri* Stromateus, ſiue diſſ. ſacri et litterarii argumenti etc. Wittemberg. 1734. 4. ſect. XIII. et XIV. Lectionum Coluthian. lib. ſingular. p. 313—468. — *S. J. Immanuel* Animaduerſſ. ad Coluthi Carmen de raptu Helenae, cum ſpecimine verſionis germanicae, ſub diſceſſum e Gymnaſio Hamburg. edidit, Hamburg. 1809. 8.

56. *Tryphiodorus,* Aegyptius, poeta epicus, eiusd. fere cum Colutho aetatis atque eruditionis, et ſummam laudem in cumulatione poeticorum luminum, imaginum et floſculorum ſermonis quaeſiuit in carmine, Ἰλίου ἅλωσις, *Ilii excidium,* quod Colutho ſaepius adiunctum eſt. Separatim editum eſt gr. curante *H. Rumpio,* Hamb. 1617. 8. — gr. a *Feder. Jamotio,* verſibus latinis redditum et annotatt. quibusd. illuſtratum, Lutet. 1557. 8. — cum verſione duplici, (proſa et carmine,) ac notis *Nicod. Friſchlini* et caſtigatt. *Laurentii Rhodomanni,* Francof. 1588. 4. — cum metrica Nic. Friſchlini verſione et ſelectis viror. doct. notis: lacunas aliquot ex cod. Mſt. expleuit, et ſuas adnotatt. adiecit *Jac. Merrick,* Oxon. 1741. mai. 8. Eiusd. *Merrickii* verſio carminis anglica cum notis prodiit ibid. 1739. mai. 8. — graece, cum interpretat. lat. et *Saluinii* italica, atque codd. Mediceorum varietate et ſelectis adnotatt. minus diligenter ed. a *Bandinio,*

 Florent.

Florent. 1765. 8. — graece cum versibus italic. *Angeli Theod. di Villa*, Moden. 1774. 8. — Τρυφιοδ. Ἰλίου ἅλωσις, de plurimis mendis purgata et obseruatt. duobus indicibus et variis excursibus illustrata a *Thoma Northmore*, Lond. Cantabrig. et Oxon. 1791. med. 8. — editio altera, auctior et emendatior, Londin. 1804. 8. Ex hac edit. ducta est splendida et nouis eleganterque sculptis typis expressa, curante *Godofr. Henr. Schaefero*, sumt. Car. Tauchnitzii, Lips. 1808. fol. Notae Schaeferi criticae et emendationes in vltimo folio comparent.

57. *Cointus* siue *Quintus*, cognomine *Smyrnaeus*, aut *Calaber*, ideo cognominatus, quod a Cardinale Bessarione in Calabria, in coenobio Cassula prope Otrantum, carmen erat repertum. Sed de nomine, patria et aetate illius haud leuis VV. DD. est dissensus, atque tantum laudabo iudicium *Tychsenii* in commentat. de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri, qua nouam carminis editionem indicit etc. Gotting. 1783. 8. Is enim ostendit, regionem Smyrnaeensem fuisse Quinti patriam, putatque, eum vixisse post sedem imperatorum CPolin translatam. (*Saxius* in Onomast. II. p. 21. quaerit, an *Cointus*, *Coluthus* et *Tryphiodorus* possint ad tempora Anastasii Aug. referri.) Idem Tychsen in sectt. II sqq. iudicat de carmine, quod fudit Cointus, et inscribi solet *Paralipomena Homeri*, siue *Derelictorum ab Homero libri XIV*. h. e. historia belli Troiani a morte Hectoris vsque ad Achaeorum reditum, rerumque ab heroibus gestarum; nec non de poeticis carminis virtutibus, quibus superat Coluthum ac Tryphiodorum, et de carminis vitiis etc. Carmen quidem est probabile, nec vero a vitiis saeculi sui immune, multo minus cum Homerica sublimitate et naturali pulcritudine comparandum, et ex variis variorum temporum ac poetarum fragmentis

mentis compositum: atque contextus ipse nec integer nec a multis vitiis librariorum liber esse videtur *Schowio* in epistolis criticis, Romae 1790. 4. et quidem in altera ad Tychsen. p. 59. — Princeps edit. est *Aldina*, sed plena mendis, cum Tryphiodoro et Colutho, gr. sine vlla nota, 8. — rec. est, et vero mendorum numerus auctus, gr. per Sixtum Henricpetri, Basil. 1569. 8. — Ἰλιὰς Κοΐντου Σμυρναίου — — latine olim reddita et correcta a *Laur. Rhodomanno.* Nunc accessit epitome gemina tum Homeri, tum Cointi, tum vniuersae historiae Troianae, itemque *Dionis Chrysostomi* oratio (XI.) de Ilio non capto, auctore et interprete eodem. Hanouiae 1604. 8. ex offic. librar. Wechel. Quod ex hac quoque offic. exierunt in lucem *Cl. Dausqueii* Adnotamenta in Q. Calabri f. Cointi Smyrnaei paralipomena etc. 1614. 8. librarius iis exemplis Cointi Smyrnaei, quae nondum erant vendita, adiunxit *Claudii Dausqueii* notas, et, quo facilius iunctim venderentur, nouum et communem, quem vocant, titulum cum anni nota 1614. praefixit: *Troia expugnata, seu supplementum Homeri — auctore Quinto Calabro, gr. interprete Laur. Rhodomanno, cum Cl. Dausqueii adnotamentis* etc. — Diu post *Jo. Cornel. de Pauw* edidit *Quinti Cal. praetermissorum ab Homero libros XIV. graece*, cum versione lat. et integris emendatt. *Laur. Rhodomanni*, et adnotamentis selectis *Cl. Dausqueii*, et suas etiam emendationes addidit, Lugd. Bat. 1735. 8. Quod vero festinanter tractauit auctorem, nimiusque in corrigendo et culpando poeta et in alios VV. DD. petulanter immoderateque inuectus et conuiciatus est, *Dorville* in libro: *Vannus critica in inanes Jo. Corn. Pauonis paleas*, Amstel. 1737. mai. 8. p. 346 sqq. 572 sqq. pari acerbitate, sed maiore litterarum graec. scientia et iudicio acriore, temerarias Pauonis perstrinxit

strinxit emendationes calumniasque; idem de multis poetae locis suam dixit sententiam. — Praestat superioribus editt. recentior, inscripta: *Quinti Smyrnaei Posthomericorum libri XIV.* nunc primum ad librr. Msstor. fidem recensiti, restituti et suppleti a *Th. Ch. Tychsen.* Acced. curae *Chr. G. Heynii.* Vol. I. Argentorati ex typographia societatis Bipontin. Exter. et Embser. 1805. mai. 8. — Gallice vertit carmen *R. Tourlet,* Paris. 1800. 8. et 12. II. tom. qui contendit, poëma aeuo antiquiore, nec demum imperatorum tempore fuisse confectum, et continere collectionem antiquiorum poematum, opus esse veterum rhapsodorum, qui Iliada continuassent, et Quintum fuisse collectorem: at conf. Ephem. Gotting. litter. a 1801. p. 1613 sqq.

58. *Vrbicius,* Tacticus, Anastasio principe clarus. Fragmentum scripti, Ἐπιτήδευμα, siue inventum, quomodo pedites romani equestres barbarorum copias possint feliciter debellare, *Rigaltius* gr. et lat. edidit cum Onosandri Strategico, Lutet. 1599. (in calce autem notatur an. 1598.) 4. *Naudaeus* tamen in Bibliographia militari sect. IX. p. 508 sq. (in *Crenii* collectione de eruditione comparanda, Lugd. B. 1699. 4.) probat Salmasii sententiam, Tactica illa *Hadriani* imper. fuisse, non *Orbicii,* (sic enim a nonnullis scribitur,) qui ea tantum, quum diu latuissent, sub Anastasio tandem reperta, protulisset.

59. *Anthemius,* Trallianus, mechanicus et architectus, cuius opera Iustinianus a. 532. vsus est in construenda aede S. Sophiae. Scripsit περὶ παραδόξων μηχανημάτων, cuius fragmentum ex apographo codicis Vindob. et tribus codd. Paris. edidit cum gallica versione notisque criticis et II. capp. obseruationum calci adiectis *Puteanus (du Puy)* in Comment. acad. Paris. Inscr. vol. XLII. p. 392 sqq. et sigillatim cum epigraphe: *Fragment*

ment d'un ouvrage grec d'Anthémius sur des Paradoxes de Mecanique. Revu et corrigé sur quatre Msts., avec une Traduction françoise et des notes: par Mr. Dupuy. Paris. 1777. 4.

60. *Theophilus*, Ictus CPolitanus et magister scrinii libellorum, sub Iustiniano imper. Triboniani in digerendo legum corpore collega: mortuus est a. 534. Scripsit *Paraphrasin graecam* quatuor librorum *Institutionum Iustinianearum*, et commentationes ad priores tres *Digestorum* partes, quarum tamen fragmenta tantum quaedam supersunt. — Illa *Paraphrasis* ex cod. Veneto D. Marci, et alio Egnatii primum prodiit cura *Viglii Zuichemi*, (at propter festinationem redemtoris Froben. minus correcte excusa,) Basil. 1534. fol. Vitia typographica correxit, at alia commisit *Christi. Wechel* in repetitione superioris edit. Paris. eod. an. Multo correctior edit. prelo exiit ex recognitione *Rutgeri Rescii*, adiectis etiam aliquot *Petri Nannii* annotatiunculis, Louanii 1536. 4. — Dein graece et latine, nec non Paratitla et notae ad eumdem *Theophilum Graecum*, Latinumque ipsis institutionibus latinis ἐκ παραλλήλου coniunctum commissumque. Graeca titulorum de verborum significatione et de regulis iuris fragmenta hinc et inde collecta: *Dionysio Gothofredo* autore: apud Guil. Laemarium, 1587. 4. et frequentius alibi. Addita est latina *Iac. Curtii* versio paraphraseos, primum edita Antwerp. 1536. — Ex *Gothofredi* recensione et cum Curtii versione ita recusa est editio Geneu. ap. Iac. Stoer, 1610. 12. vt notae succinctae ex fusioribus commentariis seligerentur, et nonnullae adderentur. — Ex tribus codd. recensuit, et graecis scholiis auxit; Iac. Curtii lat. interpretationem emendauit et notas adiecit *Car. Annibal Fabrotus:* accessere graeca titulorum de verbor. significatione et de reg. iuris fragmenta, e regiis codd. msst. eruta,

ta, Pariſ. 1638. 4. — rec. ita vt abeſſent fragmm. et pauciores notae textui ſubiicerentur, ib. 1657. — Optima eſt editio, quae etiam complectitur ſuperiorum et plures adhuc dotes: *Theophili paraphraſis gr. Inſtitutionum Caeſarearum:* cum notis integris P. Nannii, J. Curtii, D. Gothofredi, H. Ernſtii et C. A. Fabroti, ac ſelectis quam plurimorum eruditorum obſeruatt. cum editis tum ineditis: lectionum varietates ex primariis editt. et Pithoeano Ms. inſeruit, nouam verſionem concinnauit, ſuasque animaduerſiones et ἐπικρίσεις addidit *Guil. Otto Reitz,* qui et fragmenta Theophilina nunc primum collecta, et titulos graecos de V. S. ac de R. J. denuo recognitos, nec non XX. Excurſus varii argumenti, cum gloſſario Theophilino atque — indicibus ſubiunxit, tom. I. II. Hagae Comit. 1751. 4. Additi ſunt tomo II. et rec. *Gundlingii* exercitatio de Theophili paraphraſi Inſtitutt. gr. latine verſa et *J. H. Mylii* Theophilus etc. — Conf. Obſeruatio de familiae emtore ipſo herede in teſtamento per aes et libram condito, ad *Theophili* paraphraſin Inſtitt. §. 1. de teſtamento ordinario, in qua Theophilum ab inſcitia antiqui iuris vindicat *Gottlieb Wernsdorf,* Witteberg. 1780. mai. 8. — *Theophilus — Paraphraſe über die Inſtitutionen Juſtinians, aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Anmerkung. begleitet von J. C. Finke,* Gotting. 1805. mai. 8. et I. ac II. libr. prioris tomi ibid. 1809. rediiſſe in lucem, adnuntiatum legi. — *Chriſti. Frid. Glück* Intoduct. in ſtudium hiſtoriae legum poſitiuar. Germanorum, Halae Sax. 1781. 8. p. 101. — D. *Phil. Bernard Degen Bemerkungen über das Zeitalter und die Inſtitutionen des griechiſchen Rechtslehrers Theophilus,* Luneburg. 1808. 8. — Conf. *Fabric.* B. Gr. vol. XII. ed. vet. p. 335 ſqq. vbi etiam p. 358. de graecis Pandectarum, et p. 366 ſqq. codicis Juſtinianei

stinianei interpretibus, p. 372 sqq. de *nouellis* Justiniani *), p. 404 sqq. de *Justiniani* et aliorum imperatorum constitutionibus, denique p. 425 sqq. de libris Βασιλικῶν et ecloga siue synopsi *Basilicorum* vberrime differit. — Triboniani laborum in condenda legum sylloge participes et quorumdam illius corporis librorum interpretes praecipue fuerunt *Thalelaeus*, iuris antecessor CPolitanus, *Stephanus*, caussarum patronus, et *Dorotheus*, iuris antecessor Berytensis. — *Thalelaei*, *Theodori*, *Stephani*, *Cyrilli*, aliorumque ICtorum graecorum commentarios in titulos Digestorum et Codicis de Postulando, s. de Aduocatis et Procuratoribus et Defensoribus, ex cod. Msto bibliothecae Lugd. Batauae primum edidit, latine vertit et castigauit *Dav. Ruhnkenius*, Hagae Com. 1752. fol. et in Thesauro iuris Meermanniano, tom. III. et V.

61. *Joannes Philoponus*, Ammonii Hermeae discipulus, grammaticus Alexandrinus et philosophus, ob adsiduitatem, industriae perpetuitatem et scriptorum multitudinem *Philoponus* cognominatus. De eius aetate non conuenit inter VV. DD. *Saxius* in Onom. II. p. 39. refert eius aetatem ad a. C. 535. alii ad a. 641. etc. Aristotelicae philosophiae placita inprimis sectatus, non solum in multos Aristotelis libros commentatus est, sed etiam opinionibus Aristotelicis doctrinam christianam infamauit, ita vt auctor *Tritheitarum* haberetur. **) Scripsit 1) *theologica*, 2) *philosophica*

*) Authenticae s. Nouellae Constitutiones Dni Justiniani, gr. et lat. in tom. II. Corporis J. C. — *Gebauer-Spangenberg*. Gotting. 1797. mai. 4.

**) Vid. *Jo. Gottfr. Scharfenberg*. diss. de Joanne Philopono, Tritheismi defensore, Lips. 1768. 4. inprimis *Chr. Guil. Franc. Walchii* historiam haeresium, germanice scriptam, tom. VIII. p. 684—778. et p. 815 sqq.

phica in plures Aristotelis libros, 3) *grammatica.* Scripta autem Philoponi edita sunt, (multo enim plura perierunt aut adhuc latent in Msstis): *Commentariorum in Mosaicam mundi creationem libri* VII. et *disputatio de paschate,* gr. et lat. cum versione *Balthasaris Corderii,* (qui vero in describendis graecis non satis diligenter versatus esse dicitur,) Viennae Austriae 1630. 4. — *Aduersus Procli Diadochi pro aeternitate mundi argumenta duodeuiginti solutiones,* initio et fine mutilae, gr. primum editae a *Victore Trincauello,* Venet. in aedibus Barthol. Casterzagensis, 1535. fol. et latine ex versione *Joan. Mahotii,* Lugd. 1557. fol. — Commentaria in *priora analytica Aristotelis* etc. graece, Venetiis in aedibus Barthol. Zanetti, praemissa praef. Victor. Trincavelli, 1536. fol. — In *analytica posteriora,* vna cum anonymi Graeci in libr. posteriorem commentario, Venet. ap. Aldum 1504. fol. et cum variis lectt. aliorum codd. additoque *Eustratii* commentario in eumdem posteriorem librum, Venet. in aedibus heredum Aldi et Andr. Asulani, 1534. fol. — *in quatuor Aristotelis priores libros physicorum,* siue *auscultationis physicae,* gr. cum praefat. *Trincauelli,* Venet. in aedib. Barthol. Zanetti, 1535. fol. — ibid. 1535. fol. commentarii *in tres Aristot. libr. de anima,* et pari modo in paucos alios *Aristotelis* libros, Venetiis, graece, et tam ibidem, quam alibi, ex versione latina prodierunt Philoponi commentarii. — *Cyrilli, vel, vt alii volunt, Jo. Philoponi opusculum de differentiis vocum graecarum, quoad tonum, spiritum, genus,* edidit et auxit *Erasmus Schmidius,* Witeberg. 1615. 8. — *Collectio vocum, quae pro diuersa significatione diuersum accentum accipiunt, auctore Cyrillo vel potius Philopono, in vsum scholae,* Lugd. Bat. 1751. 8. — Hoc et aliud opusculum *de quinque dialectis*

ctis graecae linguae ex arte grammatica Jo. Philoponi variis quoque Lexicis gr. adhaerent.

62. *Choricius*, Sophiſta, circa a. 520. clarus. Procopii Gazaei diſcipulus, et ſucceſſor, atque defunctum praeceptorem laudauit oratione, cum alia adhuc a Fabricio gr. et lat. in vetere B. Gr. editione vol. VIII. p. 841 ſqq. publicata, a me autem in noua edit. IX. p. 760. ad Supplement. tom. reſeruata. In cod. Matritenſi CI. ſunt XX. vel potius XIX. *orationes* ſeu *declamationes Choricii*, maximam partem ineditae, quas, vti eius *dialexes*, copioſe recenſuit *Iriarte* in Catal. codd. gr. Matrit. p. 395 ſqq. et compara *Villoiſon* in Anecd. gr. II. p. 17—67. vbi fragmenta Choricii ex Macarii Ῥοδωνιᾷ excerpſit, contendit cum cod. Matrit. nec pauca adnotauit.

63. *Coſmas*, monachus Aegyptiacus, circ. a. 547. qui auctor *topographiae chriſtianae*, gr. et lat. editae notisque illuſtratae a *Bern. de Montfaucon* in Collectione patrum graecor. tom. II. p. 1. eſſe perhibetur. — Idem *Coſmas* in itineribus ſuis per Aethiopiam atque Indiam orientalem collegit et deſcripſit plantas atque animalia Indiae orientalis, atque *Thevenotus* in Relations de divers Voyages curieux, Pariſ. 1666. P. I. e cod. Florent. Laurent. publicauit Deſcription des Plantes et des Animaux des Indes Orientales par *Coſmas Monachus*, autrement *Indopleuſtes;* — le Texte Grec avec la Traduction Françoiſe. — Num auctor fuerit, aut veriſimiliter eſſe potuerit Chronici, quod modo Alexandrinum vocatur, modo Paſchale, modo CPolitanum, eſt incertum.

64. *Damaſcius*, Syro-Damaſcenus, eclecticae ſcholae philoſophus, cultor deorum, platonicam philoſophiam cum ariſtotelica et reliquis conciliaturus. Athenis docuit philoſophiam. Verum, Juſtiniano imp. philoſophos, religionibus addictos, philoſophiam docere vetante, cum aliis ad Choſroem

ſroem Perſarum regem emigrauit. Pace autem facta et ſecuritate promiſſa rediit. Secundum *Hamberger.* in *Zuverläſſ. Nachr.* III. p. 390. vixit circ. a. C. 549. ſed ſecundum *Saxium* in Onom. II. p. 16. circ. a. C. 510. Scripta eius perierunt praeter excerpta quaedam ex vita Iſidori, qui eius quoque fuerat praeceptor, a Photio et Suida ſeruata, nec non initium atque excerpta ex Damaſcii opere, *ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ ἀρχῶν*, ex cod. Hamburg. gr. in lucem edita a *Jo. Chriſtoph. Wolſio* in Anecdotis ſacris et profan. tom. III. p. 195 ſqq. et ex libro *περὶ ἀρχῶν* amplum excerptum *περὶ τοῦ γεννητοῦ, de generato*, ab *Iriarto* in Cat. codd. msst. graecor. bibl. Matrit. p. 330 ſqq. e cod. Matrit. primum euulgatum; idem p. 328 ſqq. de ſcriptis Damaſcii copioſe disputat.

65. *Simplicius*, Cilix, Ammonii et Damaſcii Syri diſcipulus et eclecticae ſcholae philoſophus, homo praeclari ingenii et acuminis atque ſingularis diligentiae, ab omnibus nugacibus atque inutilibus controuerſiis alienus. Sagaciſſimus omnium interpretum Ariſtotelis, in cuius nonnulla opera reliquit commentarios, et varia veterum fragmenta ſeruauit, habetur. Eius autem in *Epicteti* Enchiridion commentarius ob egregia ad mores formandos praecepta, prouidamque dei curam propugnandam, quatenus deorum cultor praeſtare potuerit, omnium tulit laudem. — Exſtant vero eius commentarii in octo *Ariſtotelis* phyſicae auſcultationis libros editi cum ipſo Ariſtotelis textu, gr. Venet. in aed. Aldi 1526. fol. — lat. interprete *Lucillo Philalthaeo*, Venet. 1543. fol. et ſaepius. — in decem praedicamenta Ariſtotelis, gr. Venet. opera *Zach. Calliergi* Cretenſis, 1499. fol. — in Ariſtot. Categorias commentaria, gr. cum latinis Categoriarum capp. *Juſti Velſii* induſtria, Baſil. ap. Mich. Iſingrin. 1551. fol. — commen-

mentaria in libros IV. Ariſtotelis de coelo, cum textu eiusd. gr. (at a genuino textu gr. in cod. Taurinenſi XIX. in Cat. codd. bibl. Taurinenſ. tom. I. p. 91. memorato, valde diuerſa,) Venet. in aed. Ald. 1526. fol. *) — eadem cum codd. graecis collata, Venet. ap. Hieron. Scotum 1548. rec. 1555. 1563. et 1583. fol. — Comment. in libros III. Ariſt. de anima, cum aliis, gr. Venet. in aed. Aldi 1527. fol. — *Iriarte* in Cat. codd. gr. Matrit. p. 181 ſq. e cod. prooemii partem, quae in gr. editt. deeſt, gr. euulgauit. — De editt. commentar. in *Epicteti Enchiridion* v. ſupra cap. I. ſect. 2. §. 24. de Cebete, et cap. II. ſect. 2. §. 17. de Epicteto. — In *Schweighäuſeri* Monumentis Epicteteae philoſophiae, tom. IV. Lipſ. 1800. mai. 8. eſt gr. ac lat. *Simplicii* commentar. in Enchiridion, et tom. V. p. 175 ſqq. exſtant ad Simplicii comment. variae lectiones, emendationes et notae.

66. *Petrus*, gente Illyrius, patria Theſſalonicenſis, rhetor ſiue aduocatus CPolitanus et hiſtoricus prudens atque eloquens, ab imp. Juſtiniano magni aeſtimatus et Patricii ac Magiſtri Officiorum honore ornatus. Vixit intra annum 527—550. Quae ex eius hiſtoriis ſuperſunt excerpta *de legationibus*, reperiuntur graece in *Dav. Hoeſchelii* Eclog. legat. Aug. Vind. 1603. 4. — gr. et lat. *Car. Cantoclaro* interprete, atque cum eiusd. et *Henr. Valeſii* notis, inter Excerpta de legatio-

---

*) Conf. Empedoclis et Parmenidis fragmm. — reſtituta et illuſtrata ab *Amedeo Peyron*. — Simul agitur *de genuino graeco textu commentarii Simplicii in Ariſtotelem de coelo et mundo*. Lipſ. 1810. 8. Peyron euincere ſtuduit, graecum textum ex latina verſione antiqua a graeco quodam homine fuiſſe factum fictumque, et Aldum deceptum, genuinum vero gr. textum reperiri in cod. Taurinenſi in eoque Empedoclis fragmm. metro adſtricta.

legationib. cum *Phil. Labbei* Protreptico de SS. Byzant. Pariſ. 1648. fol.

Ab hoc Petro diſtinguendus *Petrus*, Diaconus, circ. a. C. 520. ortu quidem Graecus, at latine ſcripſit de incarnatione et gratia ac libero arbitrio.

67. *Olympiodorus*, philoſophus Platonicus, cuius aetas num in a. C. 550. ceciderit, nondum exploratum eſt. Eius commentarii in varios Platonis libros, qui ſuperſunt, adhuc in codd. Msst. latent. Vitam tamen Platonis ex illius πράξει prima in Alcibiadem priorem edidit gr. et lat. vertit notisque illuſtrauit *Jac. Windet* in Obſervatt. VV. DD. ad Diogenem Laërt. tom. II. ed. Wetſtein. p. 582 ſqq. et gr. cum notis *Jo. Frid. Fiſcheri* poſt praefat. ad Platonis quatuor dialogos, Euthyphronem etc. praefationi autem praemiſit quaedam Olympiodori ſcholia in Phaedonem, notisque ſuis immiſcuit eiusdem Comment. in Phaedon. particulas, a *Nathan. Forſtero* ſuae editioni quorumdam Platonis dialogorum inſertas: v. ſupra cap. I. ſect. 2. §. 70. de Platone.

Diuerſi ſunt *Olympiodori:* 1) alius, itidem Platonicus; 2) diaconus Alexandrinus circ. medium ſaeculum ſeptimum, cuius commentarii in Jobum magna pars ſeruata eſt in Catena graecorum patrum ad Jobum; 3) Alexandrinus, philoſophus peripateticus, circ. a. 565. cuius commentarii in Ariſtotelis libr. Meteorologicon editi ſunt Venet. ap. Aldi filios, 1551. fol. 4) Alexandrinus ſenior, quem audiuit Proclus, qui obiit a. C. 485. 5) Aegyptius, idolorum cultor, de quo v. in hac ſectione §. 33. et alii.

68. *Paullus*, Cyri filius, nepos Flori, circ. a. C. 562 ſqq. *Silentiarius* cognominatus a munere: namque ſub Juſtiniano imp. fuit vnus de excubitoribus Principis, quorum erat cauere, ne ſtrepitus in palatio audiretur: vir generis nobilitate,

tate, opibus et dignitate illustris, poeta non omnino quidem inelegans, sed tamen non ea, quam a nonnullis tulit, laude dignus. Scripsit vero 1) *Epigrammata,* quae in multis Epigrammatum collectionibus reperiuntur, in *Banduri* Imperio orientali, tom. I. p. 117 sqq. ed. Venet., in Anal. *Brunckii,* tom. III. p. 71 sqq. et in *Frid. Jacobs* Anthologia graeca, tom. III. Lips. 1794. 8. p. 40 sqq. 2) Carmen *in thermas Pythias,* (*ἡμιάμβια, δίμετρα καταληκτικὰ, εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά·*) de quibus censor in *Leipz. L. Z.* 1800. p. 2108. ex animaduersionibus *Hieronymi de Bosch,* qui id carmen latinis versibus reddidit, addita animaduersione, in suis Poëmatibus, Traiect. ad Rhen. 1803. mai. 4. sub finem, et omnes *Anthologiae* edd. ad manum habuit, obseruat, Boschium ostendisse, Aldinam edit. a. 1517. numquam exstitisse, ordinem versuum, in Juntina edit. 1519. primum turbatum, nec in editt. Ascensiana 1531. Basil. 1549. Stephan. 1566. et Francofurt. mutatum, non primum in edit. Aldina 1521. vti *Lessing* *) opinabatur, fuisse restitutum, sed iam in edit. Aldina 1503. reperiri, et in editt. Aldin. 1521. et 1550. omnino esse seruatum. Ex his patere, scribit censor, eum ordinem neque a *Feder. Morellio,* (qui id carmen in thermas Pythias et aquarum miracula ex emendatione sua et interpretatione separatim edidit, eodemque carminis genere lat. reddidit, Paris. 1598. 4.) neque a *Bonav. Vulcanio,* (in edit. *Paulli Iambica,* cum scholiis Emanuel. Chrysolorae, et cum *Gregorii Cyprii* enco-

*) *Gotthold Ephraim Lessing* in libro: *Zur Geschichte u. Litteratur,* part. I. p. 155 sqq. de cod. Brunsuic. edidit id carmen gr. cum scholiis gr. Brunsuic. 1773. p. 137 sqq. verba explicat, et historiam illius carminis fataque editt. copiose persequitur. Notatur tamen ab auctoribus Bibliothecae philolog. tom. II. part. II. p. 165 sqq.

encomio, subiecta tamquam adpendice eius edit. *Aristotelis de mundo*, Lugd. Bat. 1591. 8.) vtpote quum ambae edd. penitus sequutae essent Aldinas edd., esse restitutum, adeoque neque Stephanum, vti Vulcanius putabat, neque Frobenium, vti opinabatur Huetius *), neque Ascensium, vti Brunck **), qui caruit edit. Juntina, suspicabatur, istius perturbationis versuum primos fuisse auctores. — 3) *Descriptio magnae ecclesiae Sanctae Sophiae*, (versibus hexametris; prooemium tamen iambicis versibus 134. constat, quo carmine aedem S. Sophiae, h. e. Christi, a. 562. iterum dedicatam, celebrauit,) gr. et lat. primum prodiit opera et studio *Car. du Fresne*, cum eius vberiori commentario, cum *Jo. Cinnami* hist. lib. VII. Paris. 1670. fol. — rec. in Corpore hist. Byzant. tom. XIII. p. 177. Venet. 1729. fol. — Conf. *Ruhnken.* in Epist. I. critica p. 40. ed. prioris, aut p. 72. ed. II. vbi epigramma ineditum in lucem protulit, et p. 74 sq. ed. II. vbi tria alia Silentiarii epigramm. dedit.

69. *Procopius*, Caesareae in Palaestina natus, rhetor, siue caussarum patronus ac sophista, h. e. eloquentiam professus CPoli. A Justino seniore atque Justiniano circ. 533. duci Belisario datus fuit comes, notarius siue ὑπογραφεὺς a litterisque secretis et consiliarius, vt eius expeditionibus interesset, resque ab illo gestas describeret. Atque scripsit octo libros historiarum, in quibus bella contra Persas, Vandalos, Mauros Gothosque gesta persequitur. Atque in illis fides et dicendi genus, non quidem omnino atticum, ita lau-

*) V. *Huetium* in Huetianis p. 304. et eius obseruatt. ad hoc carmen, post eius notas in Anthologiam, Vltraiecti 1700. 12. p. 50 sqq.

**) V. eum de hoc carmine, (quod inseruit Anal. p. 64 sqq.) in Lectionibus p. 245 sqq.

laudatur, vt ei inter ſcriptores Byzantinos princeps concedatur locus. A Juſtiniano *Illuſtris* nomine decoratus et in ordinem Senatorum cooptatus, atque a. Chr. 562. praefecturae vrbanae admotus eſt CPoli. A quo múnere poſtea remotus, in *Hiſtoria arcana*, (quae quidem a pluribus adſeritur Procopio, ab *Eichelio* autem, a *Levesque de la Ravaliere* *) et nonnullis aliis abnegatur, eique ſuppoſita habetur,) odio iraque incenſus, ea, quae antea de imperatore et Beliſario honorifice ſcripſerat, retractauit, atque in eos, praecipue in Theodoram imperatricem atrociter inuectus eſt. — Praeterea ſcripſit Κτίσματα, ſ. *libr. VI. de aedificiis conditis vel reſtauratis auſpicio Juſtiniani imper.* — Κτίσματα primus graece edidit e cod. Conr. Peutingeri, ſed paſſim hiantia lacunis, Jo. Heruagius, curante *Beato Rhenano*, ad calcem hiſtoriarum Procopii et Agathiae, (qui Procopium continuauit,) latine, (ex verſione *Raphaëlis Volaterrani* et *Chriſtoph. Perſonae*, antea iam ſeparatim edita,) excuſarum, Baſil. 1531. fol. — Libros *octo hiſtoriarum* primus graece edidit *Dav. Hoeſchelius.* Acceſſit liber de aedificiis Juſtiniani, fere duplo quam antea auctior. Auguſt. Vindel. 1607. fol. — *Anecdota* ex cod. duplici Vaticano primus in lucem protulit graece *Nicolaus Alemannus*, (qui pro Procopio, illorum auctore, pugnat,) latinamque verſionem et notas criticas atque hiſtoricas ac fragmenta Procopii adiunxit, Lugduni 1623: fol. et Coloniae apud Jo. Wilh. Frieſsen iuniorem, 1669. fol. —

---

*) In Hiſtor. acad. reg. Inſcript. tom. XXI. p. 73 ſqq. Contra praeter alios *Jo. Paul. Reinhard*, qui Arcanam hiſtor. germanice vertit, notisque illuſtrauit, Erlangae et Lipſ. 1753. 8. in praefat. egit de vita ſcriptisque Procopii, eique illa Anecdota adſeruit.

fol. — *Hiſtoria arcana, Nic. Alemanno defenſore primum ex bibl. Vatic. prolata, nunc plerisque in locis συγχρόνων teſtimoniis falſitatis conuicta a Jo. Eichelio* *), Helmſtad. 1654. 4. — Editio plenior et emendatior *Operum tom. II.* (acc. *Nicephori Caeſaris Bryennii* commentarii de rebus Byzantinis, opera et ſtudio *Petri Poſſini*, Pariſ. 1661. fol.) eſt *Claudii Maltreti*, qui lacunas plurimas ex cod. ſuppleuit, libros capitibus diſtinxit, textum gr. emendauit et lat. vertit, variasque lectiones atque emendationes in altero vol. adiunxit. Interior autem tom. I. inſcriptio eſt: *Procopii — hiſtoriarum ſui temporis libri VIII.* Interprete *Claudio Maltreto*: a quo ſupplementis aucti ſunt Vaticanis, atque in locis aliquot emendati. Pariſ. 1662. fol. — Tomi II. pars prior habet epigraphen: — *de aedificiis Dn. Juſtiniani libri ſex:* auctiores quam ante et emendatiores, interprete *Cl. Maltreto*, ibid. 1663. fol. Pars denique poſterior tomi II. eſt inſcripta: — *arcana hiſtoria, qui eſt liber nonus hiſtoriarum:* ex bibl. Vatic. *Nicol. Alemannus* protulit, latine reddidit, notis illuſtrauit. Recognouit, varias lectt. adiecit, et lacunas fere omnes impleuit *Cl. Maltretus*, (qui tamen ipſe nullas notas nouas addidit:) ibid. eod. anno, fol. Haec edit. repetita eſt cum reliquis ſcriptorib. Byzantinis Venet. 1729. fol. — Loca duo, quae Theodorae libidines exponunt, et in editis deſiderantur, e msto cod. Vatic. primus, addita verſione ſua lat. publici iuris fecit *Bernard. Moneta* (Monnoye) tom. III. Menagianor. Pariſ. 1715. 12. Amſtelod. 1716. 12. p. 255 ſqq.

70. *Heſychius*, Mileſius, vir *illuſtris*, (quod nomen erat dignitatis,) hiſtoricus, vixit ſecund. *Juſt.*

*) Addatur *Th. Riuii* defenſio imperat. Juſtiniani adverſus Alemannum, curante *Jo. Eichelio*, Helmſtad. 1654. 4.

Juſt. Chriſtian. Thorſchmid *) a. Ch. 536. ſub impp. Anaſtaſio, Juſtino et Juſtiniano. Alii aetatem eius referunt vel ad a. circ. 527. vel ſerius ante an. 565. — Ex opere maiore, *Hiſtoria chronica a Belo Aſſyrio vsque ad mortem imperatoris Amaſtaſii*, ſupereſt fragmentum ſectionis ſextae *de originibus et rebus patriis CPoleos*, quod Georg. Codinus excerpſit et ſeruauit. Id fragmentum ſub nomine *Georgii Codini* primus gr. ac lat. euulgauit *Georg. Douza*, Heidelberg. ap. Hieron. Commelin. 1596. 8. rec. 1697. 8. — Idem Heſych. compoſuit libell. *de viris doctrina claris*, et multa dedit, quae in Diogene Laërtio, ex quo is quidem plurima iisdem verbis repetiit, fruſtra quaeras. Is libellus primum prodiit graece ex bibliotheca Jo. Sambuci, Antwerp. 1572. 8. ap. Chriſtoph. Plantin. Separatim ſubiuncta eſt verſio lat. *Hadriani Junii* cum eiusdem adnotatt. et caſtigationibus. — graece et lat. cum *Junii* verſione notisque et nouis *H. Stephani* animaduerſionibus, ad calçem Diogenis Laërtii, ex offic. Stephan. 1594. 8. rec. Geneu. 1616. 8. (al. 1607.) — *Jo. Meurſius* edidit hoc ordine *Heſychii* opuſcula: *Heſychii Mileſii de viris doctrina claris lib.* eiusdem *de rebus patriis CPoleos*, (quod fragmentum ex cod. Palat. ſub vero Heſychii nomine integrius vulgauit,) *Beſſarionis* epiſtola graeco-barbara: *Hadriani Junii* ad priorem Heſychii librum caſtigationes, et verſio lat. *H. Stephani* ad eumdem adnotatt. denique *Jo. Meurſii* ad omnia et ſingula notae, Lugd. Bat. 1613. 8. rec. in *Meurſii* Opp. ed. Florent. tom. VII. p.

201 ſqq.

*) In diſſ. de Heſychio, illuſtri, chriſtiano, Witteberg. 1716. 4. ſect. I. §. XII. rec. in I. vol. Heſychii, (Lexicographi,) ed. Albert. prolegom. fol. *h.* qui in ſect. II. eorum ſtabilire ſtuduit argumenta, qui, Heſychium fuiſſe chriſtianum, contenderunt.

201 ſqq. — *Res patriae CPoleos*, graece, cum verſione notisque J. Meurſii, inter Eclogas hiſtoricorum de rebus Byzantinis, Pariſ. 1647. fol. — Alius epitomes *Onomatologii Heſychii Mileſii* mentionem facit *Labbé* Bibl. Msst. librr. p. 196. ex cod. 78. biblioth. archiep. Toloſ.

71. *Alexander*, *Trallianus* a patria, Lydiae vrbe, Trallibus, cognominatus, Stephani medici F. medicus celebris methodicus, nec tamen a ſuperſtitionis vitio immunis, ſaeculi medii ſexti. Vltimis vitae annis, quos poſt multa itinera Romae degerat, compoſuit opus *therapeuticum*, ſiue de dignoſcendis morbis atque adfectibus corporis humani, libr. XII. et epiſtolam *de lumbricis*. — *Libros XII.* primus graece edidit cum *Rhazae* de peſtilentia libello, ex Syrorum lingua in graecam translato, et caſtigationes in eosdem addidit *Jac. Goupylus*, Lutet. ex offic. Roberti Stephani, 1548. fol. — dein libros XII. multo, quam antea, auctiores et integriores, graece et lat. *Jo. Geuinterius* ſ. *Guinterius*, Andernacus, interpres et emendator: adiectae ſunt per eundem variae exemplarium lectionis obſeruationes, cum *Jac. Goupyli* caſtigationibus etc. Baſil. 1556. 8. — Epiſtola *de lumbricis*, gr. et lat. *Hier. Mercuriali* interprete, cum *H. Mercurialis* variis lectt. Venet. 1570. 4. et 1644. fol. et cum eiusd. libro de puerorum morbis, Francof. 1584. 8. rec. a *Fabricio* in B. Gr. vol. XII. (vbi a p. 593. vberius agitur de Alexandro Trall. et edd. latinis,) p. 602 ſqq. vet. edit. — Opp. medica, lat. ex interpretatione Guinterii, in *H. Stephani* artis medicae principibus poſt Hippocratem et Galenum etc. 1567. fol. II. voll. et in Principibus artis medicae etc. curante *Phil. Rudolpho Vicat*, cum praeſat. Halleri, edit. II. tom. I—XI. Lauſannae 1787. mai. 8. in tomo VI.

72. *Theo-*

72. *Theophanes*, Byzantius historicus. Ex eius X. libris *Historiarum* ab anno II. Iustini iunioris (a. Chr. 567.) ad annum eiusdem Iustini duodecimum (a. Chr. 576.) excerpta seruauit *Photius* cod. LXIV. — Longe diuersus a *Theophane*, Confessore, saeculi IX. chronographo.

73. *Mauricius*, imperator fortis a. Chr. 582 —602. artisque militaris magister et scriptor haud spernendus. — *Arriani* Tactica, et *Mauricii artis militaris* libri XII. — Graece primus edidit, versione latina notisque illustrauit *Jo. Schefferus*, Vpsaliae 1664. 8.

74. *Agathias*, Myrina, Aeolidis vrbe, ortus, Alexandriae operam dedit iuri ciuili; religione christianus; cognomine *Scholasticus*, (h. e. in genere, vir doctus, vti *viri docti* in museo Alexandrino etiam vocabantur *Scholastici;* plurimi autem illum propter iuris professionem ita esse vocatum putant;) epigrammatographus haud omnino spernendus, epigrammatum graecorum conquisitor et historicus. Procopii historiam continuauit, et res Iustiniani ab a. 553. vsque ad cladem Hunnorum, h. e. a. Chr. 559. persequutus est. Verum ante a. 593. historiam suam haud absoluisse, nedum publicasse videtur viris doctis. — Latina *Historiae* versio, a *Christoph. Persona* nec bene nec plene confecta, primum lucem ap. Iac. Mazoch. vidit Romae 1516. fol. — repet. cum praefat. *Aegidii Rem*, Augustae Vindel. per Sigism. Grimm et Marc. Wirsung. 1519. 4. et deinceps cum aliis scriptoribus. — Graece eam primus ex suo cod. edidit *Bonav. Vulcanius*, separatim latinam suam versionem, itidemque notas et castigationes, vna cum Coronide epigrammatum LXXX. Agathiae, metaphrasi donata a Ios. Scaligero et Iano Dousa, Lugd. Bat. 1594. 4. — Graece et lat. cum Vulcanii versione, Paris. 1660. fol. — rec. in Corpore hist. Byzantin.

tom. I. Venet. 1729. fol. — *Epigrammata* eius ipsius non minus, quam antiquiora et aequalium poetarum, ab illo collecta, gr. cum annotationib. *Jo. Brodaei* et *Vincent. Obsopoei* in Collectione epigrammatum Wecheliana, Francof. 1600. fol. — Dein *Brunck* in Analectis vett. poetar. graecor. tom. III. pag. 33 sqq. aliis additis, emendatius reposuit XCV. epigramm. atque in eod. volum. inter Lectiones etc. p. 240 sqq. eas obseruationibus, vt plurimum criticis, illustrauit. — Totidem epigrr. reddidit *Frid. Jacobs* in Anthologia graeca, tom. IIII. Lipf. 1794. 8. p. 3 sqq. Idem V. D. Agathiae praefation. edidit in Animaduersion. in epigramm. Anthologiae, Lipf. 1798. 8. §. V, pag. LII sqq. prolegom. et in ead. paragrapho p. L sqq. agit de Anthologia *Agathiae Scholastici.* Idem in Animaduerss. vol. III. part. I. Lipf. 1802. 8. p. 45 sqq. latius exposuit ipsa epigrammata. Conf. *Reiske* in praefat. ad Antholog. Cephalae p. XIII sqq. tum in notitia poetar. anthol. voc. Ἀγαθίας, p. 177 sqq. eiusd. Anthologiae.

75. *Menander*, CPolitanus, muneris dignitate Προτίκτωρ, *Protector*, h. e. corporis satelles. Imperante Mauricio circ. a. C. 582. et postea floruit. Scriptor Byzantinus, atque Agathiae Historiam ab anno Chr. 560. vsque ad Tiberii II. excessum, a. Chr. 582. continuauit. Fragmenta illius *Hoeschelius* inter Eclogas legationum primus graece edidit Aug. Vindel. 1603. 4. Dein prodierunt illa cum interpretatione *Car. Cantoclari* et eiusdem atque *H. Valesii* notis inter Excerpta de Legation. cum *Ph. Labbei* Protreptico de SS. Byzant. Parif. 1648. fol. *Casp. Barth*, in Aduersar. XVI. 18. quaedam Menandri fragmenta dedit.

76. *Leontius*, Byzantinus, scholasticus, circa a. C. 610. librum *de Sectis*, in X. πράξεις f. *lectiones* distributum, scripsisse dicitur. Editus est

is

is liber gr. cum latina *Jo. Leunclauii* verſione, vna cum *Manuelis Comneni* imper. legatione ad Armenios, *Leonis* M. epiſtola de fide etc. Baſil. 1578. 8. et in auctario bibliothecae patrum, Pariſ. 1624. tom. I. ſiue ed. Morellianae tom. XI. p. 493. *Leontii Byzant.* opera etiam leguntur in *Galland.* Bibl. P. P. tom. XII. p. 623 ſq. — Latine ex *Leunclauii* verſione tom. IX. edit. Lugdun. p. 661. — Confundit autem *Caniſius* in praemiſſa Leontii vita noſtrum cum *Leontio Origeniſta*, ſiue Origeniſtarum fautore, circ. a. Ch. 540. — Diuerſus quoque eſt *Leontius*, epiſcopus Neapoleos, ſ. Hagiopoleos in Cypro inſula, circ. a. 600. ſermonibus, praeſertim ſacris, (gr. et cum Combefiſii verſione lat. edit. in tom. I. auctarii noui B. patrum, Pariſ. 1648. p. 681. 701. et 719 ſq.) et fragmento apologiae contra Judaeos, (gr. et lat. in tom. VII. concilior. edit. Labb. p. 236. tom. III. Binii p. 556.) clarus. Discernendi etiam ſunt *Leontius*, Byzantinus, minor, chronographus, circ. a. Ch. 920. et multi alii.

77. *Palladius*, medicus Antiochiae, Iatroſophiſta, incertae aetatis, forte ante a. C. 600. Superſunt eius 1) commentarius, ſed non integer, in librum Hippocratis de fracturis, editus cum lat. verſione et notis *Jac. Santalbini* in *Foeſii* Hippocrate, Genev. 1657. p. 917. et in *Charteriana* Hippocratis edit. tom. XII. p. 270. — 2) ſcholia in ſextum librum de morbis popularibus Hippocratis, latine *Junio Paullo Craſſo* interprete, in *Craſſi* medicis antiquis gr. latio donatis, Baſil. 1581. 4. — 3) de febribus conciſa ſynopſis, gr. et lat. *Jo. Chartier* interprete, Pariſ. 1646. 4. et gr. ac lat. cum notis *Jo. Stephani Bernard.* Acced. Gloſſae chemicae et excerpta ex poetis chemicis, Lugd. Batav. et Traiecti ad Rh. 1745. 8. — Diuerſus eſt a *Palladio*, Alexandrino, diſputa-

putationis Gregentianae cum *Herbano*, Judaeo, a. 540. habitae auctore.

78. *Hero III.* mathematicus et mechanicus Alexandrinus, circ. a. C. 623. aut post a. C. 610. tempore Heraclii imperat. christianorum cultui addictus. Ei tribuuntur 1) liber *de obsidione repellenda et toleranda*, editus, sed sine nomine auctoris, graece inter Scriptores vet. mathem. Paris. 1699. fol. p. 317. — 2) *de vocabulis geometricis ac stereometricis*, graece, et separatim latine per *Conr. Dasypodium*, cum Euclidis libr. elementorum, Argentor. 1571. 8. — 3) Excerpta *de mensuris* ex *Heronis* Geometria, gr. ac lat. cum versione *Bernardi de Montfaucon*, in eiusd. tomo I. Analectorum graecor. Paris. 1688. 4. p. 308 sqq. — 4) liber *de machinis bellicis* et *geodaesia*, e versione lat. et cum scholiis *Francisci Barocii*, Venet. 1572. 4. — Diuersus est ab *Herone* Alexandrino, de quo supra in cap. II. sect. I. §. 46. et ab *Herone* II. mathematico, Procli philosophi magistro, ante medium saeculum a Christo nato quintum claro, aliisque.

79. *Theophilus Protospatharius*, s. armigerorum primus; graecus monachus, philosophus et medicus, incertae quidem aetatis, at post a. 610. tempore Heraclii imperatoris vixisse videtur. Ex eius scriptis ad nostram peruenerunt aetatem 1) *de corporis humani fabrica libri* V. gr. editi Paris. ap. *Guil. Morel*, 1555. 8. subiuncta separatim lat. *Junii Paulli Crassi* versione, quae prius lucem viderat Venet. 1536. 8. et deinceps aliis locis recusa; etiam cum textu graeco in *Fabric.* B. G. vol. XII. p. 783 sqq. vet. edit. — 2) *Theophili Iatrosophistae de vrinis* lib. graece cum latina versione, (quae haud laudatur,) et notis *Fed. Morelli*, Lutet. 1608. 12. Latinae aliorum versiones et antea et postea sunt editae. — gr. ac latine in *Ren. Charterii* edit. Opp. Hippocratis

tis et Galeni, tomo VIII. Pariſ. 1639. fol. — Idem: *Thomas Guidotius* innumeras — mendas ſuſtulit, hiulca ſuppleuit, luxata reſtituit, de nouo vertit et notas adiecit: vna cum prolegomenis: — acceſſit eiusd. *Theophili de Excrementis tractatus*, luçe et Latio nunc primum donatus, Lugd. Batav. 1703. 8. — Sub nomine *Philothei* commentaria in aphoriſmos Hippocratis, a *Lud. Corado* lat. verſa, Venet. 1549. 8. et Spirae 1581. 8. atque ſub nomine *Philareti* de pulſuum ſcientia libellus: item *Theophili* de exacta retrimentorum veſicae cognitione commentariolus, *Albano Torino* interprete, Baſil. 1533. 8. atque Argentor. 1538. 8. et in *H. Stephani* med. artis principibus 1567. fol. latine tantum exſtant memorata haec Theophili opuſcula.

80. *Stephanus*, Athenienſis, Theophili modo memorati diſcipulus, medicus, circ. a. C. 642. haud diuerſus eſſe videtur a Stephano Alexandrino, medico et philoſopho, h. e. chemico. Quaedam eius ſcripta latent adhuc in codd. Msst. Editae autem ſunt *Explanationes in Galeni librum priorem therapeuticum ad Glauconem*, gr. Venet. ap. Aldum 1536. 8. — lat. interprete *Aug. Gadaldino*, cum paucis eiusd. ſcholiis et caſtigationibus, ibid. ap. Juntas 1554. 8. Lugduni ap. Syluium 1555. 8. ibid. ap. Frellonium 1558. 8. et ad calcem Medicorum antiquorum, a *Junio Paullo Craſſo* latine redditorum, Baſil. 1581. 4. — *Nouem* eius πράξεις ſiue *Lectiones de arte chemica* latine tantum prodierunt *Dominico Pizimento* interprete cum *Democrito* aliisque de arte magna, Patauii 1573. 8. *Lectionem* tamen *primam* περὶ χρυσοποιΐας gr. et lat. primus edidit cum notis criticis *Chriſtian. Godofr. Gruner*, Jenae 1777. 4.

81. *Moſchion*, a *Dewetzio* ad ſaeculum quintum reiicitur, ab aliis autem auctor incertae

aeta-

aetatis habetur. Scripsit περὶ τῶν γυναικείων παθῶν, *de mulierum passionibus*, qui liber in gratiam graecarum obstetricum scriptus, latine versus et capitibus XXXII. auctus exstat in tribus *Gynaeciorum* collectionibus, 1) Basileensi, studio *Casp. Wolfii* ap. Th. Guarinum 1566. nr. 7. gr. in 163. capp. distinctus, cum *Conr. Gesneri* scholiis et emendatt. p. 1 sqq. — 2) Basil. per Conr. Waldkirk, editore *Casp. Bauhino*, cum Gesneri scholiis, 1586. 4. vol. I. nr. 2. graece. — 3) rec. et nonnullis aliorum opusculis auctus per *Israel. Spachium*, Basil. 1597. fol. in quibus deest praefatio graeca, cuius partem, a Lambecio ex cod. Vindobon. vulgatam, *Fabric.* in B. Gr. vol. XII. p. 703 sq. ed. vet. cum latina veteri versione, a Graecis licet interdum abhorrente, adposuit. Hanc tamen praefat. integram, et separatim libellum ipsum, eumque auctum, gr. et lat. atque cum adnotationibus et graeci textus correctionibus edidit cum epigraphe: Μοσχίωνος περὶ τῶν γυναικείων παθῶν, *Moschionis de mulierum passionibus liber*, quem ad mentem Msti graeci in bibl. caes. Vindobon. asseruati, tum propriis correctionibus emendauit — *F. O. Dewetz* etc. Viennae 1793. 8. — Diuersi sunt 1) *Moschion*, Syracusanus, mathematicus, sub Hierone II. Syracusarum rege, Olymp. 135. cuius librum *de admiranda Hieronis Syrac. regis naue* laudat *Athenaeus* libr. V. p. 206. — 2) *Moschion*, medicus graecus celebris, variorum librorum, qui tamen interciderunt, auctor. — 3) *Moschion*, comicus et tragicus. — 4) *Moschionis* cuiusdam sententiae sunt primum editae a *Bandinio* in Graecae ecclesiae veteris monumentis etc. Florent. 1762. 8. tom. III. nr. 9. etc.

82. *Theophylactus Simocatta*, Aegyptius, (Locrensem eum fuisse, nonnulli, at ex loco quodam parum emendato problematum Simocattae physi-

physicorum in prooemio p. 2. ed. Commel. tradunt,) praefectus et tabularius, sophista atque historicus: circ. a. C. 628. egregiam suam *Historiam de rebus Mauricii imp. catholicam, libr.* VIII. absoluisse videtur. Insuper reliquit Ἀπορίας Φυσικὰς, *naturales quaestiones*, atque *Epistolas* morales XLIX. rusticas XXVIII. et amatorias XXVIII. — *Theophylacti Simocattae* omnia: graece, ex biblioth. *A. Schotti*, cum praefat. *Jani Gruteri*, ap. Commel. 1599. 8. — Eadem, ex versione latina et castigationibus *Jac. Kimendoncii*, ap. Commel. 1598. 8. Illa edit. Excerpta tantum ex historia, a Photio cod. 65. facta cum reliquis opusculis continet. Illa Excerpta, s. Eclogae de legationibus, gr. et lat. *Jac. Kimendoncio* interprete, inter Excerpta de legationibus, a *Ph. Labbeo* edit. Paris. 1648. fol. — *Historiae Mauricii Tiberii* imp. libr. VIII. Item *Georgii Phranzae* Chronicorum — libri III. Epistola *Georgii Trapezuntii* etc. Omnia gr. ac lat. et notis illustrata a *Jac. Pontano*, Ingolstad. 1604. 4. *) — *Histor. libri* VIII. gr. et cum versione Pontani, editio priore castigatior, et glossario graecobarbaro auctior: studio et opera *Caroli Annibalis Fabroti*, Paris. 1647. fol. rec. in Venet. Corpore scriptor. Byzantin. — Ἀπορίαι Φυσικαί· τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαί· cum Cassio iatrosophista, curante *Bonav. Vulcanio*, Lugd. Bat. 1596. 12. — *naturales quaestiones*, gr. et lat. cum *Cassio* iatrosophista, cum notis *Andr. Riuini*, Lips. 1653. 4. — *Epistolae* gr. in Collectione epp. gr. Venet. ap. Aldum, 1499. 4. — eaedem gr. et lat. in Collect. epp. gr. lat. Geneuae 1606. fol.

83. *Georgius*, a patria dictus *Pisides:* circ. a. Ch. 630. et post annum 640. magnae ecclesiae CPoli-

*) Conf. *Ignat. Hardt* in *Aretini Beyträgen* etc. a. 1803. part. 6. p. 8.

CPolitanae diaconus, chartophylax atque referendarius, historicus et carminum scriptor. Edita sunt: *de mundi opificio* carmen iambicum et *senarii de vanitate vitae*, gr. et lat. versibus expressa, studio *Fed. Morelli*, cum fragmentis ex Suida et aliis, Lutetiae, ap. Fed. Morellum, 1584. 4. rec. Paris. 1618. 4. — ap. Commel. 1596. 8. — in Corpore poet. gr. *Jac. Lectii*, tom. II. p. 241. et Bibl. P. P. Paris. 1644. tom. XIV. p. 387. — carmen iambicum duplex in templum deiparae CPoli in Blachernis, graece, in *Cangii* not. ad Zonaram p. 65. — gr. et lat. in *Anselmi Banduri* Imperio orientali lib. 7. p. 177. et gr. ac lat. in *Fabricii* B. Gr. vol. VIII. p. 615 sq. — Plenior est editio: *Georgii Pisidae* de expeditione Heraclii contra Persas, acroases tres; eiusd. bellum Abaricum; eiusd. hymnus acathistus; eiusd. in sanctam J. C. domini nostri resurrectionem; eiusd. Heracliadis acroases duae; eiusd. Hexaëmeron s. de opere sex dierum; eiusd. de vanitate vitae; idem contra Seuerum; eiusd. encomium in S. Anastasium martyrem; eiusd. Senariorum fragmm. Quae omnia versibus descripta, ex msstis collegit, emendauit et latine vertit notisque illustrauit *Jos. Mar. Querci*, et exstant in Corporis historiae Byzant. noua adpendice, Opera Georgii Pisidae, Theodosii Diaconi et Corippi Africani Grammatici complectente, Romae 1777. fol. nr. 1 — 10. — Ad Pisidem veluti auctorem nonnulli sine caussa retulerunt *Chronicon Paschale*.

84. *Leo Magentenus* s. *Magentinus*, Metropolita Mytilenensis, Aristotelis interpres, sec. *Saxium* in Onom. lit. II. p. 78. floruit circ. medium saec. septimum. *Fabric.* autem in B. Gr. vol. VII. p. 717. collocat eius aetatem in a. C. 1300. et deinceps.

85. *Pau-*

85. *Paulus*, *Aegineta*, medicus systematicus celebris, praecipue in parte chirurgica, in morbis mulierum curandis atque in arte obstetricia: inventa atque experimenta superiorum medicorum in epitomen atque ordinem redegit libr. VII. suisque, partim nouis, auxit obseruationibus. Floruit saeculo septimo *), et probabiliter post illud medium. — Libri septem, graece, Venet. in aedibus Aldi, 1528. fol. — Altera editio graeca melior est: — libri VII. gr. collatione vetustissimorum exemplarium emendati et restituti, nec non aliquot locis aucti, Basil. Andr. Cratander, 1538. fol. cura *Hieronymi Gemusaei*, cuius obseruationes in omnes Pauli libros lucem viderunt Basil. 1543. fol. — *Latine* saepius prodierunt vel omnes, vel separatim nonnulli libri. Praesertim laudantur versiones *Joann. Guinterii Andernaci* et *Jani Cornarii*, cum commentariis, illaeque aliquoties sunt typis repetitae.

86. *Georgius*, monachus et abbas CPolitanus, Tarasii, patriarchae CPolitani, *Syncellus*, quod cognomen erat officii atque dignitatis, chronographus. A. C. 792. publicauit *Chronographiam* suam ab Adamo vsque ad Diocletianum. Illam cum *Nicephori*, patriarchae CPol. *breuiario chronographico*, ab Adamo ad Michaelis et eius F. Theophili tempora, primum edidit gr. ac lat. atque adnotationibus instruxit *Jac. Goar*, Paris. 1652. fol. Pars est Corporis scriptor. Byzant. — rec. Venet. 1729. fol. — In *Bredowii Epistolis Parisiensibus* (Lipsiae 1812. m. 8.) legitur p. 153 sqq. editoris ad F. A. Wolfium epistola *de Georgii Syncelli Chronographia* e Codd. Paris. supplenda et emendanda.

Tara-

*) Conf. *Rudolph. Augustin. Vogel*, Prof. Gotting. II. prolusion. de Pauli Aeginetae meritis in medicinam, inprimisque chirurgiam, Gotting. 1758. 4.

Tarasius memoratus patriarcha CPolitan. ab a. 784--806. quo denatus est, iconum fautor. Hinc sub eo a. 787. habitum est concilium Nicaenum II. pro cultu imaginum. Scripta *Tarasii*, quae habemus edita, omnia Actis dictae Synodi II. inserta sunt tomo III. edit. Binianae, Labbei VII. Harduin. IV. et Mansi XII. ac XIII.

Michael, Syncellus Thomae, patriarchae Hierosolymit. post initium saeculi noni. Exstant eius *encomia Dionysii Areopagitae* atque in *SS. archangelos et angelos; epistola*, concepta arabice a Theodoro Abucara, et a Mich. Syncello graece versa de fide orthodoxa Chalcedonensis concilii; *professio fidei.* De his scriptis, horumque editionibus et aliis ineditis v. *Fabric.* B. Gr. XI. p. 186 sqq.

87. *Theophanes,* Isaurus, cognominatus quoque *Isaacius*, quod cognomen haesit ei a patre: abbas monasterii magni Agri, vel Sigriani, quod ipse condidit. At propter cultum imaginum, ab ipso strenue vindicatum, a Leone Armenio in exsilium missus est in Samothraciam, vbi ante an. 820. diem obiit supremum; a suis adseclis autem nomine *Confessoris* insigniebatur. Syncelli chronicon ab a. C. 285. (Diocletiani I.) ad a. 813. (Leonis Armenii I.) continuauit. Editionis inscriptio haec est: *Theophanis* Chronographia. *Leonis Grammatici* vitae recentiorum impp. *Jacob. Goar* latine reddidit, *Theophanem* notis illustravit, varias lectt. multiplici codd. collatione adiecit. *Franciscus Combesis* iterum recensuit, notis posterioribus *Theophanem;* integris *Leonem Grammaticum* strictim discussit, exque fide codd. auxit, emendauit. Paris. 1655. fol. — rec. in Corpore Byzant. Venet. 1729. fol. — *Theophanis* fragment. de Bulgarorum originibus, graece, in adnotatt. in Nicephorum p. 14. ed. 1616. et p. 75. ed. Paris. scriptorum Byzantin.

Diuer-

Diuerſi ſunt *Theophanes* Byzantius, de quo v. ſupra: *Theophanes Nonnus*, de quo v. infra, §. 101. — *Theophanes Cerameus*, Tauromenitanus in Sicilia epiſcopus, circ. a. C. 1152. Theologus et multarum auctor *homiliarum*. LXII. oratt. gr. et lat. cum notis primus euulgauit *Franciſc. Scorſus*, Pariſ. 1644. Sed de aetate nominibusque aliis illi tributis, et de homiliis pluribus, quas ille ſcripſiſſe dicitur, diuerſae ſunt VV. DD. ſententiae. — *Theophanes*, Nicaenus archiepiſcopus, circ. a. C. 1347. cuius *Hymnus* in Adnuntiationem Deiparae vulgatus eſt gr. et lat. vna cum Prudentio, Proſpero, Jo. Damaſceno, Coſma etc. Venet. ab Aldo, ſub fin. primi vol. Collectionis poetarum chriſtianorum, 1501. 4. — rec. in Bibliothecis patrum in ſupplemento Bigneano, Pariſ. 1579. et in tom. VIII. a. 1589. ac 1615. item Coloniae 1618. tom. VIII.

88. *Achmet* ſiue *Achamates*, Sereimi filius, arabice ſcripſit circ. a. C. 820. *Onirocritica*, quae ex cod. latine vertit *Jo. Leunclauius* ediditque ſub falſo *Apomaſaris* nomine, et aliquot capitibus mutila, Francof. 1577. 8. — Verſio ipſa graeca, quae adhuc exſtat, a *Nic. Rigaltio* cum Artemidori Onirocriticis edita eſt, cum latina Leunclauii verſione, Lutet. 1603. 4. At probatur ſententia eorum, qui exiſtimant, opus id graecum ex Achmete, Apomaſare aliisque gentilium ſcriptorum operibus a chriſtiano quodam ſcriptore, qui diu poſt vixerit, eſſe collectum.

89. *Nicephorus*, natus a. C. 758. poſt varias munerum mutationes CPolitanus patriarcha a. C. 806. creatus, at a. 815. ob propugnatum imaginum cultum a Leone Armenio in exſilium miſſus eſt, atque inde Homologeta ſiue Confeſſor a Graecis dictus. Ipſe vero ſeceſſit in monaſterium S. Theodori, a ſe conditum, ibique a. C. 828. vita defunctus eſt. Varia, quae ad hiſto-

historiam cum profanam tum ecclesiasticam pertinent, scripsit: hoc tamen loco quaedam, nec omnes versiones latinas, commemorasse sufficiat. 1) *Chronologia compendiaria* ab orbe condito vsque ad Nicephori aetatem. Latina *Anastasii Bibliothecarii* versio prodiit cum notis *Car. Annibal. Fabrotti* inter scriptores hist. Byzant. Paris. 1649. fol. — tum in editt. Paris. Basil. etc. Bibliothecar. patrum; — cum commentario *Antonii Contii*, Paris. 1573. 4. et in *Contii* Opp. Neapoli 1725. fol. p. 72 sqq. Latine itidem, interprete *Joach. Camerario*, vna cum eius commentariis et diss. de synodo Nicaena, Basil. 1561. fol. etc. — *Graece* in *Josephi Scaligeri* thesauro tempor. Lugd. B. 1606. p. 305. et a. 1658. p. 301. fol. — gr. et lat. cum *Jac. Goari* notis, ad calcem Georgii Syncelli, Paris. 1652. et Venet. in Corp. script. Byz. 1729. fol. tom. V. — 2) *Breuiarium historicum* de rebus gestis ab obitu Mauricii, a. C. 602. vsque ad a. Ch. 770. primum graece vulgatum a *Dionysio Petauio* cum versione et notis chronologicis: accesserunt et aliorum fragmenta, Paris. 1616. 8. — rec. inter scriptores hist. Byzant. Paris. 1648. et Venet. 1729. fol. — 3) Ex libris eius antirrheticis supersunt opuscula IV. *contra Iconomachos*, lat. *Francisco Turriano* interprete, in *H. Canisii* Lectt. antiq. tom. II. part. II. p. 1 sqq. ed. Jac. Basnagii, Amstel. 1725. fol. atque in Biblioth. PP. max. Lugd. tom. XIV. p. 91. — et fragmentum *de sex synodis*, graece, cum versione lat. et notis *Franc. Combefisii*, in huius Auctar. nov. biblioth. PP. graeco-lat. tom. II. p. 603. — 4) *Stichometria libror. sacrorum*, (quae tamen ab aliis abnegatur Nicephoro,) gr. cum *Anastasii* Bibliothecarii lat. interpretatione, in *Petri Pithoei* Opp. Paris. 1609. 4. p. 13. — 5) *Confessio fidei* ad Leonem III. Papam: graece cum lat. versione *Theodori*

Pelta-

Peltani, inter acta Synodi Epheſinae, Heidelberg. 1591. p. 303. et 342. — cum *Zonarae* comment. in canones concil. Pariſ. 1618. p. 760. et in collect. concilior. — 6) *Canones ſynodi CPolitanae, et epiſtola canonica*, gr. cum verſione lat. et notis *Franc. Combefiſii*, in huius Originib. Conſtant. p. 159. — Praeterea plures olim fuere *Nicephori*: de nonnullis deinceps erit ſermo. H. l. memorabo adhuc *Nicephorum*, philoſophum et rhetorem CPolit. circ. a. C. 895. et *Nicephorum*, Presbyter. magnae eccleſiae S. Sophiae CPoli, poſt medium ſaeculum decimum.

90. *Chriſtophorus*, patriarcha CPolitanus, circ. a. 834. cum Iobo Antiocheno aliisque epiſcopis litteras ad Theophilum, imperat. pro imaginum cultu ſcripſit.

91. *Joannes* ſiue *Janus Damaſcenus*, medicus celebris, Syrus, chriſtianus, a *Joanne Damaſceno*, theologo, longe diuerſus: circ. a. C. 845. interpretationem librorum graecorum in linguam arabicam iuſſu Caliphae Raſchid factam curauit. Idem ſcripſiſſe dicitur varia, ad artem medicam pertinentia, quae latine prodierunt.

92. *Baſilius*, Macedo, interfecto Michaele, a. 867. habenas imperii CPolit. arripuit, beneque et ſapienter regnauit vsque ad annum obitus ſui, a. C. 886. atque nouam iuris ciuilis correctionem curare coepit. Hinc ipſe primum nouas edidit conſtitutiones, e quibus nonnulla hodie ſuperſunt capita: et Nouellas Auguſtorum conſtitutiones vel colligere coepit, vel augere: quam inſtituti rationem quum ſubſequuti imperatores, Leo VI. Sapiens, Conſtantinus VII. Porphyrogenetus et alii, vel imitarentur, vel emendarent, paullatim a re nata eſt *Baſilicorum* Σωματοποιΐα. Idem cum filiis ſuis edidit Πρόχειρον νόμων, ſ. *manualem epitomen legum*, et ad Leonem, filium ſuum, quem a. C. 879. Auguſtum pronuntiauit, *capita*

 exhor-

exhortationum LXVI. scripsit. — Delectus legum compendiarius, et correctio iuris antiqui in id, quod aequius melius, per impp. *Basilium*, *Leonem*, *Alexandrum* et *Constantinum* Augg. cum praefat. eorumdem: edente *Marq. Frehero* *), graece et lat. in *Leunclauii* Jur. graeco-lat. tom. II. p. 79. — *Basilicorum* libros IV. et quidem XLIX — LII. ex cod. msto bibl. Paris. integre edidit, latine vertit, notasque criticas et iuridicas addidit *Gul. Otto Reitzius*, in *Gerardi Meermanni* Nouo thesauro iuris ciuilis et canonici, tom. V. Hagae Comit. 1752. fol. p. 1 104. **) — Specimen msti graeci Eclogam legum continentis, typisque nondum exscripti dedit *J. L. E. Puttmannus* in Memoria Gottfridi Mascouii, Lips. 1771. 8. — *Exhortationum* capp. LXVI. ad Leonem filium etc. graece, et cum versione lat. separatim expressa typis, Lutet. ap. Fed. Morellum, 1584. 4. — gr. cum versione *Justi Dransfeld*, Gotting. 1674. 12. (al. 1671. 8.) — graece et lat. in *Ans. Banduri* Imperio orient. tom. I. p. 171. — lat. et germanice, Baruthi 1669. 12. etc. —

*) *Freherum* tamen non solum epitomen mutilam ac mendose edidisse, sed etiam alia commisisse peccata, docuit D. *Car. Frid. Zepernick* in notis ad D. *Casp. Achatii Beck* libr. de Nouellis Leonis Augusti et philosophi etc. Halae 1779. 8. p. 18 sqq. adde eumd. ibid. p. 372 sqq. Pag. autem 17 sqq. agitur de *Basilii* studio iuris reformandi, et quo tempore Basilius Πρόχειρον νομικὸν in XL. titulos distributum ediderit; conscriptum id statuitur secund. cod. Vindobon. a. 876. saltem ante a. 879.

**) Ad id Basilicorum corpus pertinentes animaduersiones, *Glossas verborum*, quae vulgo *Glossae nomicae* vocantur, varii vett. auctores, qui vero paullo serius et diuersis vixerunt temporibus, conscripserunt. Editae illae sunt a *Car. Labbeo*, in calce Cyrilli, Philoxeni et aliorum Glossariorum, Paris. 1679. fol. et ab *Ant. Schultingio*, in Thesauro iuris romani Ottoniano, tom. III. Traiecti ad Rh. 1733. fol. p. 1697—1820. et alii VV. DD. emendarunt.

etc. — Conf. *Jos. Mariae Suaresii* notitia Basilicorum: recensuit et obseruatt. auxit D. *Christian. Frider. Pohlius,* Lipſ. 1804. 8. p. 1 sqq. et *Saxii* Onomast. II. p. 125 sqq.

Anastasius, bibliothecarius romanus, abbas et presbyter, clarus post medium saeculum nonum, homo suae aetatis doctissimus, et multa ex graeco in latinum, licet barbare, conuertit, aliaque scripsisse dicitur.

93. *Nicetas,* cognomine *Dauid,* Paphlagoniae episcopus, rhetor, philosophus et historicus. Praeter alia scripsisse circ. a. C. 880. videtur vitam *Ignatii,* patriarchae CPol. editam gr. ac lat. a *Matthaeo Radero,* Ingolstad. 1604. 4. additam Actis concilii oecumenici VIII. et cum iis aliquoties in tomis conciliorum.

94. *Photius,* illustribus natalibus oriundus, homo multi ingenii, mirae industriae, variaeque eruditionis; praeclarus enim fuit theologus, Ictus atque historicus. Idem tamen feruidioris animi homo, nimius dignitatis suae, auctoritatis doctrinaeque orientalis ecclesiae contra pontificem romanum vindex, et, irritatus ab aduersariis, honoris vindictaeque cupidus. Hinc, quum interdum immodicus esset, tragoedias excitauit. Ab aduersariis tamen adseclisque pontificis romani et olim et recentiore aetate iniuria crudelitatis scelerumque arguitur. Summos autem ex ordine consequutus est honores militares, ciuiles, et ab a. 857. (al. a. 858.) quum patriarcha crearetur CPolitanus, ecclesiasticos. Hoc autem sacro munere, ipsi molesto et maximorum in ecclesia motuum occasione, bis est priuatus, semel a. 867. a Basilio Macedone, a quo tamen decennio post est restitutus; dein a. 886. a Leone Sapiente, Basilii F. Sed post alteram depositionem in exsilio in monasterio Armeniacorum Bordi dicto circ. a. 891. diem obiit supremum. In caussa Photiana

 Syno-

Synodi celebratae sunt CPoli pro Photio et contra illum. Multa scripsit: aduersus recentes Manichaeos s. Paulicianos; aduersus Latinos, de processione Spiritus S. a solo patre; Epistolas, Nomocanona, legum imperialium corporis Justinianei et canonum ecclesiasticorum harmoniam, et alia. In primis laudanda est *Bibliotheca*, Μυριόβιβλον, thesaurus infinitae lectionis multorumque librorum, quorum vel notitiam dedit criticam, vel eximia fragmenta seruauit. Photium tamen frequenter finxisse nomina et dramatum nomina in poëtas transformasse, docet *Valcken.* in Diatribe post Euripidis Hippolytum, cap. II. fin. p. 17 sqq. — Opus illud aureum copiose descripsit, omnesque, qui in illo recensentur, scriptores susius persequutus est *Fabric.* in B. Gr. vol. X. p. 678. — fin. et vol. XI. p. 1 sqq. in cap. XXXV. de Photio. — Illam Bibliothecam primus e Msst. graece edidit *Dauid Hoeschelius*, et notis, quibus etiam multa veterum fragmm. antehac inedita adspersit, illustrauit, Augustae Vindel. 1601. fol. Notis p. 948. inseruit Photii epistolam, et subiunxit eiusd. 35 epistolas. — Latine, at minus bene vertit illam et scholiis haud contemnendis passim illustrauit *Andr. Schott*, Aug. Vindel. 1606. fol. — Μυριόβιβλον — graece ex recensione et cum notis Hoeschelii, latine reddidit et scholiis auxit *Andr. Schottus* etc. Genev. 1613. fol. Rothomagi 1653. fol. *) — *Epistolae*, graece, per *Richard. Montacutium* latine redditae, et notis subinde illustratae, Londini 1651. fol. — *Epistolae* V. graece, editore *Anthimo*, episc. Remnic. in Τόμῳ χαρᾶς, (opere raro,) 1705. fol. vt alias quarumdam epistolarum et quorumdam opusculorum editiones praetermittam. — *Photii* — de conso-

*) Conf. *Jo. Henr. Leichii* Diatrib. in Photii Bibliothecam, Lips. 1748. 4. qui et textum et versionem emendauit.

consolatione ad Eusebiam libellus, gr. editus, cum interpretat. lat. et emendatt. *Conr. Rittershusii* etc. Noribergae 1601. 8. — Libri IV. contra Manichaeos repullulantes, gr. et lat. cum adnotationibus editi a *Jo. Christoph. Wolfio* in Anecdotis graecis sacris et prof. tom. I. et II. — *Photii Nomocanon*, graece, cum versione lat. *Henr. Agylaei*, (quae seorsum edita atque adiecta est,) et commentariis *Theodori Balsamonis*, (v. infra §. 132.) *Christoph. Justellus* primum gr. edidit. Accessere eiusd. *Photii*, *Nili* et anonymi tractatus de synodis oecumenicis ab eodem *Justello* nunc primum graece editi. Lutet. Paris. 1615. 4. — Haec editio gr. et lat. repetita est, et praefixa sunt Photii in suum Nomocanonem prolegomena, hactenus non edita in *Guil. Voelli* Biblioth. iuris canon. vet. tom. II. p. 785. Paris. 1661. fol. — Συναγωγαὶ — Collectiones accurataeque demonstrationes de episcopis et metropolitis et reliquis aliis quaestionibus ex synodicis et historicis monumentis excerptae, gr. et lat. a *Francisco Fontanio* editae notisque illustratae, in Nouis eruditorum deliciis etc. tom. I. Florent. 1785. 8. p. 1 sqq. *) Pars harum Collectionum est scriptum (quod Fabric. tamquam peculiare inter scripta Photii inedita loco primo numerat,) *de patriarchis sede sua iniuste pulsis*, vti etiam patet ex cod. Monac. LXVIII. V. *Ign. Hardt* de codd. gr. Monac. in *Aretini Beyträgen zur Geschichte u. Literatur*, a. 1804. part. IV. p. 17. — *Photii Lexicon*, cuius editio olim a pluribus optata, a nonnullis promissa erat, et cuius prologum gr. euulgauit *Fabric.* in B. Gr. XI. p. 35 sq. tandem cum *Zonarae Lexico* lucem adspexit. Inscriptio est: *Jo. Zonarae* et *Photii Lexica graeca*, ex codd.

---

*) Praemissa est ab initio tomi *Fontanii* de Photio eiusque scriptis dissertatio.

codd. Msstis nunc primum edita, obſeruationibus illuſtrata, et indicibus inſtructa, III. tomi, (I. et II. tom. continent *Zonarae* Lexicon: edidit *J. A. H. Tittmann*, et tomus III. *Photii* Lexicon: edidit *G. Hermann*,) Lipſ. 1808. mai. 4. (Conf. longam doctamque recenſionem in *Beckii* Actis Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 178 ſqq.) Antea iam plures VV. DD. vel notitiam illius et codicum dederant, vel emendatt. atque obſeruatt. in illud paſſim ſcripſerant. Nuper *J. Frid. Schleusner* egregium conſcripſit Libellum animaduerſionum ad Photii Lexicon, Lipſ. 1810. m. 4. quem libellum ſequutae ſunt multo vberiores Curae nouiſſimae ſiue Appendix notarum et emendationum in Photii Lexicon, Lipſ. 1812. m. 4. — Ab hoc Lexico diuerſum eſſe aliud, quod *Etymologicum Magnum* dicitur, et perperam *Photio* a nonnullis eſſe adſcriptum, iam alii ſuſpicati ſunt. Alii autem alium putabant illius fuiſſe auctorem; ſed nomen aeque ac aetas auctoris ignoratur. Editum autem eſt illud opus primum Venetiis cum praefatione graeca *Marci Muſuri*, ex recenſione *Zachar. Calliergi*, 1499. maiore forma folii; tum emendatius et plenius ibid. ap. Fed. Turriſan. 1549. fol. — dein a multis mendis repurgatum, notis illuſtratum et indicibus adauctum, ſtudio diligentiaque *Frid. Sylburgii*, Heidelberg. typis Hieron. Commelini, 1594. fol. — Quarta edit. prodiit ex recenſione *Panagiotae*, Sinopenſis, qui caſtigationes Sylburgii ex eius notis plerasque in contextum recepit, ſed Sylburgianos indices praetermiſit, Venet. e typogr. Ant. Bartoli etc. 1710. fol. Sed quae futuro editori illius operis, ab exſcriptoribus peſſime habiti, multis titulis deprauati atque orbati, ideo a viris doctis paſſim emendati atque illuſtrati, ſint obſeruanda atque facienda ad nouum plane quaſi condendum Etymologicon, latius expoſuit et exemplis clare demon-

monſtrauit atque illuſtrauit *L. Kulenkamp* in Specimine emendationum et obſeruationum in Etymologicum Magnum, maximam partem petitarum ex cod. Gudiano etc. Gotting. 1765. 4. rec. in Biblioth. Bremenſi noua, claſſ. VI. faſcicul. I. Bremae et Amſtel. 1766. 8. p. 133 ſqq. Conf. *Saxium* in Onomaſt. lit. II. p. 159 ſqq. (refert ad a. circ. 990.) vbi quoque de *Etymologico* inedito biblioth. Vltraiect. late diſſerit, et p. 552 ſq. — *Apollonii* Alexandrini de ſyntaxi ſeu conſtructione orationis libri IIII. — Addita e Procli chreſtomathia grammatica *Photii* patriarchae CP. *Electa* ab Andr. Schotto primum edita, latinitate donata et ſcholiis illuſtrata; nunc iterum a *Fr. Sylburgio* mst. exemplaris collatione paſſim emendata, ſuppleta, notationibus aucta: — opera et ſtudio *Fr. Sylburgii*, Francof. 1590. 4. Add. M. *Conſtantin. Wolfii* diſſ. Photius ephemeridum eruditarum inuentor, Witteberg. 1689. de qua plura leges in Lipſ. *Allg. litt. Anzeig.* 1800. nr. 133. p. 1303 ſq.

Photii diſcipulus fuit *Michael Pſellus, maior,* ex Andro inſula ortus: circ. a. 859. Diuerſus eſt a *Michaële Pſello, minore*, de quo infra in §. 114. agetur: ſub cuius nomine multa circumferri ſcripta, quae ad Pſellum maiorem referenda videantur, putat Allatius.

95. *Joannes,* Antiochenus, cognomento *Malelas,* ſiue *Malalas,* i. e. ſophiſta, ſcholaſticus, vel qui rhetoris munus in eccleſia Antiochena gerebat, fabularum et vocabulorum barbarorum venator, ſcriptor exigui pretii. Eius aetatem ad ſaeculi noni initium eſſe referendam, *Humfr. Hodius* in proleg. de Jo. Malela commonſtrauit. *Hiſtoria* eius *chronica*, ab orbe condito vsque ad Juſtinianum imperatorem, cuius vero primus liber cum ſecundi parte hodie deſideratur, et finis eſt mutilus, e cod. Bodleiano primum edita eſt cum inter-

interpret. et notis *Edm. Chilmeadi*, et triplici indice rerum, auctorum et vocc. barbarorum, (quae in Cangii Gloſſario graeco vel plane non, vel alia ſignificatione reperiuntur.) Praemittitur diſſ. de auctore per *Humfredum Hodium*. Accedit epiſtola *Richardi Bentleii* ad Jo. Millium, cum indice ſcriptorum, qui ibi emendantur. Oxon. 1691. 8. Recuſa eſt haec editio, tamquam adpendix ad corpus Byzantin. Venet. 1733. fol. — *Selden* de iure naturae et gent. iuxta diſciplinam Hebraeor. cap. VI. ex cod. Bodlei. particul. *Jo. Malalae de Cecrope* edidit. — Diſtinguendus eſt *Joannes*, monachus *Antiochenus*, ex cuius *Hiſtoria chronica* habemus Conſtantini Porphyrogennetae excerpta, ex cod. Peireſciano graece et lat. cum notis edita ab *Henr. Valeſio*, Pariſ. 1634. 4. — Diuerſus quoque eſt *Joannes Cameniata*, Theſſalonicenſis, dignitate Cubucleſius, i. e. Clericus Palatinus, qui metropolitano, in publicum procedenti, pedum archiepiſcopale praeferret. Scripſit elegantem diſertamque *Narrationem de excidio vrbis Theſſalonicae*, (per Saracenos,) cui ille ipſe a. C. 904. interfuit, et captiuus eſt abductus. Illa narratio prius gr. cum *Leon. Allatii* verſione lat. prodiit in *L. Allatii* Συμμίκτοις, vulgatis a *Bartoldo Nihuſio*, Col. Agr. 1653. 8. p. 178. — iterum cum noua interpretatione lat. *Franc. Combeſiſii* inter Scriptores hiſt. Byzant. poſt Theophanem, Pariſ. 1685. fol.

96. *Leo* VI. imperator CPolitanus, filius imperatoris Baſilii Macedonis: duce et magiſtro Photio tam felices in litteris fecit progreſſus, vt poſtea *Sophus* ſ. *Sapiens* cognominaretur. Regnauit ab a. C. 886. vsque ad an. 911. Fuit philoſophus, orator et carminum ſcriptor. Idem opus, quod pater inceperat, abſoluit, nempe *Collectionem τῶν βασιλικῶν διατάξεων*, ſiue *conſtitutionum imperialium*, quas filius, Conſtantinus Porphyro-

phyrogennetus, denuo recognoscere atque emendare iussit, et in LX. redegit libros, qui tamen nondum omnes graece typis sunt exscripti. *Car. Annibal Fabrottus* in ed.: Βασιλικῶν *libri LX. in septem tomos diuisi*, gr. et lat. Paris. 1647. fol. tantum XLI. libros integros, reliquos vero ex synopsi Βασιλικῶν etc. *Guil.* autem *Otto Reitzius* *) libros quatuor in lucem protulit. — Βασιλικῶν liber LX. — *Jac. Cuiacio* interprete, Lugd. 1566. fol. — Libri VIII. Βασιλικῶν *διατάξεων* i. e. imperialium constitutionum, in quibus continetur totum ius ciuile, a *Constantino Porphyrogenneta* in LX. libros redactum, *Gentiano Herueto* interprete. Accessit et liber LX. *Jac. Cuiacio interprete:* — cum praefat. *Dionysii Gothofredi* etc. Hanov. typis Wechel. 1606. fol. — LX. librorum Βασιλικῶν — Ecloga siue Synopsis, hactenus desiderata, nunc edita per *Jo. Leunclauium.* — Item *Nouellarum* antehac non publicatarum liber: adiunctae sunt adnotatt. interpretis etc. Basil. per Eus. Episcopium, 1575. fol. — *Tiberii* II., *Leonis* philosophi, *Zenonis* aliorumque principum orientalium Constitutiones nouissimae, in tom. II. Corporis I. C. edit. *Gebauer-Spangenberg.* — Αὐτοκρατόρων Ἰουστινιανοῦ, Ἰουστίνου, Λέοντος, νεαραὶ διατάξεις. Ἰουστινιανοῦ ἔκδοτα — studio et diligentia *Henr. Scrimgeri*, Scoti, gr. (Gene-

*) De cuius edit. item de *Ecloga* quadam edita, et de *Zepernickii* notis ad Beckii librum, in quibus ille historiam atque codices, editionesque Nouellarum Leonis late docteque persequitur p. 313 sqq. 324 sqq. 330 sqq. dein p. 361. Ictos refert, tum veteres tum recentiores, qui de Nouellis illis bene meruerint, p. 372 sqq. de reliquis agit constitutionibus Leonis, inprimis de ἐκλογῇ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ Leonis et Constantini Porphyr. a. 910. aut 911. ante obitum Leonis composita, quae plerumque cum *Prochiro* Basilii Macedonis confunditur etc. v. supra in §. 91. vbi quoque *Suaresii* notitia etc. laudatur, et h. l. conferenda est de Leonis imp. ecloga legum, de Prochiro legum etc.

(Geneuae) 1558. exc. Henr. Stephanus, fol. — *Tactica* — liber: *J. Meursius* primus gr. vulgauit et notas adiecit: cum versione latina *Joh. Checi*, Lugd. 1612. 4. *) et seq. anno cum noua inscriptione addita est haec editio *Aeliani* Tacticis, ed. *Arcerio*. — Eumdem librum *Jo. Lamius* ex cod. Laurentiano mutilum suppleuit atque restituit in *Meursii* Opp. per *Lamium*, tom. VI. p. 529. Florent. 1745. fol. — Fabricius antea euulgauerat in B. Gr. VII. p. 707 sqq. supplementa capitis XIX. Tacticorum s. *Naumachica* e cod. Gudiano, a quo tamen nonnunquam discrepat cod. Medic. ex quo eadem edidit Lamius, neque tamen lectiones cod. Gudiani varias ex Fabricii B. Gr. adnotauit. — *Caput, quomodo aduersus Saracenos pugnare oporteat*, idem *Lamius* gr. et lat. in Meursii Opp. tom. V. praef. p. 4. publicauit, et nonnulla alia supplementa inseruit. — Partem *de Vngaris* ex libro Tacticorum Leonis Sap. non ex vitiosa Meursii edit. p. 886 sqq. sed ex codice bibl. Vindobon. graece cum sua versione lat. et animaduerss. edidit *Adam Franc. Kollarius*, eques Vngarus de Kereszteny, in Historiae iurisque publici regni Vngar. amoenitatibus, vol. I. sect. I. de moribus et de arte ac disciplina militari veterum Vngarorum, Vindob. 1783. 8. et sect. II. de moribus, arte ac disciplina militari veterum Slauorum alium locum ex eodem Leonis libro. — *Kaisers Leo des Philosophen Strategie und Tactik, aus dem in der K. K. Bibliothek befindlichen Original übersetzt durch F. W. von Bourscheid*, (cum tabb. XXXVIII. aeneis et cum obseruatt. atque commentationibus interpretis,) V. partes. Vindobon. 1778—1781. 8. — *Homiliae* nouem, gr. et lat. edente *Jac. Gretsero*,

*) Quae Checi versio antea typis expressa prodiit Basil. ap. M. Isingrin. 1554. 12.

sero, cum *Gregorii Nyss.* commentario duplici in Psalmos, edente *Jac. Gretsero*, Ingolst. 1600. 4. in Gretseri Opp. tom. XIV. et in tom. II. in opere de cruce p. 1225. *Leonis* oratio *in crucis exaltationem.* — *Oratt. decem*, gr. cum versione lat. *Franc. Combesisii*, in huius Bibliothecae PP. graeco-lat. Auctar. nov. tom. I. p. 1605. — Carmen iambicum *de misero Graeciae statu*, gr. cum vers. lat. *Franc. Lucidi*, in *Leonis Allatii* libr. II. de consensu eccl. occid. et orient. p. 854. — Versus retrogradi XXVII. gr. in *Allatii* Excerpt. gr. rhet. Rom. 1641. 8. p. 398. — *Dispositio, quem ordinem habeant Throni ecclesiarum, patriarchae CPol. subiectarum*, graece, cum vers. lat. *Jo. Leunclauii*, in huius Jure graeco-rom. a Marq. Frehero edito, Francof. 1596. fol. p. 88. et ad calcem Codini, ed. *J. Goaro*, Paris. 1648. et Venet. 1729. fol. inter Scriptores hist. Byzant. — *Epigr.* gr. cum adnotatt. Brodaei et Opsopoei, in Epigramm. libris VII. Francof. 1600. p. 3. Sub nomine Λέοντος φιλοσόφου *Brunck* in Analect. vett. poetar. graec. III. p. 128 sqq. decem edidit carmina, (horum vero auctor num noster Leo fuerit, dubitatur: et v. Brunck. ib. in Lection. p. 255.) eadem in *Frid. Jacobs* Anthol. graeca, tom. III. p. 97 sqq. Conf. eiusdem animaduerss. vol. III. part. I. p. 246 sqq. — *Oracula*, (quae tamen dubia fide nostro tribuuntur,) XVI. graece, primum edita cum versione lat. *Ge. Dousae*, in *Rutgersii* varr. lectt. lib. V. cap. 8. p. 467. — *Oracula* XVII. gr. et lat. cum figuris, antiqua graeca paraphrasi et notis *Petri Lambecii*, cum *Ge. Codini* Excerptis de antiquit. CPol. Paris. 1655. fol.

97. *Simeon*, CPolitanus, Magister, annalium scriptor. Dicitur etiam *Logotheta*, et *Metaphrastes*, a vitis Sanctorum, ab antiquioribus expositis, quas μετέφρασε, h. e. paullo alio habitu induit, omittendo alia in illis, addendo alia, vel mu-

mutando, vel interpolando. Natus eſt circa an. 881., a. 904. cum Himerio duce legatus ad Saracenos Cretenſes miſſus et a. 976. vel 977. diem obiit ſupremum. (V. *Saxii* Onomaſt. II. p. 135 ſq.) — *Vitae* CXXX. (aliae autem nondum typis ſunt exſcriptae) partim graece, partim tantum ex latina interpretatione, exſtant in *Surii* collectione, in Actis SS. Antwerp. et alibi. V. *Hamberger Zuverläſſ. Nachr.* IV. p. 140 ſqq. qui vitam Simeonis collocat in a. circ. 1140. atque *Fabric.* B. Gr. X. p. 180 ſqq. — Praeterea ſcripſit *Sermones*, praecipue XXIV. de ciuili ſapientia Chriſtianorum, in locos communes redactos, collectos et congeſtos ex ſcriptis D. Baſilii M. ſtudio *Simeonis Magiſtri*, gr. et lat. ex interpretatione *Stanislai Ilouii*, Francof. 1611. 8. et in D. *Baſilii* Opp. Pariſ. 1618. tom. II. adp. et edit. Benedict. tom. III. adp. — *Epitomen canonum*, gr. et lat. in *Juſtelli* Biblioth. iur. can. vet. tom. II. p. 710. — *Epiſtolas* IX. graece, interprete *L. Allatio*, in huius diatr. de Simeonib. p. 254. Pariſ. 1664. 4. et ibid. p. 132 ſqq. *carmina* quatuor politica et iambica, gr. — *Iambicos trimetros* in *Jac. Lectii* Poet. vett. graec. tragicis etc. tom. II. Colon. Allobr. 1614. fol. atque *Annales*, quorum tantum pars a Leone Armeno ad Nicephorum Phocam typis deſcripta eſt gr. ac lat. inter Hiſtoriae Byzant. ſcriptores poſt Theophanem, Pariſ. 1685. et Venet. 1729. fol.

98. *Conſtantinus Cephalas*, Epigrammatum conquiſitor: num idem ſit, qui Rhodius, et an initio ſaeculi X. vixerit, poſt *Reiskium* in Notitia poetar. anthologicor. p. 225 ſq. quaerit *Saxius* in Onom. litter. II. p. 137 ſqq. atque alios, qui vel ediderunt *epigrammata* graeca, vel illuſtrarunt, copioſe perſequitur. Hoc loco ſunt nominandi *Jo. Jenſius*, qui in calce *Lucubrationum Heſychianarum*, Roterodami 1742. 8. p. 305 ſqq. *vetera*

tera epigrammata gr. pro anecdotis prodeuntia, sed, iudicibus criticis, vitiose et inconsulto consilio, edidit; et inprimis *Jo. Jac. Reiske*, qui *Anthologiae graecae nunc primum e cod. msto* (Lipsiensi) *missus quatuor* edidit epigrr. cum notis in Miscellan. Lipsiens. nouis, vol. IX. part. I. et seqq. dein in peculiari libro, inscripto: *Anthologiae graecae, a Constantino Cephala conditae, libri tres: duo nunc primum, tertius post Jensium iterum editi, cum lat. interpretatione, commentariis et* (egregia) *notitia poetar.* (anthologicorum.) Lips. 1754. 8. Add. *Jo. Gottl. Schneideri* Periculum criticum in Anthologiam Constantini Cephalae cum editam tum ineditam etc. Lips. 1772. 8. Atque *Chr. Adolph. Klotzius* in Lection. Venusinis, Lips. 1770. 8. ex Anthologia Lips. inedita p. 125. 189 sq. 254. 382 sq. 400. 402 sq. quaedam epigrammata publici iuris fecit: in his quaedam *Stratonis* Sardiani, qui nouam condidit Anthologiam, s. *puerilem Musam*, in quam ea tantum retulit epigrammata, quibus puerorum celebrantur amores, eumque ex prioribus collectionibus antiquiorum poetarum carminibus delibatis iis, quae ad pueriles amores facerent, posteriorum haud pauca cum suis in hoc genere lusibus addidisse, eiusque Anthologiam esse vltimum caput collectionis, a Constantino institutae, censet *Jacobs* in prolegomenis ad animadverss. in epigrammata anthologiae graecae, vol. I. part. prior. p. XLVI sqq. *Stratonem* autem aeuo Seueri imp. h. e. tertio post C. n. ineunte saec. vixisse, ostendere studuit *Reiske* in Notitia poetarum anthologicor. p. 261 sqq. et quaedam eius posuit carmina, quae saluo pudore legi possunt. — *Stratonis* epigrr. XCIX. *Brunck.* in Analect. vett. poetar. gr. tom. II. p. 359 sqq. et *Jacobs* in Anthologiam graec. tom. III. p. 68 sqq. receperunt. *Klotzius* autem *Stratonis epigrammata nunc*

pri-

primum edita (e cod. Vinarienſi,) gr. ſine notis et obſeruatt. Altenburg. 1764. 8. in lucem protulit.

99. *Baſilius*, Patricius et Παρακοιμώμενος, h. e. cubiculi Praefectus apud Conſtantinum Porphyrogenetam, a. C. 930. Eius *Naumachica* primus euulgauit *Fabric.* in B. Gr. VIII. p. 136 ſqq. vet. edit.

100. *Leo*, grammaticus et ſcriptor Byzantinus, circ. a. C. 949. Eius *Chronographia recentiorum imperatorum* ab a. C. 813—949. graece, cum verſione lat. *Jac. Goar* et cum notis *Francisci Combefiſii* acceſſit Theophanis chronographiae, Pariſ. 1655. et Venet. 1729. fol. — Lectiones variae *Leonis* Grammatici ex codd. Monac. Theodoſii Melitini et Georgii Harmatoli ad edit. Leonis Grammatici Venetam in Corpore ſcriptorum Byzantin. leguntur in *Neuem literariſch. Anzeiger*, Tubing. III. *Jahrgangs erſte Hälfte*, m. Januar. nr. 4. m. Februar. — menſ. Jun. nr. 5. 6. 7. 9—12. 14. 16. 18. 19—25.

101. *Theophanes Nonnus*, (quod nomen erat honoris, at contra fidem codd. olim ſcribebatur *Nonus*,) medicus graecus, ante a. C. 959. aut circ. 940. iuſſu Conſtant. Porphyr. confecit *Breuiarium* ſ. *epitomen praeceptorum medicae artis curationisque morborum*, ex antiquioribus medicis, inprimis ex Alexandri Tralliani, Aetii et Pauli Aeginetae libr. excerptorum: quae vero capita ex Alexandro integra inſeruntur, ea auctoritate codd. ſunt ab aliena manu. — *Breuiarium* edidit primum gr. et lat. *Hieronym. Martius*, Argentor. 1568. 8. — Melior autem eſt editio, quam parauit, (ſed ante illam ad vmbilicum perductam is vita deceſſit,) *J. O. Steph. Bernard: Theoph. Nonni epitome de curatione morborum*, gr. et lat. ope codd. mſst. recenſuit notasque adiecit *J. O. St. Bernard*, tom. I. cum tab. aenea, Gothae et Amſtel. 1794. — tom. II. ibid. 1795.

1795. 8. qui continet reliquam Epitomes partem, gr. et lat. cum notis: tum *de febribus opus aureum*, lat. ex ed. Veneta, 1576. fol. atque indices.

102. *Georgius Monachus;* enarrauit βίους τῶν νέων βασιλέων, siue res a Leone Armenio vsque ad Romanum Lacapenum, a. 944. solio deturbatum: censetur in scriptoribus post Theophanem a *Combefisio* recensis et cum lat. versione editis, Paris. 1685. fol.

103. *Josephus Genesius,* scriptor Byzantinus, iussu imper. Constantini Porphyrogen. ante an. Ch. 959. composuit *de rebus CPolitanis a Leone Armenio ad Basilium Macedonem libros IV.* qui ex apographo codicis Lipsiensis cum versione et notis *Steph. Bergleri* primum prodierunt Venet. typ. Jo. Bapt. Pasquali, 1733. fol. Conf. tamen *Saxium* in Onom. II. p. 149 sq. qui de cod. Lips. apographo et de edit. ista Veneta, multis mendis contaminata, indeque ortis querelis multus est.

104. *Constantinus Porphyrogennetus*, Leonis Sapientis filius, imperator CPolitanus, natus a. C. 905. veneni potu a filio Romano parato periit a. C. 959. Vir doctus, historicus et philosophus, qui et ipse varios confecit libros, et alios VV. DD. atque artifices excitauit ad interitum, qui litteris imminuit, depellendum et ad excerpta ex diuersis libris facienda. His vero excerptis factum est, vt libri ipsi integri iacerent neglecti, atque magnam partem interirent. Quae vel ab ipso, vel illius iussu atque auspiciis scripta sunt, ea in recensendis editionibus memorauimus. — *De administrando imperio* ad filium Romanum, edit. princeps est *Jo. Meursii*, Lugd. B. 1610. 8. — gr. et lat. cum notis *Ans. Bandurii,* in huius Imper. orient. tom. I. — *De thematibus*, siue de agminibus militaribus, per imperium orientale distri-

distributis, liber numquam antehac editus, gr. et lat. ex biblioth. et cum versione ac notis *Bonavent. Vulcanii*, Lugd. B. offic. Plantin. 1588. 8. — *de thematibus* occiduae partis orientalis imperii libri duo graece nunc primum e biblioth. reg. editi, a *Fed. Morello* recensiti, latine versi, et notis illustrati, Lutet. Paris. 1609. 8. — *de thematibus*, (h. e. praefecturis in vtroque imperio, vbi de origine atque populis illarum praefecturarum agit imperator,) imperii orientalis et occidentalis, libri II. gr. cum versione et notis *Anselmi Bandurii*, in huius Imperii orient. tom. I. — *Nouellae Constitutiones* XIII. gr. cum versione lat. et castigationibus *Jo. Leunclauii*, in huius Jure graeco-rom. tom. I. libr. II. p. 103. tom. II. p. 139. — *Nouellae Constitutiones* IV. *Carol. Labbaeus* multis in locis restituit, auctiores et emendatiores, quam antea editae, Mss. reg. ope fecit, et notis illustrauit, inter Labbaei Impp. nouellas constitutt. gr. lat. X. Paris. 1606. 8. — Haec Constantini Opp. et *Tactica Jo. Meursius* coniunctim edidit Lugd. B. 1617. 8. *Jo.* autem *Lamius*, quibusdam mutatis, typis repeti fecit in *Meursii* Opp. tom. VI. p. 921 sqq. et ex cod. Florent. addidit *Strategicon* de variar. gentium moribus, et quomodo vnaquaeque earum pugnet, et quomodo pugnando ei resistere deceat. — *Libri duo de ceremoniis aulae Byzantinae*, prodeunt nunc primum graece cum lat. interpretatione et commentariis: curarunt *Jo. Henr. Leichius* *) et *Jo. Jac. Reiskius*. fol. Lipsiae, tom. I. 1751. tom. II. 1754. — *Basilius Macedo*, s. historia de vita et rebus gestis Basilii imper. gr. et lat. in *L. Allatii* Συμμίκτοις, libr. II. p. 1. Colon. Agr. 1653. 8. et graece cum versione

*) Add. huius libell. de vita et rebus gestis Constantini Porphyrog. Lips. 1746. et *Saxii* Onomast. II. p. 142 sqq.

sione lat. *Franc. Combesisii* inter scriptt. post Theophanem, Paris. 1685. — Idem *Combesisius* in Fasciculo Origg. et antiquit. CPol. p. 75. primus graece cum versione sua notisque vulgauit *Constantini Narrationem de imagine Christi* ab ipso ad Augarum Edessae regem missa, et Edessa CPolin translata. — Jussu et auspiciis illius Collectanea et Excerpta historico-politica et moralia facta, (quorum cap. 27. et 50. neque illa integra, solummodo supersunt,) aliique libri sunt confecti, nempe: Ex libris *Polybii Megalopolitani Selecta de legationibus* et alia (scil. fragmenta ex Historiis, quae non exstant etc.) primum edita ex biblioth. *Fuluii Vrsini*, Antwerp. ex off. Chph. Plantini, 1582. 4. — *Excerpta de legationibus* ex Dexippo Atheniensi etc. ex codd. a *Dauide Hoeschelio* edita cum versione et notis *Car. Cantoclari* atque animaduerss. *Henr. Valesii*, Paris. 1648. fol. — *Polybii, Diodori Siculi* etc. Excerpta ex collectaneis *Constantini* Aug. Porphyrogen. *H. Valesius* primum gr. edidit, latine vertit notisque illustrauit, Paris. 1634. 4. — *Veterinariae Medicinae libri II. Jo. Ruellio* interprete, Paris. 1530. fol. — a Ruellio olim latinitate donati, nunc sua, scil. graeca, lingua primum in lucem editi, Basil. 1537. 4. — Γεωπονικά, siue *de re rustica selectorum libri* XX. *Jo. Alex. Brassicani* opera in lucem editi. Acced. *Aristotelis* de plantis libri II. graece. Basil. 1539. 8. — *Cassiano Basso* *) Scholastico collectore, antea *Constantino Porphyrogenneto* a quibusdam adscripti; gr.

*) *Cassianum Bassum*, Bithynum, sub Constantino Porphyrog. siue VII., non *Cassium Dionys.* Vticensem, fuisse Geoponicôn collectorem, post alios Needham in prolegomm. et Niclas, (qui pag. V sq. praefat. Needhami laborem laudat quidem, at etiam multa grauiter culpat,) pluribus euicerunt argumentis.

gr. et lat. Graeca cum Msst. contulit, prolegomena, not. et indices adiecit *Pet. Needham,* Cantabrig. 1704. 8. — post Pet. Needhami curis ad Mss. fidem denuo recensi et illustrati a *Jo. Nicolao Niclas,* tomi IV. Lipſ. 1781. 8.

Addatur farrago historico-chronologica, historico, praesertim in intelligendis explicandisque rebus ecclesiasticis versanti, perquam vtilis, quamvis nugis fabellisque haud careat, quam *Matthaeus Raderus,* arbitrans, auctorem fuisse Alexandrinum, sub nomine *Chronici Alexandrini,* graece et lat. cum notis euulgauit, Monach. 1624. 4. — Alii illud adpellant *Fastos Siculos,* alii *Chronicon CPolitanum,* (quod verius nomen fuisse, censet *Saxius* in Onomast. II. p. 43.) aut *Antiochenum: Chronicon Paschale,* (quia ex variis scriptoribus, et ex variis ciuitatum vel prouinciarum *Paschalibus* siue canonibus de celebrando paschate centonis instar est concinnatum,) nominauit *Carolus du Fresne,* cui debemus editionem praeclaram, inscriptam: Πασχάλιον seu *Chronicon Paschale,* a mundo condito ad Heraclii imperatoris annum vicesimum: — nunc tandem auctius et emendatius prodit, cum noua latina versione et notis chronologicis ac historicis, cura et studio *Car. du Fresne, Dom. du Cange,* Parif. 1688. fol. cum longa praefat. de hoc chronico, eius fatis, editt. variis, nominibus et paschalibus aliis horumque auctoribus, et multis aliis rebus atque hominibus. Idem ex cod. et Holstenii obseruatione duo illius operis notat fuisse auctores, alterum quidem rerum ab orbe condito ad a. C. 354. Constantini 17. alterum vero, qui illud ad annum vsque vicesimum Heraclii continuauit. Add. de nostro chronico *Roesler* in editis *Chronicis medii aeui* tom. I. diff. II. de chronicis (XII.) post Eusebium atque Hieronymum, nr. 7. Tubing. 1798. 8.

105. *Leo, Diaconus*, vir Aſiaticus, a. C. 976. rerum ab obitu Conſtantini Porphyrogenetae a. 959. vsque ad mortem Jo. Tzimiſcae imperat. a. 975. memorabilis, ſed vulgo neglectus, necdum editus auctor. Ex *Franciſci* tamen *Combefiſii*, qui eum gr. et latine promulgaturus erat, ſuperſtitibus ſchedis praecipua quaedam deſcripſit, et nobiliſſima illa fragmenta *Anton. Pagius* ſuo *Critices Baronianae* peplo ab a. 960. IX. — a. 975. XIV. latine intexuit. — *Haſe* in Notices et Extraits des Mssts de la Bibl. imperiale, vol. VIII. part. II. dedit notitiam Leonis et ex cod. cum Combefiſii verſione librum VI. et totius operis ſummam.

106. *Etymologici*, vt vulgo dicitur, *Magni*, potiſſimum propter mythologica, hiſtorica et fragmenta veterum aeſtimandi, incertus auctor, Suida recentior, circa a. 990. vocabulorum ſermonis graeci cauſſas indagaſſe et collegiſſe fertur. V. ſupra in hac ſectione §. 94. ſub finem.

107. *Albubecar Mohamed*, ſiue *Ben Zacharia el Raſi*, h. e. *Rhazes*, ſ. *Rhazeus*, Ῥαζῆ, Medicus et Hiſtoricus Arabs, multa Graecis debuit ſcriptoribus. De eius eruditione, meritis, ſcriptisque medicis atque editionibus v. *Hamberger.* in *Zuverläſſ. Nachricht.* III. p. 714 ſqq. (qui eum a. C. 1010. mortuum eſſe cum aliis tradit,) et *Saxium* in Onom. II. p. 147 ſq. (qui eius aetatem refert ad a. 930.) aliosque ab illis citatos. — De *Serapione*, Arabe, medico circ. a. 1070. eiusque libro, *Practica* ſ. *Breuiario medicinae*, ex Aetio, Paullo et Alexandro congeſto, editoque cum aliis Lugd. 1525. 4. etc. v. *Hamberger* l. c. p. 768.

108. *Joannes Mauropus*, monachus, atque inde epiſcopus et metropolita Euchaitenſis; poetis chriſtianis elegantioribus accenſetur, et varia circ. a. C. 1050. ſcripſit. Edita ſunt eius *Epi-*

grammata iambica carminaque in praecipuorum feſtorum patrumque pictas in tabulis imagines et hiſtorias, atque de aliis varii generis argumentis, gr. cura *Matth. Buſti*, cum paucis ad calcem adiunctis notis, Etonae 1610. 4. — *Canones* gr. et lat. publicauit *Nic. Rayaeus* S. J. in diſſ. praeliminari ad tom. II. actor. Sctorum Junii, p. 50 ſqq.

109. *Nicetas* cognomine *Stethatus*, ſiue *Pectoratus*, monachus Studienſis, in coenobio CPolit. *Studium* dicto, et Eccleſiae graecae aduerſus Latinos et Armenios defenſor, circ. a. 1053. — Eius *libellus contra Latinos* latine exſtat in *H. Caniſii* Lect. antiq. tom. III. p. 308. ed. Baſnag. et *carmen iambicum* in Simeonem iunior. gr. et lat. in *L. Allatii* Diatrib. de Simeonibus, p. 168. — Diuerſus eſt a pluribus *Nicetis*, adeoque a *Niceta*, medico CPolit. qui ſaeculo XI. exeunte *Chirurgorum* fragmenta collegit. Quae nondum edita et praeſtantiora videbantur, ex codd. Florentinis exſcripſit atque interpretatus eſt *A. Cocchius* in Chirurgicis veteribus, Florent. 1754. fol. p. 1 ſqq.

110. *Georgius Cedrenus*, monachus graecus parum doctus nec magni ingenii atque iudicii, circ. a. C. 1057. miſere compilauit ex aliis et, quod ad recentiorem pertinet hiſtoriam, e Jo. Scylitzae compendio hiſtorico ſecundum priorem Scylitzae recenſionem deſcripſit *Annales* ſuos ſiue *Chronicon* ab O. C. ad an. 1057. Prodierunt iſti *Annales* ab O. C. ad Iſaacium Comnenum, gr. et lat. ed. a *Guil. Xylandro*, cum notis, Baſil. Oporin. 1566. fol. — recuſ. et emendatiores cum epigraphe: *Ge. Cedreni Compendium hiſtoricum*, ex verſione *G. Xylandri*, cum eiusd. annotatt. Acced. huic editioni praeter lacunas tres ingentes et alias expletas notae in Cedrenum P. *Jac. Goar* et *Car. Annibalis Fabroti* gloſſarium ad eumdem Cedrenum: item *Joannes Scylitzes*

litzes Curopalates, excipiens, vbi *Cedrenus* desinit, nunc primum graece editus, Paris. 1647. fol. — rec. in Corpore Byzantino etc. Venet. 1729. tom. VIII.

111. *Abu Gafar Achmet*, Arabs, medicus, mortuus a. C. 1080. Scripsit *Viaticum peregrinantium* libr. VII. in latinum sermonem olim conuersum a *Constantino Africano*, editum cum *Isaaci* Opp. Lugd. 1515. fol. — de morborum cognitione et curatione libri VII. cum aliis *Constantini* Opp. Basil. 1536. fol. — in graecum autem a quodam, qui *Synesius* fuisse, et cuius liber *de febribus* partem Viatici Constant. Afr. in libro, quo vsus est Reiskius, tum in cod. msto arabico et in cod. Daumii constituere, capiti denique de tertiana a Synesio multa, ex Hippocrate ac Galeno petita, esse addita dicuntur. *) — *Synesius* de febribus, quem nunc primum ex cod. msto biblioth. Lugd. Bat. edidit, vertit, notis illustrauit *Jo. Stephan. Bernard.* Acc. Viatici, *Constantino Afric.* interprete, liber VII. Amstel. 1749. 8.

112. *Joannes Scylitzes*, natione Thracesius, chronographus. Primum fuit Protouestiarius, deinde Magnus Drungarius vigiliae siue praefectus excubiarius, denique *Curopalates*, et a. C. 1081. adhuc in viuis. Quum adhuc Protouestiarius esset, scripsit *historiarum compendium* ab an. 811. vsque ad initium imperii Is. Comneni, 1057. quod hodie exstat ex lat. versione *Jo. Baptistae Gabii*, Venet. 1570. fol. Id a Cedreno maximam partem in suum compendium fuisse relatum, paulo ante in §. 110. iam notauimus. — Posthaec *Scylitzes* iterum recensuit suum compendium, et vsque ad a. C. 1081. continuauit. Alterius huius recensionis

*) Conf. *Bernardi* epistolas ad Reiskium, in huius vita, germanice scripta et edita ab eius coniuge, Lips. 1783. 8. p. 242 sqq. 247 sq. 252 sqq. 257. 266. etc.

nis poſtrema pars ſupereſt gr. et lat. cum notis *Jac. Goari*, ad calcem *Ge. Cedreni*, a *Carolo Annib. Fabrotto*, Pariſ. 1647. fol. edita: v. §. 110. Praefationem ſiue *Prologum in hiſtoriam Byzant. Gabius* in ed. Veneta memorata latine, et *Montfaucon* gr. ac lat. edidit in Bibl. Coislin. p. 207. — Praeterea *Scylitzes* ſcripſit *Notariam et Conſultationem* de ſponſalibus diſcindendis, ad Imp. Alexium Comnenum, quam *Leunclauius* Juri graeco-rom. libr. II. p. 132 ſqq. inſeruit.

113. *Conſtantinus*, Carthaginienſis, medicus ſuo tempore clarus et auctor ſcholae Salernitanae, poſt multa itinera et varia fata monachus factus eſt in Caſinenſi monaſterio, et poſt a. C. 1086. adhuc in viuis fuit. Multa ſcripſit, inprimis transtulit de diuerſarum gentium linguis libros quam plurimos, quorum praecipuos recenſet *Fabric.* in B. Gr. XIII. p. 114 ſqq. ed. vet. Plura Conſtantini ſcripta edita ſunt ex recenſione *Andreae Farini*, cum *Iſaaci*, Salomonis Arab. R. fil. Opp. Lugd. 1515. fol. et Baſil. ap. Henr. Petrum, 1536. fol. ib. 1539. fol. et de humana natura liber I. de elephantia lib. I. de remediorum ex animalibus materia lib. I. cum *Albucaſis* methodo medendi, Baſil. 1541. fol. — De alio v. paullo ante ad finem §. 111.

De *Xiphilino*, patriarcha CPolitano, ab a. 1066–1080. v. ſupra ad §. 77. ſect. II. de *Dione Caſſio*.

114. *Michael Conſtantinus Pſellus minor*, CPolitanus; natus a. 1020. et circ. a. 1071. atque diu adhuc poſiea viri doctiſſimi et multarum variarum litterarum fama floruit. Fuit enim theologus, Ictus, philoſophus, phyſicus, mathematicus et hiſtoricus. Poſtquam Athenis primum dederat operam artibus: poſthaec CPoli cum ſummo plauſu in ſummaque dignitate atque auctoritate docuit philoſophiam, rhetoricen atque dialecticen: praeceptor quo-

quoque fuit Michaelis VII. Ducae ſ. Parapinacei, eiusque, quum imperator eſſet, amicus. Attamen, quum aduentu Joannis Itali, hominis facundi, ſuam apud proceres auctoritatem imminui ſentiret, ſeceſſit in coenobium. E permultis eius ſcriptis, quae potiſſimum ſunt philoſophici, theologici et medici argumenti, ac quorum catalogus atque editiones ab Hambergero, Leone Allatio in Fabricii B. Gr. aliisque, a Saxio in Onom. II. p. 185 ſq. laudatis, vberius recenſentur, pauca hic tantummodo delibare licebit. — Ἑρμηνεία τοῦ — Ψέλλου εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ ςίχων πολιτικῶν etc. *Jo. Meurſius* primus nunc e tenebris eruit et publicauit, cum notis: cum *Euſebii, Polychronii* — expoſitionibus in Canticum Canticorum, Lugd. Bat. 1617. 4. p. 113. — idem, cum interpretationibus *Andr. Schotti* et *Franc. Zini*, in Meurſii Operibus, Florent. 1746. fol. tom. VIII. p. 289. — idem, (ex cod. Vaticano,) vna cum expoſitione Cantici Canticorum per paraphraſin collecta ex S. Gregorii, et S. Nili et S. Maximi commentariis, gr. et lat. *Franc. Zino* interprete, in Magna Biblioth. vett. patrum, Pariſ. 1634. fol. tom. XIII. p. 681. — *Synopſis legum*, verſibus iambicis et politicis: (carmina politica de dogmate; carmina de nomocanone; tractatus de ſeptem ſacris oecumenicis. *)) Nunc primum gr. edita, latina interpretatione et notis illuſtrata per *Franc. Boſquetum*, Pariſ. 1632. 8. — rec. cum lat. verſione emendata, et adiectis obſeruatt. *Corn. Siebenii* **), in *Ger. Meermanni* nouo theſ. iuris

*) Hic tractatus a quibusd. VV. DD. *Joanni Pſello* adſcribitur. V. ſupra §. 94. fin.

**) Ex eius ſpecimine Obſeruatt. critic. in Pſelli Synopſin legum, in Miſc. obſeruatt. crit. Belgicis, vol. VI. tom. I. p. 199 ſqq. Plura is culpat in ed. Boſqueti, quem interpretem nominat minime felicem.

iuris ciuilis et canon. tom. I. p. 37. Carmina tamen de dogmate et nomocanone carent lat. verſione. — Synopſis LL. cum verſione et notis *Franc. Boſqueti*, ſelectisque obſeruatt. *Corn. Siebenii:* emendatius edidit *Ludou. H. Teucher*, Lipſ. 1789. mai. 8. — Eſt quoque in *Kuinoelii* et al. Auctor. gr. min. Lipſ. 1796. 8. tom. II. p. 1 ſqq. — Opuſculum inſcriptum: *de omnifaria doctrina capita et quaeſtiones ac reſponſiones CXCIII.* ediderat *Fabricius* in B. Gr. vet. ed. ad calcem vol. V. p. 69 ſqq. ego vero in noua edit. in cap. 28. libri V. de *Pſello* eiusque ſcriptis vol. X. p. 84 ſqq. tantum retinui capitum indicem, plura ſcripſi in nota ad p. 83 ſq. — *Pſelli opus in quatuor mathematicas diſciplinas*, arithmeticam, muſicam, geometriam et aſtronomiam, graece, (editore *Arſenio*,) Venet. 1532. 8. — rec. Pariſ. 1545. 12. — *Perſpicuus liber de quatuor mathematicis ſcientiis* etc. gr. et lat. nunc primum editus, *Guil. Xylandro* interprete, cum nonnullis (criticis atque exegeticis) eiusd. adnotatt. et alia, Baſil. 1556. (al. 1554.) 8. — *Muſica*, gr. et lat. per *Lampert. Alardum*, cum eiusd. libro de Muſica veterum, Schleuſing. 1636. 12. — *Introductio in ſex philoſophiae modos*, et compendium quinque vocum, et decem praedicamentorum philoſophiae, gr. cum lat. verſione *Jac. Foſcareni*, Venet. 1532. 8. Textum graec. curauit *Arſenius*; — gr. ac lat. Pariſ. 1541. 12. — *Synopſis* organi Ariſtotelici, graeco-latina, nunc primum edita ab *Elia Ehingero*, Witteberg. 1597. 8. — *De operatione daemonum* dialogus; *Guilbert. Gaulminus* primus gr. edidit, et notis illuſtrauit, Lutet. Pariſ. 1615. 8. gr. cum verſione lat. *Petri Morelli*, edit. Pariſ. 1577. 8. et in Bibl. PP. max. Lugd. tom. XVIII. p. 589. — gr. et lat. ex muſeo *Dan. Haſenmülleri*, at ex edit. Pariſ. vitioſe recuſus, Kilon. 1688. 12. —

Iambi

Iambi in vitia et virtutes; *Anagoga* in Tantalum; *Allegoria* de Sphinge; *Anagoga* in Circem, ſtudio *Arſenii;* inter Praeclara dicta philoſophor. Romae, ſ. a. 8. — rec. cum *Heraclidis Pontici* allegoriis, Baſil. 1544. — *Libellum de lapidum virtutibus*, (cuius tamen auctor ab Allatio habetur *Pſellus maior,*) primus vulgauit, latine vertit, et emendauit *Phil. Iac. Mauſſacus,* Toloſae, gr. et lat. 1615. 8. — Emendatior eſt edit. gr. ac lat. cum notis *Phil. Iac. Mauſſaci* et *Io. Steph. Bernardi* etc. Lugd. Bat. 1745. 8. — *Iudicium de Heliodori et Achillis Tatii fabulis amatoriis*, gr. ex cod. Voſſiano in Miſcell. obſeruatt. crit. in auctores vett. et recent. vol. VII. tom. III. p. 367 ſqq. cum notis. — (Anonymi) *Patria, ſeu origines vrbis CPolitanae*, i. e. de antiquitatibus CPolitanis libri IV. gr. et lat. e codd. Mss. edidit, varietate lectionis inſtruxit, et commentariis illuſtrauit *Anſelm. Bandurius*, in eiusd. Imperio orientali, Pariſ. 1711. fol. Sed *Oudinus* oſtendit, auctorem illorum IV. libror. eſſe *Michael. Pſellum.*

Pſello noſtro a nonnullis tribuebatur liber de podagra, arthritide et id genus morbis. Verum hodie conſtat, eum confectum eſſe a *Demetrio Pepagomeno* ad Mich. Palaeologum, cuius erat archiater, a. 1271. Primum liber verſus et editus eſt a *Marco Muſuro,* Romae 1517. et ſub incerti auctoris nomine inter *H. Stephani* Med. artis Principes tom. II. 1567. fol. dein a *Guil. Morelio* gr. cum verſione lat. (cuius auctor fuiſſe dicitur Turnebus,) Lutet. 1558. 8. Critica doctaque eſt editio: *Demetrii Pepag.* liber de Podagra, quam ope Msti Lugd. Bat. recenſuit et notis illuſtrauit *Io. Steph. Bernard*, Lugd. Bat. 1743. 8. — Subiiciam commemorationem *Demetri Pepani*, Domeſtici Chii, qui a. 1282. aut ſerius vixiſſe fertur. Eius opera, quae reperiuntur, e grae-

graeco in lat. sermonem transtulit et adnotatt. adiecit *Bern. Stephanopolus*, Rom. 1781. II. voll. mai. 4. cum praef. Jo. Chstph. Amadutii.

115. *Philippus Solitarius*, monachus, circ. a. 1105. versibus politicis scripsit librum *de Dioptra*, s. disputat. inter animum et corpus, quem *Jac. Pontan.* latine vertit ex cod. in quo tamen primum deerat caput, et ad calcem *Jac. Gretser* adnotatt. adposuit, Ingolstad. 1604. 4. Praemittitur *Mich. Pselli* praefatio eiusque scholia hinc inde adsperguntur. Hinc male adtributus erat liber *Mich. Psello.* — Item in Bibl. PP. maxima, Lugd. tom. XXXI. p. 553.

116. *Simeon Sethus*, s. *Sethi filius*, Protovestiarius CPoli in palatio Antiochi, aut, vt *Saxius* in Onom. II. p. 190. scribit, patria Antiochenus, medicus CPolitanus, a. 1075. Scripsisse, aut potius ex aliis auctoribus, inprimis Psello, cui ideo in cod. quodam liber adtribuitur, congessisse dicitur *Syntagma per litterarum ordin. de cibariorum facultate, vtilitate et noxa*, editum gr. et lat. a *Lilio Gregorio Gyraldo*, Basil. 1538. 8. — graece ex duobus Mss. emendatum, auctum, et lat. versione donatum, cum difficilium locorum explicatione, a *Martino Bogdano*, Lutet. Paris. 1658. 8. — lat. *Gyraldo* interprete, per *Dominicum Monthesaurum* correctum et paene reformatum, Basil. 1561. 8. — Idem *Sim. Sethus* ex arabico in graecum sermonem conuertisse dicitur *Specimen sapientiae Indorum* etc. editum graece cum noua versione latina a *Sebastiano Godfrido Starkio*, Berol. 1697. 8.

117. *Michael Attaliata*, Ictus graecus: scripsit a. C. 1073. Ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικὴν, *opus de iure*, s. *pragmaticam*, *factam iussu imp. Mich. Ducae:* quod opus, maxime e Basilicis excerptum, titulis XCV. constat, idque in tot titulos partitus est, et edidit *Leunclauius* gr.

ac

ac lat. tomo II. pag. 1 sqq. Juris graeco-romani. Conf. *Pohlium* ad Suaresii Notitiam Basilicorum, Lips. 1804. 8. p. 21 sq.

118. *Alexius Comnenus*, imperator a. C. 1081. mortuus a. C. 1118. Eius *Nouella de electione episcoporum* graece prodiit cum *Cotelerii* versione in eius tomo II. monumentor. ecclesiae graecae p. 178 sqq. Paris. 1681. 4. — *Nouum rationarium imperii* in tomo quarto eorumdem monumentor. siue in Analectis graecis post Cotelerii obitum per monachos Benedict. cum Montfauconi versione editis, ibid. 1692. *) 4. p. 367 sqq. et ex cod. emendatiore a *Jac. Gronou.* gr. et lat. ad calcem operis patris de Sestertiis, p. 746 sqq. Lugd. B. 1691. 4. — *Aurea bulla* de donandis et rebus sacris non temere contrectandis nec in vsus alios vertendis, latine in Bibliothecis patrum, Paris. 1575. tom. V. et 1589. ac 1654. tom. III. Colon. 1622. tom. XV. et Lugd. tom. XIX. p. 957. — graece et lat. in *Leunclauii* iure graeco-rom. lib. II. p. 124. vbi etiam aliae occurrunt Constitutiones Alexii Comneni aliorumque *Comnenorum*. — Notanda h. l. est *Manuelis Comneni Legatio*, missa a. C. 1170. ad *Narsesin*, generalem Armeniorum episcopum, exposita a legato, *Theoriano*, in colloquio, quod de religione cum illo episcopo habuit, quod opusc. gr. et lat. primus edidit *Jo. Leunclauius*, Basil. 1578. 8. — rec. lat. in bibl. patrum, Lugd. tom. XXII. p. 796. graece vero et lat. in Auctar. bibl. patrum, curante *Frontone Ducaeo*, Paris. 1624. tom. I. p. 302 sqq. — De *Man. Comneni* donario, *Vexillum sericum graeca precatione intextum* et ab imper. Man. Comneno S. Michaeli dicatum, v. *Jo. Frid. Amadutii* comm. in Anecdotis

*) Al. 1688. v. ad *Fabricii* B. Gr. VII. p. 729 sq. et vol. XI. p. 557.

dotis litter. vol. III. p. 10 ſqq. qui ipſam *precationem* gr. et lat. edidit p. 23 ſqq. atque illuſtrauit. — De *Andronico Comneno*, imperat. CPolit. vid. §. 168. — Imperatorum *Joan. Comneni*, Alexii F. in Cilicia a. 1143. mortui, epiſt. II. ad pontificem rom. Honorium II. et illius filii, *Emmanuelis Comneni*, (defuncti vita 1180.) I. epiſt. ad pontif. rom. Alexandrum III. gr. et lat. notis illuſtratas edidit *Amadutius* in tom. II. opp. *Demetrii Pepani*, quae e gr. in lat. vertit et notas adiecit *Bern. Stephanopulus:* acc. praef. *Chr. Amadutii* etc. Romae 1781. mai. 4. Conf. Rerum ab Alexio I. Joanne, Manuele et Alexio II. Comnenis, Romanor. Byzantinor. imperatoribus geſtarum libri IV. commentatio — auctore *Freder. Wilken*, Prof. etc. cum tabula aere expreſſa, Heidelberg. 1811. mai. 8.

119. *Joſephus*, ſcriptor chriſtianus, vti vulgo habetur. Lambec. in commentar. de bibl. caeſ. III. de cod. Vindob. XIX. p. 81 ſqq. notat, in illius fronte eſſe epigraphen Μέθοδος Ἰωσίππου, in ſequenti autem cod. (vti in cod. Cantabrig.) — Ἰωσήπου, et Flauium Joſephum, Judaeum, eſſe intelligendum; Kollarius autem in nota *A* ad illum p. 83 ſqq. arbitratur, anonymum compilatorem farraginii ſuae a nobiliore maioreque ſylloges ſuae parte, ex Flauii Joſephi, Judaei, Opp. corraſa, et inſcripta: *Hypomneſticon*, ſ. commentarii rerum ſacrarum memoriales, in quinque libros diuiſi, nomen Flauii Joſephi, Judaei, praefixiſſe, et negat, *Joſephum, chriſtianum*, in mortalium numero vmquam exſtitiſſe. Contra ea hunc Joſephum chriſtian. congeſſiſſe Hypomneſticon ex Athanaſii Synopſi S. Scripturae, cenſet *Hardt* in *Aretini Beyträgen* etc. a. 1805. II. p. 454. *b.* de codice Monac. 295. et obſeruat, in cod. Monac. 295. f. 1. (vti in codd. Moſquenſ.) alia eſſe Joſephi opuſcula. Aeque incerta eſſe videtur

detur eius aetas, aliis hanc referentibus ad a. circ. 420.: *Saxius* autem in Onom. II. p. 198. ſuſpicatur, eum an. circ. 1090. poſſe accommodari. Capitum *Hypomneſtici Joſephi* inſcriptiones gr. cum lat. verſione ex cod. Cantabrig. primum exhibuit *Fabric.* in Bibl. Gr. XI. p. 53 ſqq. (et ego ad p. 51 ſqq. plura adſcripſi;) dein in calce voluminis II. Codicis pſeudepigraphi veteris Teſtamenti addidit *Joſephi, veteris chriſtiani ſcriptoris, Hypomneſticon, nunc primum in lucem editum, cum verſione ac notis,* Hamburgi 1723. 8. atque in epiſtola nuncupatoria de Joſepho, eius libro et aetate plura obſeruat. Ex Fabricio liber memorialis *Joſeppi,* (ita ſcribitur,) ſed verſione editoris addita, et textu ita ordinato, vt lectorum commodo inſeruiret, repetitus eſt in *Gallandi* Bibl. PP. tom. XIV. p. 3 ſqq. et *Gallandus* in Prolegg. p. IV ſq. contra Fabric. diſputat, atque auctorem floruiſſe medio ſaeculo IV. contendit.

120. *Euſtratius,* metropolita Nicaenus, theologus et philoſophus Peripateticus. Exſtant eius Commentarii in Ariſtotelis Ethica et in ſecundum poſteriorum analyticorum: a. 1117. Palinodiam ſuam ſynodo CPolitanae, iuſſu et auctoritate *Alexii Comneni,* imper. habitae, obtuliſſe dicitur.

121. *Joannes Zonaras,* CPolitanus, et ſub Alexio Comneno magnus Drungarius ac princeps amicorum Principis: at ob mortem coniugis atque liberorum vitae aulicae ſatur in monaſterium ſeceſſit, et poſt a. C. 1118. animam efflauit. In hoc otio multos confecit libros: inter quos praecipue ſunt h. l. memorandi *Annales,* ſ. Χρονικὸν, ab orbe condito vsque ad a. C. 1118. quo obiit Alexius Comnenus. Primum ex codd. edidit illos *Annales* ſ. *Compendium hiſtoriarum* gr. et lat. cum notis *Hieron. Wolfius,* Baſil. per Oporin. 1557. III. tom. fol. Wolfius opus diſtinxit ſecun-

dum

dum cod. Monac. 324. *) non ex ingenio ſuo, in tres partes. Poſtea genuinam in partes duas et libros XVIII. diuiſionem reſtituit *Carol. du Fresne, dom. du Cange,* qui Wolfianam edit. cum ſcriptis codd. contulit atque emendauit, latinam verſionem recenſuit, notisque eruditis illuſtrauit, Pariſ. 1686. II. vol. fol. Subiunxit *breue ſummarium chronologicum* anonymi, ab Adamo ad Alexium Comnen. quod Dionyſ. Petauius cum Nicephori CPol. Breuiario hiſtorico, gr. et lat. vulgauerat, Pariſ. 1616. 8. — rec. Venet. in Corpore hiſt. Byzant. tom. X. p. 11 ſqq. — De reliquis eius ſcriptis v. *Fabricii* B. Gr. XI. p. 223 ſqq. add. vol. VII. p. 465 ſqq. Hoc loco notandi ſunt *Zonarae* in canones S. S. apoſtolorum et ſacrorum conciliorum — commentarii, a viris doct. latinitate donati, et annotationibus illuſtrati: nunc primum ex codd. gr. et lat. coniunctim editi. — Lutet. Pariſ. 1618. fol. — Iidem commentarii, ex IV. codd. emendatiores, in *Guil. Beueregii* Pandectis canonum, Oxon. 1672. fol. — *Jo. Zonarae* et *Photii* Lexica graeca etc. de quibus v. ſupra in hac ſectione §. 94. ſub fin. de Photio.

122. *Nicephorus Bryennius,* Macedo, Caeſar, Annae Comnenae, filiae Alexii Comneni imperatoris, maritus, hiſtoricus. Scripſit Ὕλην ἱϛορίας, quam quidem, a. 1137. mortuus, non perduxit ad finem. Superſunt quatuor libri, ab Iſaaco Comneno vsque ad initium imperii Alexii Comneni, h. e. ab a. 1057—1081. Editi ſunt atque inſcripti: *Niceph.* Caeſaris *Bryennii* commentarii de rebus Byzantinis, gr. et lat. ed. a *Petro Poſſino,* Pariſ. 1661. fol. ad calcem Procopii, in ed. Pariſ. Corp. Byzant. — rec. Venet. 1729. fol. cum

*) In cod. Monac. 325. tom. II. et III. et in cod. 93. tomus II. reperiuntur. Conf. *Hardt* in *Aretini Beyträgen* etc. a. 1805. ſect. XII. p. 607.

cum reliquis Scriptor. Byzant. et additae sunt *Caroli du Fresne* notae historicae et philolog. in Nicephorum, quae antea subiectae erant edit. *Jo. Cinnami*, Paris. 1670.

123. *Cyrus* *) *Theodorus Prodromus*, siue *Ptochodromus*, CPolitanus, circ. a. 1116—1140. Scripsit carmina, inuita autem Minerua, dialogos eroticos, inuectiuas atque epistolas. — *Epigrammata* (tetrasticha vet. et noui Testamenti, quibus omnia vtriusque testamenti capita comprehenduntur,) cum aliis nonnullis, gr. parum emendate primum prodierunt Basil. 1536. 8. — gr. et lat. cum argumentis et notis *Hierem. Erardi*, Lips. 1598. 8. — gr. et lat. cum interpretatione *Guidonis de Sovigny*, Juliomagi 1632. 4. addita ad calcem plurium locorum castigatione. — *Amicitia exulans*, gr. *Conrado Gesnero* interprete, cum *Jo. Stobaei* Sententiis, Basil. 1555. fol. p. 622. et Colon. Allobr. 1609. fol. p. 622. — eadem, gr. et lat. *Conr. Gesnero* interprete, Paris. G. Morel. 1549. 4. — et cum notis *Mich. Maittaire*, in eiusd. Miscell. graecorum aliquot scriptorum carminibus, Lond. 1722. 4. p. 92. — *Rhodanthes et Dosiclis amorum libri* IX. gr. et lat. interprete *Gilb. Gaulmino*, atque dialogus, *Amarantus* siue senilis amor, eodem interprete, Paris. 1625. 8. Sed dialogum *Amarantus* etc. plenum ioci ingeniosi, *La Porte du Theil* in Notices et Extraits etc. postea laudatis, tom. VIII. p. 109 sqq. ex cod. meliore gr. excudi typis fecit. — Diss. *de Sapientia: Fed. Morellus* graeca, ex biblioth. regia depromta, recensuit, edidit, lat. vertit, notisque illustrauit, Lutet. ap. Fed. Morellum, 1608. 8. — *Epistolae* XIV. graece, cum versione

itala

---

*) *Cyrius*, *Cyrus*, h. e. Κύριος siue Κυρὸς, *Dominus*, non erat eius nomen proprium, sed a Graecis honoris caussa subinde sic dicitur.

itala *Petri Lazeri*, S. J. et latina anonymi, et varietate lectionis, in Miscellan. ex Mss. libris biblioth. colleg. romani S. J. Romae 1754. tom. I. p. 1. — *Epistolae tres*, graece, ibid. tom. II. p. 562. – Nostrum quoque Prodromum fuisse auctorem *Galeomyomachiae*, siue pugnae murium et felis, quae a trabe denique oppressa, muribus relinquit victoriam, ad *Batrachomyomachiae* imitationem graecis versibus iambicis compositae, docet *Villoison* in Anecdotis gr. tom. II. p. 243. contra p. 242. obseruat, inficetam illam *de Drosillae et Chariclis amoribus Nicetae Eugeniani* fabulam, cuius larga specimina in suis Animaduersionibus ad Longi Pastoralia primus protulit, immerito tribui Theodoro Prodromo, et multis Villoisonii iudicium comprobat *Morellius* in Bibl. Msta etc. I. p. 281 sq. — Notitiam et excerpta quaedam integra ex Theod. Prodr. scriptis, in cod. quodam Vaticano seruatis, dedit *La Porte du Theil* in Notices et Extraits des Msst. de la Biblioth. impériale et autres Bibliothèques, publiés par l'Institut de France etc. Paris. tom. V. tom. VI. article I—XXIII. tom. VII. art. XXIV—XXIX. et tom. VIII. (Paris. 1810. 4.) art. XXX—LXXIX. p. 78—253.

124. *Anna Comnena*, Alexii I. Comneni, imperatoris CPolitani et Irenes filia, soror Joannis Comneni, imperatoris, Nicephori Bryennii vxor: nata a. 1083. Post mariti mortem (a. 1137.) opus *Alexiados*, siue de rebus Alexii Comneni, patris sui, libr. XV. composuit. Atque quum venusti esset ingenii, et antiquos graecos auctores diligenter lectitando, ab illis artem eleganter scribendi discere studeret, non sine amoenitate scripsit: at in eo peccauit, quod perpetuo venata est flosculos rhetoricos, atque eruditionem pluribus locis haud commodis adfectauit, atque veritatis historicae leges, praecipue amori erga patrem plus iusto

indul-

indulgendo, interdum migrauit. Defuncta eſt poſt an. 1148. — Libros octo primores, graece, lacunoſos admodum ex cod. Auguſtano vulgauit cum notis ſuis *Dauid Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel. 1610. (in fronte quorumdam exemplarium 1618.) 4. — Omnes quindecim libros e codd. deſcripſit *Petrus Poſſinus*, et cum verſione ſua, ac gloſſario Hoeſcheliique notis edidit, Pariſ. 1651. fol. — rec. in Corpore ſcriptor. Byzantin. Venet. 1729. fol. cui *Car. du Freſne* animaduerſiones, olim ad Cinnamum Pariſ. 1670. fol. additae, acceſſerunt. *Montfaucon* autem Bibliothecae Coislin. Pariſ. 1715. fol. p. 521 ſqq. varias Coislin. codicis lectiones inſeruit. — Opus Alex. germanice verſum eſt in *Schilleri* collectione hiſtorica, Memoires etc. inſcripta, Jenae vol. I. et II. prima ſect. 1790. 8. — *Ueber die Alexias der Anna Comnena* commentatus eſt *D. H. Hegewiſch* in ſuis *hiſtoriſch. und litterariſch. Aufſätzen*, nr. 4. Kilon. 1801. 8.

125. *Suidas*, Grammaticus et Lexicographus, dubiae aetatis. *Fabric.* qui in B. Gr. VI. p. 390 ſqq. Küſteri praefat. Suidae Lexico praefixam recudi fecit notasque adiecit, (et ego quasdam addidi,) Suidae aetatem adligat extremo ſaeculo XI. *Hamberger.* vero in *Zuverläſſ. Nachricht.* IV. p. 185. cum Oudino medio ſaeculo XII. et *Saxius*, quem conferes, in Onomaſt. liter. II. p. 154. cum Pagio circ. a. C. 975. Alii aliter ſentiunt. Ex variis auctoribus, at nec ſatis caute, nec eleganter, nec ſemper optimis vſus Msstis, compilauit *Lexicon:* hoc tamen non caret virtutibus; a librariis quidem ſaepe deprauatum, interpolatum atque corruptum eſt, at omnibus commendandum. — Princeps editio eſt, Mediolani, 1499. fol. graece, impenſa et dexteritate *Demetrii Chalcondyli*, (qui ad reſtituendum Suidae Lexicon pluribus codd. vſus, illorum ope et proprio Marte

multa correxit, et permulta vocc. ex aliis auctoribus collecta, quae in Suida deſiderabantur, et nonnullorum explicationes, quae ab hoc Lexico aberant, addidit et interpolauit,) *Jo. Biſſoli*, *Benedicti Mangii.* — Ex alio forſan codice fluxit editio *Aldina*, graece, Venetiis in aedibus Aldi 1514. fol. — rec. ita tamen, vt etiam interpolaretur ab editorib. Baſileenſ., Baſileae ap. Froben. 1544. fol. graece. — Latine verſum ab *Hieron. Wolſio*, Baſil. 1564. fol. et ex noua illius recognitione, ibid. 1581. fol. — gr. ac lat. ex Baſil. edit. vt plurimum negligenter repetitum opera *Aemilii Porti*, Colon. Allobrog. 1619. II. voll. fol. Quam vane et impudenter Portus iactauerit ſua merita operamque, docuit *Lud. Küſter* in cenſura de Suida Aemilii Porti, (repetita notisque aucta in *Fabricii* B. Gr. VI. p. 390 ſqq. in cap. XL. de Suida,) ad editionem ſuam huc vsque praeſtantiſſimam et ſplendidam, gr. et lat. in qua textum graecum cum Msstis codd. collatum a pluribus mendis purgauit notisque perpetuis illuſtrauit, verſionem lat. Aem. Porti innumeris in locis correxit, indicesque auctorum et rerum adiecit, Cantabrig. 1705. III. voll. fol. Attamen futuro editori largam meſſem ab eo fuiſſe relictam, a multis viris doctis adſatim eſt demonſtratum, et ipſius Suidae loca permulta ſunt correcta aut explicita illuſtrataque, ex. gr. a *Lamberto Bos* in Animaduerſion. ad ſcriptores quosdam graec. Franequerae, 1715. 8. p. 139 ſqq. Inprimis *Jac. Gronouius* in tribus ſcriptis Küſteri Suidam acerrime perſtrinxit: cui quidem Kuſter. reſpondit in *Diatribe Anti-Gronouiana*, ed. II. emendatior et auctior, Amſterd. 1712. mai. 8. Atque Küſterum tacite vſurpaſſe exemplar edit. Porti, cui Reineſius multas notas manu adſcripſerat, in quibus et verſio Porti et graecus Suidae textus pluribus locis emendantur, aut fontes, vnde

hauſit

hausit Suidas, aperiuntur, aut monstrantur transpositiones etc., quod exemplar seruatur in bibliotheca episcopali Cizensi, ostendit cl. *Müllerus*, Rector scholae Cizensis, in progr. de Suida, obseruatt. Thomae Reinesii ornato, Lips. 1796. 8. Idem ibidem potissimum docuit, obseruationes haud paucas, quas *Godofr. Olearius* suo exemplo adscripserat, et quae deinde comparuerunt in libro inscripto: *Jo. Aug. Ernesti* Obseruatt. philologico-criticae in Aristophanis Nubes et Flavii Josephi antiqq. iud.: accesserunt *Godofr. Olearii notae ad Suidam*, Lips. 1795. mai. 8. non Olearium, sed Reinesium habuisse parentem. Permultos VV. DD. in explicando, emendando aut illustrando Suidae Lexico fuisse versatos, a Fabricio et a me ad illum et alibi vberius est adnotatum. Hoc loco inprimis notandae sunt *Jo. Toupii emendationes in Suidam*, in quibus plurima loca vett. Graec. — tum explicantur, tum emendantur, Londini 1760—1766. III. tom. 8. — Eiusdem epistola critica etc. ibid. 1767. 8. — Eiusd. curae nouissimae s. appendix notarum et emendatt. in Suidam etc. ib. 1775. 8. — Quae omnia recusa sunt in opere huius sententiae: *Jo. Toupii opuscula critica*, Lips. 1780. et 1781. II. tom. 8. Postea eadem cum insigni accessione Toupianarum nouarum in Suidam animaduersionum atque emendationum in Hesychium aliosque, et adpendice *Tyrwhitti* aliusque V. D. (*Porson*) notarum in Toupii emendatt. in Suidam, mortuo auctore, iterum cura et cum praefatione *Thom. Burgess*, prodierunt cum epigraphe: *Emendationes in Suidam et Hesychium et alios lexicographos graecos. Scripsit Jo. Toup.* Oxon. 1790. 8. IV. voll. — D. *Schleusneri* auctarium obseruatt. in *Suidam* et Hesychium et alios Lexicographos graecos, ratione maxime habita glossarum sacrarum, partic. I. et II. Viteberg. 1809. et sq. 4. Hae

duae partes continent obſeruatt. in Suidam ab initio vsque ad voc. ἀμύειν pro ἀνύειν. Conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. vol. I. p. 201 ſqq.

126. *Conſtantinus Manaſſes* ſcripſit circa a. C. 1150. verſibus politicis *Chronicon* ab orbe condito ad a. C. 1081. quod latine primus vertit vulgauitque *Jo. Leunclauius*, Baſil. 1573. 8. — graece cum Leunclauii verſione notisque eiusdem et ſuis edidit *Jo. Meurſius*, Lugd. B. 1616. 4. Hinc inter hiſtoriae Byzant. ſcriptores gr. et lat. lucem vidit Pariſ. 1655. fol. et Venet. 1729. fol. cum Meurſii et Leunclauii notis, variis lectt. e cod. Allatii, et quas *Car. Annibal Fabrottus* collegit ex II. codd. et cum gloſſario eiusd. Fabrotti.

127. *Joannes Cinnamus*, natus poſt a. C. 1143. vixit adhuc a. C. 1183. Grammaticus βασιλικὸς, h. e. notarius in aula CPolitana, et interfuit Manuelis Comneni, imperat. expeditionibus, easque haud ineleganter, Xenophontem et Procopium imitatus, enarrauit. — *Cinnami* de rebus geſtis imperatorum CPolit. Joannis et Manuelis, Comnenorum, libri IV. *Cornelius Tollius* primus edidit, vertit, caſtigauit. Traiecti ad Rh. 1652. 4. — Poſtea *Car. du Fresne* Tollii editionem recenſuit, eiusque verſionem emendauit, omiſſis eiusd. notis, opus in VI. libros digeſſit, libros capitibus diſtinxit, nouas ipſe hiſtoricas et philologicas adiunxit notas, et cum notis ſuis ad Nicephor. Bryennium et Alexiadem etc. gr. et lat. edidit Pariſ. 1670. fol. rec. in ed. Veneta corp. Byzant. 1729. fol.

128. *Joannes Tzetzes*, Grammaticus, CPoli probabiliter ortus, clarus non multo ſerius, quam a. 1150. vitam tamen vltra a. 1180. vel 1185. veriſimiliter produxit: v. *Saxii* Onomaſt. II. p. 242.

242. de *Joanne Tzetze* eiusque fratre *Iſaaco Tzetze.* Homo fuit ſui temporis doctiſſimus, a patre mature traditus praeceptoribus, a quibus non modo artium orbem, ſed etiam hebraeam ſyramque linguam didicit. Excultus liberalibus diſciplinis, adſiduaque lectione veterum auctorum cuiuscumque generis ſubactus, eruditionem haud vulgarem ſibi comparauit, multaque ſcripſit, quae vel hodie multum proſunt ad intelligentiam mythologiae atque hiſtoriae antiquae: idem tamen fuit homo et verſificator ineptus et vanus nimium ac ſaepe ridiculus ſui oſtentator, et acerbus aliorum contemtor atque reprehenſor. — Edita ſunt: 1) *Chiliades*, ſiue *variae hiſtoriae;* 2) *carmen iambicum de filiorum educatione;* 3) *ſcholia in Heſiodum;* 4) *ſcholia in Lycophronem,* quae ſub fratris, *Iſaaci*, nomine vulgari ſolent: vide ſupra ad §§. de Heſiodo et Lycophrone. Hic add. Ἰσαακίου καὶ Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου σχόλια εἰς Λυκόφρονα. Lectionibus edit. Sebaſtianae variis in Lycophronis Alexandram praemiſſis et recenſitis, ad ſuppl. et abſoluendam edit. Reichardianam e tribus codd. Mss. Viteberg. vnoque Cizenſi nunc primum collatis emendauit, notis cum *Ge. Frid. Tryllitzſchii*, tum ſuis illuſtrauit, ſcholiis minoribus nondum editis auxit, commentarios *Meurſii* et *Potteri* addidit et indicibus inſtruxit vberr. M. *Chr. Gottfr. Müller*, voll. tria, Lipſ. 1811. mai. 8. de qua praeſtanti ed. v. *Beck.* Acta Seminarii etc. vol. I. p. 426 ſqq. 5) Breue carmen, quod ſub titulo: *Allegoriae mythologicae, phyſicae et morales* edidit *Fr. Morellus*, Pariſ. 1616. 8. Plura autem ſunt inedita, ſaltem non integra; ad poſteriora pertinent *Metaphraſis Homerica*, cuius fragmm. produxerunt *Henr. Dodwell.* in diſſertatt. de veteribus Graecorum et Romanor. cyclis p. 802. et *Burgeſs* in Προπαρασκευῆς Ὁμηρικῆς parte II. p. 70 ſqq. — *Allegoriae Homericae,*

cae, verſibus politicis; ſunt vero, vt ait Tychſen, explicationes mythorum homericorum, ſecundum rhapſodiarum ſeriem, quibus ſinguli mythi ad phyſicas maxime et morales rationes plerumque ineptiſſime detorquentur. Idem Tychſen loco paullo poſt citato nondum comperit, an ex hoc opere deſumta ſint, (verſus LI. et forſan prooemium,) *Jo. Tzetzae Allegoriae mythologicae, phyſicae, morales: graecum poëma* etc. primum prodiit ex biblioth. *Jani Rutgerſii*, et a *Fed. Morello* lat. iambicis ſenar. expreſſum, c. notis, Lutet. ap. F. Morell. 1616. 8. Illae tamen diuerſae ſunt ab *Iliacis*, ſiue carmine de rebus Troianis, verſibus hexametris, omnem belli Troiani fabulam compendio complexo, et conſtante tribus partibus: in parte I. decantata ſunt *Antehomerica*, ſiue cauſſae et origines belli Troiani, a natiuitate inde Paridis vsque ad an. X. belli, vbi incipit Homerus; in parte II. *Homerica*, argumenta XXIV. rhapſodiarum Homeri; in parte III. τὰ μεθ' Ὁμήρου, res ad Troiam geſtae, a morte inde Hectoris ad vrbis vsque excidium et reditum Graecorum. Editae ſunt huius partes e codicis Auguſtani apographo, Tryllitſchii manu deſcripto, a *Gottlob Bened. Schirachio* ſub titulo *Jo. Tzetzae carmina Iliaca* etc. Halae 1770. 8. Sed hanc editionem lacunoſam eſſe et mancam vtraque parte, docuit *Tychſen* in *Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt*, part. IV. Gotting. 1788. 8. inter inedita p. 3 ſqq. vbi de *Jo. Tzetzae* Iliacis indicauit et de reliquis eius ſcriptis plura curate adnotauit, atque *Jo. Tzetzae* carminum Iliacorum initium ex cod. Vindobon. primus publicauit, breuesque notas criticas ſubiecit. — Inprimis laudanda eſt opera *Frid. Jacobs*, qui *Jo. Tzetzae Antehomerica, Homerica et Poſthomerica e codd. edidit et commentario* (amplo eruditoque) *inſtruxit* (et doctam de Tzetza etc. commentat.

mentat. praemiſit), Lipſ. 1793. mai. 8. *) — *Variarum hiſtoriarum liber*, verſibus politicis gr. conſcriptus et latine verſus a *Paulo Lacriſio*, cum Lycophrone, Baſil. 1546. fol. — repet. in Corpore poëtar. graecorum, Genev. 1614. tom. II. p. 274. — *Exegeſin in Homeri Iliada* vna cum Draconis Stratonicenſis de metris poëtarum libello primus edidit *God. Hermannus* Lipſ. 1812. mai. 8. praemiſſa praefatione, vbi nonnulla de Jo. Tzetza, additisque indicibus vberrimis.

129. *Iſaacus* (Comnenus) *Porphyrogeneta*, Alexii I. Comneni imperatoris, (de quo vide ſupra, §. 118.) filius, circ. a. 1150. Scripſit proſa graeca *characteres Graecorum et Troianorum, qui ad Troiam fuere*, edit. gr. cum notis quibusdam atque emendatt. a *Rutgerſio*, in huius Variis lectt. lib. V. cap. XX. p. 509. Lugd. Batav. 1618. 4. item libellum *de praetermiſſis ab Homero*, cum ſuperiore libello edit. gr. et lat. in *Leon. Allatii* Excerptis graecorum ſophiſtar. et rhetorum, Romae 1644. 8. p. 259 ſqq.

130. *Gregorius* ſiue *Georgius Corinthius*, Corinthi epiſcopus vel metropolita, (vnde plerumque *Corinthius* eſt adpellatus,) *Pardus*; videtur circ. a. C. 1150. vixiſſe. Ex eius ſcriptis, quae plura ſunt et in bibliothecis inter Msta latent, commendanda ſunt: 1) opuſc. omnino vtile et ex ſcholiaſtis vett. aliisque Grammaticis congeſtum *de dialectis*, primum gr. ſub ipſa typographiae initia cum Demetrii Chalcondylae et Manuelis Erotematibus edit., ſine nota loci (Mediolan.) et anni, fol. dein gr. ab Aldo Manutio in *Hortis Ado-*

*) Conf. tamen ex *F. J. G. la Porte-du-Theil* cenſura Antehomericorum etc. a Jacobſio editorum in *Millin* Magaliu encycl. a. VI. nr. 21. p. 27. ſqq. excerpta in *Chriſt. Dan. Beckii* commentariis ſocietat. philologicae Lipſienſ. vol. II. part. II. Lipſ. 1802. 8. p. 286 ſq.

Adonidis, 1496. fol. et saepius cum aliis auctoribus, aut post Lexica, aut inter Grammaticos. Laudem vero merentur emendatiores notisque doctis instructae edd. gr. *Gisberti Koenii*, acc. Grammatici Leidensis et Meermanniani de dialectis opuscula, Lugd. Bat. 1766. 8. atque inprimis *God. Henr. Schaeferi* *), qui *Greg. Corinthii* aliorumque Grammaticorum libellos de dialectis L. Gr. quibus additur nunc primum editus *Manuelis Moschopuli* libellus *de vocum passionibus*, recensuit cumque Gisb. Koenii, F. Jac. Bastii, Jo. Francisci Boissonadi suisque notis edidit, Lips. 1811. mai. 8. Acced. *Frid. Jac. Bastii* commentatio palaeographica cum tabb. aeneis VII. et Schaefer in noua sua edit. Aristoph. Pluti, Lips. 1811. 8. dedit Additamenta ad Gregor. Corinth. — 2) *Commentar. in Hermogenis librum*, quem *J. Jac. Reiske* in fine vol. VIII. Orator. Graecor. p. 883 sqq. e cod. Bauar. publici iuris fecit, atque in praefat. p. 877 sqq. de hoc libello et Gregorio disseruit.

131. *Alexius Aristenus*, Ictus graecus, nomophylax et oeconomus Basilicae CPolitanae, *scholiorum in synopsin canonum* auctor, a. C. 1160. Scholia ista edita sunt gr. ac lat. a *Guil. Beueregio* in Pandectis canonum, Oxon. 1672. fol. tom. II. *Synopsis* tamen ipsa, Aristeno antiquior, sub illius nomine prodiit in *Guil. Voëlli* et *Christ. Justelli* Biblioth. canonica, tom. II. Paris. 1661. fol. p. 673 sqq.

132. *Theodorus Balsamon*, CPolitanus, Diaconus, Nomophylax et Chartophylax, designatus episcopus Antiochenus, iuris ecclesiastici vir consultissimus et canonum synodicorum interpres. Scripsit 1) iussu imper. Manuelis Comneni et patriar-

*) Conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lips. vol. I. p. 440 sqq.

triarchae Manuelis *scholia in canones conciliorum patrumque et Photii Nomocanonem*, quae ante a. C. 1177. incepit et post a. 1192. absoluit. (v. supra, §. 94.) — 2) *Constitutionum imperatoriarum de rebus ecclesiasticis libr.* III. quos sub *Paratitlorum* nomine edidit latine *Jo. Leunclauius*, Francof. 1593. 8. sed graece cum Leunclauii versione et duobus notatorum libris, *Caroli*que *Annibalis Fabroti*, (qui versionem cum graecis Mss. contulit,) notis prodierunt in *G. Voëlli* et *H. Justelli* Bibl. iuris canonica, tom. II. p. 1223. Paris. 1661. fol. — 3) *Responsa* varia et *imperatoria edicta*, caussas ecclesiasticas spectantia, et 4) *Responsa ad quaestiones* LXIV. *canonicas*, gr. ac lat. in Jure orientali, cum versione *Enimundi Bonefidii*, ap. Henr. Stephan. Paris. 1573. 8. libr. I. et III. gr. p. 237 sqq. et lat. p. 263 sqq. et in Jure graeco-romano *Marquardi Freheri*, gr. ac lat. Francof. 1596. fol. libro II. et libro V. p. 362 sqq. — 5) *Meditationes siue Responsa*, in *Marq. Freheri* Jure citato, tom. VII. p. 242. vbi quinque tantum responsa; in cod. tamen caesareo Vindobon. XV. 4. octo sunt. — 6) *Epistolas* II. gr. et lat. in *Cotelerii* ecclesi. graec. monument. tom. II. p. 492 sqq. et tom. III. p. 473. Paris. 1686. 4. — 7) *Dionysii* archiep. Alexandrini epistola de hora ieiunii paschae, cum commentario *Balsamonis*, in Bibl. patr. Paris. 1575. vol. I. ibid. 1589. vol. III. gr. ac lat. ibid. vol. I. p. 273. fol. — De aliis *Theodoris*, centum amplius, qui graece scripserunt, v. *Fabr.* B. Gr. vol. X. p. 346 sqq. cap. XXX. vbi p. 373 sqq. de *Theodoro Balsamone*, et p. 397. (coll. vol. XII. p. 366. ed. vet.) de *Theodoro, Hermopolite*, Icto gr. et antecessore CPolitano, agitur.

133. *Joannes Phocas*, Cretensis, primum stipendia meruit sub Emmanuele Comneno, imperatore,

peratore, dein monachorum vota suscepit, atque a. 1185. iter fecit ad coenobia visitanda: cuius itineris fructum reliquit litterarium, VV. doctis iucundum. Atque exstat gr. ac lat. in *L. Allatii* Symmictis, Colon. Agripp. 1653. 8. p. 1. *Joannis Phocae compendiaria descriptio castrorum et vrbium, ab vrbe Antiochia vsque Hierosolymam, nec non Syriae ac Phoeniciae et in Palaestina locorum sacrorum.*

134. *Eustathius*, CPolitanus, primum monachus, deinceps Magister supplicum libellorum, Magister rhetorum, Diaconus et denique Archiep. Thessalonicensis: homo eloquens, eruditus atque egregius Homeri et Dionysii Periegetae interpres. De eius commentariis in Homerum v. supra in cap. I. sect. 3. §. 2. et in Dionys. Perieget. in cap. II. sect. 2. §. 2. — Nostro perperam a quibusdam tributi sunt *de Ismeniae et Ismenes amoribus libri* XI. inepti frigidique, drama prosa graeca scriptum. Illi libri editi a *Gilberto Gaulmino*, Lutet. Paris. 1617. 8. cui editioni anno proximo 1618. accesserunt eiusd. Gaulmini praefatio ac notae: quae editio typis repetita est, sed correctior, curante *Lud. Henr. Teuchero*, Lips. 1797. 8. Gaulmini ed. sed a mendis purgata, basis quoque fuit editionis graecae Viennae 1791. ap. Trattner. cura et sumtu *Polyzori*, Lampanitz. — Istud drama saepius in latinam aliasque linguas est translatum: in germanicam linguam id conuertit quoque *Ernestina Christina Reiske* in libro, *Hellas* inscripto, tom. I. p. 101 sqq. Mitav. 1778. 8. Verus autem auctor fuit homo Aegyptius, incertae aetatis, et magnus chartophylax, qui in Msstis etiam dicitur *Eumathius.*

Diuersus est *Eustathius*, antecessor CPolitanus, qui scripsit περὶ τῶν χρονικῶν διαστημάτων, *de temporum interuallis*, seu, vt vulgo inscribitur, *de diuersis temporalibus praescriptionibus.* Edi-

Editus eſt libellus a *Simone Schardio*, gr. et lat. vna cum Legibus nauticis et ruſticis, Baſil. 1561. 8. — in *Leunclauii* Jure graeco-romano, gr. et lat. cum notis, Francof. 1596. fol. — in *Chr. Woldenbergii* de numeris vtriusque iuris libro, Francof. 1670. 4. — Roſtoch. 1671. 4. — plenius in *Jac. Cuiacii* Opp. tom. I. ed. Fabroti. — *Euſtathii* de interuallis et praeſcriptionibus etc. libellus, gr. et lat. cum ſcholiis et notis emendatius edidit *L. H. Teucherus*, Lipſ. 1791. 8.

135. *Ibnu el Baithar*, vulgo *Ebnbeithar*, aut *Embitar*, aut *Ebenbitar*, Malagenſis Hiſpanus, medicus et botanicus Arabs; vita deceſſit a. 1197. Eius *tractatus de limoniis malis*, (pars maioris operis,) per *Andream Bellunenſem latinitate donatus*, *curante Franc. Butirono*, primum prodiit Venet. 1583. — dein ab *Andr. Alpago latinitate donatus*, Pariſ. 1602. 4. — cum vtraque verſione et noua *Pauli Valcarenghi* ſec. quendam codicem, Cremonae 1758. 4.

136. *Joel.* Eius *Chronographia hiſtorica* ab a. m. vsque ad a. C. 1204. quo CPolis a Latinis occupata eſt, prodiit graece cum latina *Leon. Allatii* interpretatione, vna cum *Georgio Acropolita*. — *Acropolita* autem, rhetoricis, logicis et mathematicis diſciplinis in iuuentute bene eruditus et poſtea ob ſuauitatem orationis Plato atque propter dialectices et phyſices ſcientiam Ariſtoteles ſuae aetatis dictus, nat. eſt a. 1220. denatus 1282. Ab imper. Duca huiusque filio Theodoro variis auctus erat honoribus, legationibus cum laude functus et ad magni Logothetae dignitatem euectus. Sub eius nomine exſtat *Chronicon CPolitanum*, ſiue hiſtoria CPolis a Latinis captae vsque ad Balduinum nepotem, circ. LX. ann. Primum ex cod. vitioſo Epitome illius, gr. et lat. cum notis edita eſt ex bibl. *Theodori Douſae*, Lugd. 1614. 8. rec. eſt textus cum Nicephoro

cephoro Gregora, Genev. 1615. fol. Integra vero hiſtoria vna cum epitome ex alio cod. correctius eſt edita, cum *Joelis* Chronographia compendiaria et *Jo. Canani* Narratione de bello CPol. *Leone Allatio* interprete, cum eiusd. notis et *Theod. Douſae* obſeruatt. Pariſ. 1651. fol.

137. *Nicetas Acominatus Choniates*, ſiue Coloſſenſis: Coloſſae enim, Phrygiae vrbs, temporibus ſequioribus Chonae dictae ſunt. In aula CPolitana poſtquam variis, iisque ampliſſimis muneribus ſunctus erat, CPoli a. C. 1204. a Latinis capta, Nicaeam cum vxore liberisque profugus, a. 1216. vita exceſſit. Compoſuit *Hiſtoriam imperii graeci* LXXXV. annorum, ab Joanne Comneno vsque ad Henricum Balduinum, XXI. libris deſcriptam, quae primum gr. et lat. cum indice et variis lectionibus ex tribus codd. excerptis edita eſt ab *Hier. Wolſio*, (qui vero libros XVIIImum, XIX. et viceſimum in vnum contraxit,) Baſil. ap. Jo. Oporin. 1557. fol. — rec. ita tamen, vt accederent Breuiaria, ſingulis libris praefixa; perpetuae ad marginem notae morales et politicae; gnomologia et chronologia et indices, curante *Simone Goulartio*, Genev. 1593. 4. — atque haec editio repetita eſt, gloſſario graeco-barbaro, tum paucis lectionibus variis et indice locuplete auctior, cura *Car. Annibalis Fabroti*, Pariſ. 1647. fol. et in Corpore SS. rerum Byzantinar. Venet. 1729. fol. — Fragmentum ex cod. bibl. Bodlei. digno, qui a nouo hiſtoriae editore conferatur, deſcriptum *de ſtatuis aeneis poſt captam a Latinis CPolin igni traditis* exſtat gr. et lat. in *Anſ. Banduri* Imp. orient. tom. I. part. 3. p. 107. — Praeterea, (vt mittam alia, quae adhuc Msst. in bibliothecis latent,) ſcripſit *Theſaurum orthodoxae fidei*, libris XXVII. cuius operis quinque tantum libri primores latine exſtant interprete *Petro Morello*, Pariſ. 1561. 8.

et

et saepius; atque cum eiusdem Nicetae fragmento ex libro XX. de ordine, qui seruatur, cum quis a Saracenismo ad Christianismum transit, latine, in Bibl. PP. max. Lugd. tom. XXV. p. 54. — idem fragmentum, gr. ac lat. in Saracenicis *Frid. Sylburgii*, Heidelbergae 1595. 8. p. 74. et in Bibl. PP. Paris. 1654. tom. XII. p. 572. — Summas singulorum librorum Thesauri orthod. fidei ex cod. Florent. publicauit *Bandini* in Monumentis graec. ecclef. veteris, Florent. 1762. 8. tom. III. nr. 3.

Michael Choniates, frater natu maior Nicetae, metropolita Atheniensis, scripsit Monodiam s. lamentationem super eius obitu, s. *orationem in funere fratris Nicetae Choniatae*, graece in aliquot codd. Mss. *) restantem. Latine edita est in Bibl. PP. maxima Lugd. tom. XXV. p. 180. et alibi: — item *Homiliam in ramos palmarum*, gr. et latine in *Combefisii* Bibl. concionatoria, tom. III.

138. *Nicephorus Blemmyda* vel *Blemmydes*, Theologus et Dialecticus; a. 1255. designatus patriarcha CPolitanus, quod tamen munus non adiit, sed presbyteri dignitate et monastico habitu contentus vixit. Supersunt typis vulgatae *Orationes II. de processione Spiritus S.* (a partibus Latinorum in iis stetit,) quae prodierunt gr. et lat. ad calcem tom. XIII. Annal. ab *Raynaldo* cum versione *L. Allatii*, Rom. 1646. fol. et in *Allatii* Graecia orthodoxa, tom. I. p. 1 sqq. Rom. 1642. 4. — *Epistola encyclica*, gr. et lat. ap. *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae, libr. II. cap. 14. §. 4. p. 717. — *Jo. Wegelin* edidit *Blemmydae* epito-

*) Ex. gr. Florent. in B. Laurent. cod. XII. nr. 3. plut. 59. de quo insigni cod. v. *Ang. Mar. Bandin.* in Catal. codd. gr. Laur. II. col. 501. et in Epistola de Michaële Acominato eiusque scriptis, Florent. 1767. 8.

epitomen logicam, gr. Auguſtae Vindelic. 1605. 8. et latine verſam, cum breui analyſi ſingulorum capp. in membra etc. ibid. 1607. 8. et eiusd. *epitomen phyſicam*, gr. ibid. 1605. 8. et 1606. 8.

139. *Joannes, Actuarius*, h. e. Archiater, aulae CPolitanae, medicus celebris, cuius libri adhuc ab artis peritis magni aeſtimantur. Vixit ante a. 1300. Exſtant eius 1) libri VII. *de vrinis*, graece nondum editi; ſed latine tantum, *Ambroſio Leone* Nolano interprete, Venetiis ap. Laur. Vitalem, 1519. 4. et ſaepius; dein ex eadem *Leonis* verſione, a *Jac. Goupylo* recognita, Pariſ. 1548. 8. Lugd. 1556. 8. et 12. — in artis medicae principibus ap. H. Stephan. 1567. fol. atque, additis aliorum ſcriptis, Traiecti ad Rhen. 1670. 8. — 2) libri VI. *de methodo medendi*, ac 3) libri II. *de actionibus et adfectibus ſpiritus animalis, eiusque victu et nutritione*, lat. interprete *Julio Alexandrino*, Venet. 1547. 8. et 1554. 4. — Antea ex interpretatione lat. *Ruellii* duo poſtremi methodi medendi libri lucem viderunt Pariſ. 1539. 12. Venet. 1541. forma min. et Pariſ. 1546. 8. cum epigraphe: *De medicamentorum compoſitione.* Libri autem II. *de actionibus* etc. graece in lucem prodierunt, *Jac. Goupyli* beneficio, Pariſ. 1557. 8. — recuſ. cura *Jo. Frid. Fiſcheri*, qui alterum ex cod. Monac. expoliuit, et lectionis varietatem addidit, Lipſ. 1774. 8. — Scholia in hoc opuſculum in *Jo. Stephani Bernardi* Reliquiis medico-crit. edita a *Chriſti. Godofr. Grunero*, Jenae 1795. et 1796. 4. vbi fragmm. plurium graecorum medicorum illuſtrata ſunt.

140. *Manuel Philes*, Epheſius, verſificator. Hic *Wernsdorſio* in comment. de Philae vita, aetate et ſcriptis, praemiſſa eius editioni, priuatus homo CPoli, qui ex carminibus ſuis victum quaereret, aut aulicus homo, in officio minore conſtitutus,

tutus, atque natus circ. a. 1275. et circ. a. 1340. fato functus, atque ineunte saeculo XIV. sub Andronicis Palaeologis floruisse videtur: nam de eius aetate critici valde dissentiunt. Idem Wernsdorf. quoniam de editis ineditisque ac spuriis poematibus vberius egit: equidem h. l. editiones quasdam pleniores tantum memorabo. Eius autem poëmata pleraque sunt politico metro confecta; quod, quamuis iambicum adpelletur, non tamen currit iambis pedibus, sed syllabarum numero dimensum est. — Carmen *de animalium proprietate, versus iambici,* gr. Venet. ap. Steph. (Sabium,) 1533. 8. *) Postea id carmen, cum epigraphe: *Phile sapientissimi versus iambici de animalium proprietate cum auctario Joach. Camerarii* (graecis et latinis versibus p. 164 sqq. subiuncto,) *expositi nunc primum eodem versuum latinorum genere a Gregorio Bersmanno,* (qui auctoritatem praeceptoris sui, Camerarii, sequutus plurima, vt Philen ad metrum reduceret, in graeco textu mutauit:) Lips. (1575.) 4. — rec. Heidelberg. ap. Commelin. 1596. 8. cum noua Bersmanni epistola: atque in tom. II. Poetarum graecorum tragico-comicorum, Colon. Allobrogum, (Geneuae,) 1626. (al. 1614.) fol. p. 210 sqq. et Camerarii auctarium p. 237 sqq. — Recentissima editio: *Phile* de animalium proprietate, ex prima editione Arsenii et libro Oxon. ed. a *Jo. Cornelio de Pauw,* cum eiusdem animaduersionibus et versione lat. *Gregorii Bersmanni.* Acc. ex eod. libro Oxon. non pauca hactenus inedita. Traiecti ad Rhen. 1730. 4. Idem *Pauw,* (quem Wernsdorf. in

*) *Camus* in Notices et Extraits des Mssts. de la Bibl. nationale etc. Paris. tom. V. ann. VII. m. 4. nr. 37. ex IV codd. varias excerpsit carminis de natura animalium lectt. codd. diligenter descripsit et notitiam carminis litterariam dedit.

in praef. nominat gloriosum et indoctum Philae editorem,) ibid. euulgarat *Philae de Nautilo* iambos: quos, interdum e cod. aliter exhibitos aut felicius emendatos, Anglus quidam, editione Corn. de Pauw ignorata, gr. edidit et Doruillius versionem Corn. de Pauw recudi fecit in Obseruatt. miscellaneis in auctores vett. et recentt. vol. II. tom. III. Amstel. 1733. 8. p. 385 sqq. et p. 425 sqq. Doruillius addidit Ἐξέτασιν in iambicum Philae de Nautilo, et in vol. VI. tom. I. p. 157 sqq. ac tom. II. p. 452 sqq. sub nomine Philetae scripsit Obseruatt. in iambos Philes de proprietate animalium. In illis quoniam Doruill. passim liberius iudicarat de Pauone; inter vtrumque grauis et acerba lis orta est. — Hoc excepto longo carmine, pleniorem editionem curauit *Gottlieb Wernsdorf*, Professor Gedanensis, et cum ea, quae Allatius atque Fabric. in B. Gr. vet. edit. iam in lucem protulerant, at emendatiora, tum inprimis alia eaque maximam partem primus edidit ex codd. Augustanis et Oxoniensibus, emendauit, latine vertit, doctisque illustrauit adnotatt.: idem primo loco posuit *Ignoti poetae antiquioris carmen in S. Theodorum*, ex Augustano cod. nunc primum editum, Lips. 1768. 8. Idem in praefat. agit de Philae vita, aetate et scriptis; §. X. recenset quaedam Philae poëmata, quae neglecta adhuc in bibliothecis iacent, nondum vulgata, atque §. XI. contra *Fabricium*, qui tom. VII. p. 712. ed. vet. duo carmina, n. 1) *iambos epitaphios in Irenen Augustam*, et 2) carmen *in Alexium ac Joannem*, filios *Isaaci Porphyrogennetae*, ediderat et *Manueli Philae* adscripserat, vberius docet, ea non habuisse parentem Manuelem Philam, sed verisimiliter *Michaëlem Philam* istorum carminum verum esse auctorem. *Christi. Frid. Matthaei* tamen, qui in Lips. *A. L. Anz.* 1801. nr. 33. p. 305 sqq. dedit notitiam trium Msst. et poëmatum Philae,

Philae, (quae in compendium redacta eſt in Commentariis ſocietatis philolog. Lipſ. curante *Chriſti. Dan. Beckio*, vol. I. partic. I. p. 181 ſqq.) quaedam contra Wernsdorf. notauit, et inter alia monuit, poëma *in elephantem*, a Wernsdorf. p. 254 ſqq., Fabricii auctoritatem ſequuto, ſub nomine Man. Philae diuulgatum, non ab ipſo Phile eſſe ſcriptum; contra colligit ex inſcriptione, in cod. Moſquenſi praefixa: Ἔκφρασις ἐλέφαντος ἐν Φιλῆ ςίχοις, iſtud ab alio anonymo iis verſibus, quibus Philes vtebatur, eſſe compoſitum, et videri vel adpendicem, vel imitationem maioris operis Philes περὶ ζώων ἰδιότητος.

141. *Georgius Pachymeres*, patre CPolitano exſule Niceae natus circ. a. 1242. Latinis CPolin tenentibus; at Mich. Comneno Palaeologo illam recuperante, rediit CPolin, et, quia animum omni genere doctrinae imbuit, inſignibus muneribus in aula CPolitana, praecipue in eccleſia functus eſt, et placita graecae eccleſiae contra romanam propugnauit. Non multum vltra a. 1310. denatus videtur: hiſtoriam quidem vsque ad a. 1308. perduxit. Varii generis ſunt eius ſcripta, (quippe quum eſſet philoſophus, theologus et hiſtoricus.) Confecit enim 1) *paraphraſin in totam Ariſtotelis philoſophiam*, quae in bibliothecis quibusdam integra adhuc graece adſeruatur; ſed ex ea quaedam tantummodo in lucem prolata ſunt: α) *Epitome Logices Ariſtotelis*, latine, interprete *Jo. Baptiſta Raſario*, Pariſ. ap. Vaſcoſan. 1547. 8. et graece ibid. 1548. 8. graece autem ac lat. *Ed. Bernardo* curante, Oxon. 1666. 8. In hac epitome ſub initium ſtatim leguntur, quae *de ſex definitionibus et diuiſione philoſophiae* graece vna cum *Archytae* libello de decem praedicamentis et aliis quibusdam ediderat *Joach. Camerarius*, Lipſ. 1564. 8. antea vero pars *de ſex philoſophiae definitionibus et de*

quinque vocibus ac decem praedicamentis, gr. cum lat. versione *Jac. Foscareni*, vna cum *Pselli* introductione in sex philosophiae modos, Venet. 1532. 8. prelo exiit. β) *De lineis insecabilibus* libell. saepe vtraque lingua in Aristotelis Opp. editus est, et separatim gr. ac lat. a *Jac. Schegkio*, Paris. 1629. 8. γ) Denique ipsa *Epitome philosophiae*, latine ex interpretatione *Philippi Bechii*, Basil. 1560. fol. cum Synesii orationibus. 2) Idem concinnauit *Paraphrasin operum Dionysii Areopagitae*, quae cum illo Dionysio editur: atque 3) librum *de processione Spiritus S.* gr. et lat. in *Leon. Allatii* Graecia orthodoxa, tom. I. p. 390 sqq. tum 4) *Augustalis in templo Sophiae CPolitano descriptionem*, gr. in *J. Boiuinii* notis ad Nicephori Gregorae hist. Byzantin. Paris. 1702. tom. II. p. 764. denique 5) *Historiae Byzantinae libros XIII.* ab a. Chr. 1258. vsque ad a. 1308. in duas partes diuisos. Primum fragmenta dederant gr. *Dionysius Petauius* ad calcem Breuiarii historici Nicephori, patriarchae, Paris. 1616. 8. plura autem *L. Allatius* gr. in suis scriptis, praesertim in notis ad Acropolitam, Lutet. 1651. Totum opus bipartitum in lucem protulit *Petrus Possinus*, latine vertit: priori volumini, Romae 1666. fol. acc. adpendix: *Specimen sapientiae Indorum veterum* *), siue dialogus inter Abessalomum, Indorum regem, et gymnosophistam quemdam, e graeco latine a Possino versus; posteriori vol. acc. Obseruationum libri III. ibid. 1669. fol. rec. Venet. in Corpore Byzant. scriptorum, vol. XIII. et XIV.

142. *Nicolaus Myrepsus*, medicus Alexandrinus, homo superstitiosus, circ. a. 1280. Eius librum *de compositione medicamentorum* secundum loca

*) Eumdem librum de sapientia Indorum, sed passim a Possiniano differentem, graece cum noua sua versione latina vulgauit *Sebast. Godofr. Starckius*, Berol. 1697. 8.

ca primum ex latina tantum sua interpretatione, (graece enim nondum exstat,) edidit *Nicol. Rheginus* cum adnotatt. *Jo. Agricolae Ammonii*, Ingolstad. 1541. 4. — rec. Venet. 1543. et 1560. Enimuero in hac interpretatione opus non esse *Nicolai*, sed alterius cuiusdam, qui nonnulla ex Nicolao et diuersis aliis auctoribus in vnum congessisset librum, visum est *Leonardo Fuchsio*, qui ex sua lat. interpretatione edidit *Nic. Myrepsi* medicamentorum opus, in sectiones XLVIII. digesium, cum suis adnotatt. Basil. ap. Jo. Oporin. 1549. fol. rec. Lugd. 1550. 8. — Francof. 1626. 8. — inter medicae artis principes Henr. Stephani, 1567. fol. et sub titulo: Theatrum medico-practicum, cum praefat. *Jo. Hartmanni Beyeri*, Noriberg. 1658. 8. — Hallerus hunc Nicolaum distinxit ab alio *Nicolao Alexandrino*, Myrepsiani operis epitomatore.

143. *Theodorus Meliteniota*, magnus Sacellarius magnae ecclesiae CPolitanae et astronomus: circ. a. 1300. scripsit *tribiblon astronomicam syntaxin*, adhuc ineditam, cuius prooemium tantummodo et caput primum graece edidit ac lat. vertit *Ismael Bullialdus* ad calcem Ptolemaei de iudicandi facultate etc. Paris. 1663. 4. rec. in *Fabricii* B. Gr. vol. X. p. 401 sqq.

144. *Thomas Magister*, siue *Theodulus*, graecus grammaticus et rhetor: vixit circ. a. Chr. 1310. et diutius adhuc. Imperante Andronico Palaeologo seniore fuit CPoli Magister officiorum et Chartophylax. Illo autem deposito, Thomas quoque in coenobium secessisse, et *Theoduli* nomen adsumsisse videtur. Eius *laudationem* Gregorii Theologi, Nazianzeni, *orationes* IV. *gratulatorias* et *epistolas* VIII. iunctim edidit et lat. vertit *Laurentius Normannus*, Vpsal. 1693. 4. — Vitae Pindari, Euripidis atque Aristophanis, quas ille conscripsit, quibusdam istorum editionibus

adhaerent. — Maiori tamen iure commendantur litterarum graecar. cupienti, quamquam non omni numero abſolutae *), eiusdem *Eclogae vocum atticarum*, ſ. dictionum atticarum per alphabetum collectio. Princeps ed. prodiit Romae ap. Zach. Calliergum 1517. 8. — dein cum Dictionario graeco-lat. Venet. in aed. Ald. 1524. fol. — poſtea gr. cum *Phrynichi* collectione atticorum verborum ac nominum et aliis, Pariſ. ap. Mich. Vaſcoſanum, 1532. 8. — *Nicol. Blancardus* in ſua edit. Franeck. 1690. et repet. cui acceſſerunt *Lamb. Bos* animaduerſiones non contemnendae, 1698. 8. multa non tam mutauit, quam potius perturbauit cum in ordine vocc. quem ad litterarum ſeriem propius adcommodauit, tum inprimis in lectionibus et totis periodis, et nonnulla per incuriam penitus omiſit. Haec et alia, quae emendanda reſtant, bene oſtendit et plura in hanc rem disputauit, ac ſpecimen nouae edit., quam molitus erat, ſed ad exitum perducere propter alios labores non potuit, dedit *J. Chriſtph. Wolfius* ſub nomine *Lexiphili* in Miſcell. obſeruatt. belgicis, a. 1735. vol. V. tom. III. p. 28. — Pluribus denique annis poſt pleniſſima, et multorum virorum doctt. obſeruationibus ornata, ſerie tamen vocabulorum Blancardiana haud bene ſeruata, prodiit cura *Jo. Steph. Bernardi*, M. D. qui et ſuas notas adiecit, cum prooemio *Franc. Oudendorpii*, qui, aegrotante Bernardo, curam huius edit. abſoluendae ſuscepit, multa egregie praeſtitit ſuasque inſeruit adnotationes, Lugd. B. 1757. mai. 8.

145. *Nicephorus, Calliſti filius, Xanthopulus,* floruit circ. a. 1320. aut iam poſt a. 1310. et

*) Praeter alios *Godofr. Hermann* in progr. de praeceptis quibusdam Atticiſtarum, Lipſ. 1810. 4. quaedam Th. Magiſtri vel probat vel refutat. Atque Th. Magiſter haud raro vocc. ex attica ciuitate iniuſte proſcripſit. — Add. *Valckenarii adnott. in Thom. M.* poſt *D. Ruhnkenii — epiſt. ad J. A. Erneſti.* Lipſ. 1812. 8.

et ex vita exiit poſt a. 1341. Praecipuum eius opus eſt *Hiſtoria eccleſiaſtica*, libr. XVIII. Laudatur quidem ob ſtili elegantiam; imitatus enim eſt potiſſimum Thucydidem, quare etiam *Thucydides eccleſiaſticus* a nonnullis dictus eſt; idem tamen ob fabulas multas immixtas ſcriptor parum tutae fidei habetur. Id opus primum adſpexit lucem ex *Jo. Langi* verſione lat. Baſil. 1551. fol. et ſaepius: poſtea, libris illis XVIII. in duos tomos diſtinctis, graece, cum Langi verſione, a *Frontone Ducaeo* — cum graecis collata et recognita: tom. I. II. Lutet. Par. 1630. fol. — Alia *Nicephori* huius ſcripta ſunt et edita: *Catalogus brevis hymnographorum eccleſiae graecae*, Baſil. 1536. et a *Jo. Alb. Fabricio* cum Gaulmini vita Moſis, Hamburgi 1714. 8. p. 554. — Εὐχὴ ἐξομολογήσεως, proſa oratione, et varia iambica carmina, cum *Theodori Prodromi* epigrammatt. Baſil. 1536. 8. atque in *Labbei* Protreptico hiſt. Byzant. p. 34 ſq. — Breue carmen, *Catalogum SS. patrum eccleſiae*, gr. recudi fecit *Fabric.* in B. Gr. VII. p. 441. — *Sermo in laudem Mariae Magdalenae*, editus a *Bandinio* in Catal. codd. graecor. I. p. 446 ſqq. et in Monumentis gr. eccleſiae vet. Florent. 1762. 8. vol. III. nr. 5.

146. *Manuel Bryennius*, harmonicorum ſcriptor muſicus, circ. a. C. 1320. Scripſit tres libros Ἁρμονικῶν, editos graece cum lat. verſione *Jo. Walliſii*, in tomo III. Walliſii opp. mathemat. Oxon. 1699. fol. Conf. *Jo. Nic. Forkel Allgemeine Litteratur der Muſik*, Lipſ. 1792. mai. 8. p. 56 ſq.

147. *Maximus Planudes*, monachus CPolitanus, grammaticus, theologus et rhetor, inter eruditiſſimos ſuae aetatis numeratus, ſed non tam ob ingenii iudiciique praeſtantiam, quam propter bonarum litterarum ſtudium et eruditionem, pro illis temporibus haud contemnendam; et a. 1327. ab Andronico II. Aug. eſt ad Venetos miſſus. Quamdiu

diu posthaec inter viuos adhuc fuerit, non omnino certum est. Ex multis, quae scripsit, prelo huc vsque exierunt: 1) plura, quae ex lingua lat. in graecam transtulit, n. *fabulae Aesopicae,* cum vita Aesopi. (v. supra, cap. I. sect. III. §. 12.) — *Dion. Catonis* disticha moralia, graecis versibus, graece in libro: Ἐγχειρίδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς etc. Florent. per Phil. Juntam, 1513. et 1516. 8. saepius cum textu Catonis latino. — *Ciceronis* s. auct. ad Herennium *locus de memoria,* e cod. 67. bibl. Augustanae *) edit. a *Christi. Frid. de Matthaei* in progr. inscripto: *Maximi Planudis* interpretatio graeca loci auctoris ad Herennium, de facultate memoriae, arte et studio perficienda, primo nunc edita, Mosquae 1810. 4. cum notis criticis. Interpretatio auspicatur: Μάρκου Τουλλίου Κικέρωνος περὶ μνήμης τεχνικῆς, μετηνέχθη ἐκ τοῦ Λατινικοῦ. Sed antea ex eodem cod. August. idem locus gr. cum notis euulgatus fuit in *Aretini Beyträgen zur Geschichte und Literatur,* Monach. 1806. part. X. p. 339 sqq. — In aliquot Bibl. Monac. codd., praecipue in cod. L. sunt multa Planudae scripta, antea ignota, de quibus v. *Hardt* in laudato Aretini opere, inprimis de cod. L. in partic. VI. a. 1803. p. 27 sqq. atque ille quaedam ex eo graece publicauit. — Ex Planudis versione graeca *Boëthii de consolatione philosophiae Lambecius* in Catal. codd. gr. Vindob. vol. VII. p. 310 sq. ed. Kollar. quaedam produxit. — 2) Multa graece scripsit. Edita sunt: *Capita tria de processione Spiritus S.* contra Latinos cum Demetrii Cydonii et Bessarionis responsione, gr. et lat. item *S. Augustini* nonnulla capita ex decimo quinto, quae probant, Spiritum S.

*) In alio cod. August. (ap. *Reiser.* in Indice Msstor. bibl. August. p. 25.) latent *Planudis* de grammatica dialogus, et eiusd. de syntaxi. — De eius versione *Macrobii* v. *Schaefer.* ad *Gregor. Cor.* p. 876.

S. etiam ex filio procedere, interprete *Maximo Planude,* in *Petri Arcudii* Opusc. aur. theolog. Romae 1630. 1671. 4. (Locus. Augustini ex graeca Planudis versione et latina *Jo. Leunclauii* prodiit ad calcem Leontii de sectis, Basil. 1578. p. 684 sqq. et in Auctario bibl. patrum Ducaeano, tom. I. Paris. 1624.) — *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paullum* sub Gregorii Nysseni nomine edita vna cum *Alexandri* Monachi encomio de inuentione s. crucis et cum *Theod. Prodromi* epigrammatibus in s. crucem a *Jac. Gretsero,* Ingolstad. 1620. 4. — *Oratio in corporis Domini nostri J. Chr. monumentum, et in Sctiss. deiparae lamentationem,* graece, Paris. apud Andr. Wechel. 1557. — lat. ex *Joachimi Axonii Grauiani* versione in Supplem. bibl. patrum, Colon. 1622. et Morelliano, Paris. 1639. tom. I. p. 836. atque in Bibl. patrum maxima Lugd. tom. XXVII. — *Tria epigrammata historica in templum S. Andreae,* et aliud *in templum SS. Marciani et Martyrii,* gr. edidit *Cangius* ad Zonaram p. 35 sq. et p. 44. — Inprimis notanda est *Anthologia epigrammatum graecorum,* a Planude recensita. Vt aliorum, Meleagri, Cephalae etc. veteres collectiones, et selectas partes ex Anthologia etc. a recentioribus separatim editas praetermittam, h. l. tantum paucis indicabo quasdam plenas Anthologiae etc. editiones. Princeps est graecis litteris capitalibus ex recensione *Jo. Lascaris Rhindaceni,* Florent. 1494. 4. — *Florilegium diuersorum epigrammatum,* libr. VII. gr. Venet. in aedibus Aldi, 1503. 8. — et emendat. et auctius, 1521. atque cum nonnullis epigrr. recens inuentis, 1550. 8. Florent. per hered. Phil. Juntae, 1519. 8. — gr. cum adnotatt. *Jo. Brodaei,* Basil. 1549. fol. — Venet. ap. Petrum et Jo. Mariam Nicolinos Sabienses, 1550. 8. quae ed. diuersa est ab Aldina eiusd. anni, ac va-

varias habet lectiones. — Noua est recensio *Florilegii*, magno epigrammatum numero aucti, cum adnotatt. *H. Stephani*, exc. H. Stephanus, 1566. 4. — repetita cum adnotatt. Jo. Brodaei, Vincentii Obsopaei et H. Stephani etc. Francof. ad M. ap. Wecheli heredes, 1600. fol. — *Anthologia*, — *veterum Graecorum epigrammata*, collecta ab *Agathia* scholastico et *Max. Planude*, gr. et lat. cura et opera atque impensis *A. Rivini*, Gothae 1651. 8. — Ἀνθολογίας διαφόρων ἐπιγραμμάτων etc. tom. I. (qui continet Planudis collectionem;) cum versione metrica *Gaetani Carcani* italica, Neapoli 1788. imp. 4. — Epigrammata, a Planude conflata, insunt in maioribus Epigrammatum collectionibus *Rich. Fr. Ph. Brunck* et *Frid. Jacobs*: quorum prior gr. cum notis edidit *Analecta veterum poetar. graecor.* tom. I—III. Argentor. 8. sine anni nota; sed praefat. scripta est d. XVIII. Dec. 1776. atque pag. VI. praef. Planudem, iudicat, nihil aliud habuisse in animo, quam breuiarium epigrammatum in capita per locos communes digerere, et ex vnico libro, Cephalae collectione, excerpsisse. Posterior, nim. *Jacobs*, Brunckii Analecta auctiora et correctiora, multis tamen carminibus, quae ad Anthologiam non pertinent, rescisis, repeti fecit et doctissimis commentariis illustrauit, cum epigraphe: *Anthologia graeca siue poetarum graecor. lusus*, tom. XII. Lips. 1794—1803. 8. In Prolegomenis commentario partis prioris volum. primi praemissis p. LXXX sqq. de Planudis anthologia, eius editoribus atque interpretibus late sollerterque differit.*) — Exemplar Wechelianum, sublatis tantum atque emendatis vitiis manifestissimis, excudendum curauit *Hieronymus de Bosch*, a quo edita

*) Add. *Fr. Jacobs* Obseruatt. critt. in *Anthol. Gr.* Pars I. in *Actis Philolog. Monacens.* T. I. Fascic. II. p. 121 sqq. Monach. 1812. 8.

edita est *Anthologia graeca cum versione latina Hugonis Grotii*, tom. I. Vltraiecti 1795. 4. mai. — tom. II. ib. 1797. — tom. III. ib. 1798. — tom. IV. siue *Hier. de Bosch Obseruatt. et notae in Anthologiam graecam: quibus accedunt Cl. Salmasii notae ineditae*, ib. 1810. mai. 4. Continet IV. tomus adparatum variarum lectionum, emendationum atque explicationum graecae Anthologiae. Sed Obseruatt. in hoc tomo IV. pertinent ad duo priores libros compilationis Planudeae. Bosch. saepe disputat contra Jacobsii correctiones; attamen haud pauca in Boschii Obseruatt. culpantur in censura in *Neu. Leipz. L. Z.* 1810. nr. 89. Tomus V. adhuc exspectatur.

Planudem e Graecis primum fuisse, qui zifris indicis siue arabicis in numerando vteretur, ex *Athanasii Kircheri* arithmologia, Romae 1665. part. I. cap. vlt. notant Papebrochius, Stephanus le Moyne et Fabricius, atque ex hoc *Villoison* in Anecdot. graecis, tom. II. p. 153. not. 1.

148. *Matthaeus Blastares*, siue *Blastarius*, Hieromonachus, Ictus graecus, circa a. 1330. composuit opus, quod eximium esse dicitur, *Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον, Syntagma alphabeticum rerum, quae in sacris conciliorumque canonibus et imperatorum legibus exstant, digestarum sub certis titulis, litterarum ordine dispositis.* Id primus graece edidit *Guil. Beueregius* in tomo II. magni Synodici siue pandectis canonum, parte II. p. 1—272. Sed multa in hoc opere adhuc emendanda superesse, professi sunt viri docti. *Fabricius* in B. Gr. vol. XII. p. 353 sq. nouae edit. ex prooemio syntagmatis gr. et lat. repetiit, quae Blastares de septima et octaua synodo scripsit, et in vol. XII. p. 367 sqq. edit. vet. ex eodem prooemio gr. et lat. longiorem locum integrum, historiam iuris veteris romano-graeci breuiter perstringentem, adposuit.

149. *Georgius Lecapenus*, monachus, in Theſſalia vixit, Grammaticus graecus, circ. a. C. 1350. Num liber *de conſtructione verborum*, qui ſub eius nomine editus eſt Venetiis ap. Aldum gr. 1525. cum Theodoro Gaza etc. 8. et ad calcem Theodori Gazae librorum IV. grammatices librique de menſibus, Florent. ap. heredes Phil. Juntae, gr. 1515. 1520. et 1526. 8. ſit Lecapeni, quidam VV. DD. dubitant. — *De Matthaei* ex cod. Moſquenſi vberiora ex Lecapeni Grammatica dedit excerpta in Lection. Moſquenſ. tom. I. p. 55 ſqq. atque *Villoiſon* in Anecd. gr. II. p. 79. not. ex cod. Venet. initium ac finem Grammatices Lecapeni alphabeticae, diuerſae ab eius opere de conſtruct. verborum.

150. *Nicephorus Gregoras*, Byzantinus, natus Heracleae in Ponto a. 1295. et poſt varia, eaque acerba fata, ac poſtquam a. 1351. a Calliſto, patriarcha, in ſynodo CPolitana cum ceteris Acindyni ſectatoribus damnatus fuit, a. 1359. vita defunctus eſt: theologus, hiſtoricus, philoſophus et aſtronomus: Palamitarum aduerſarius. Maxima pars operum, (at multa ſcripſerat,) latet adhuc in ſcriniis. Inprimis autem laudatur eius *Hiſtoria Byzantina.* Totum opus conſtat libris XXXVIII. ſed hucusque libri tantum XXIIII. ab a. 1204. vsque ad a. 1351. formulis typographicis ſunt deſcripti. Reliqua hiſtoria, quae vsque ad a. 1359. pertinet, ſeruatur adhuc in pluteis Msstor. — Ex illis libris XXIIII. primum libri XI. *Hieron. Wolfii* labore graece et lat. cum paucis emendationibus notisque editi ſunt, et adiuncta eſt *Laonici Chalcondylae* Turcica hiſtoria, *Conr. Clauſero* interprete, ſed recognita ab eodem, Baſil. per Jo. Oporinum, 1562. fol. — Lacunas, quas Wolfii codd. habuerunt, ſuppleuit *Dionyſ. Petauius* in edito Nicephori patriarchae Breuiario, gr. et lat. Pariſ. 1616. 8. p. 240. et

ibid. in fine obſeruationum ſuarum gr. et lat. dedit fragmentum de vita et exitu Conſtantini Copronymi. — Iidem XI. libri, gr. et lat. Colon. Allobrog. 1625. fol. — Plenior et correctior editio gr. et lat. curata eſt a *Jo. Boivin*, II. tom. Pariſ. 1702. fol. Prior tomus continet libros XI. a Wolfio editos, ſed auctiores, vna cum fragmentis, a Petauio in lucem prolatis, et caſtigatiores. In poſteriore tomo libri XIII. primum ſunt e codd. mstis eruti. Addidit *Boivin* notas et alias adpendices, ac poſtumas Ducangii notas ad libros XVII. Idem *Boivin* lat. fere vertit libros XI. reliquos vero Claudius Capperonnerius. Promiſerat *Boivin* tom. III. et IV. qui autem lucem non viderunt. — Haec edit. recuſa eſt Venet. 1729. fol. in Corpore ſcriptorum rer. Byzantinarum. — Tum alia, quae Niceph. Gregoram habuerunt parentem, typis ſunt exſcripta: *Epiſtola ad Theodulum Magiſtrum*, (qui ſub nomine Thomae Magiſtri magis innotuit,) vna cum epiſtola *Theoduli* ad Gregoram, gr. et lat. vulgata a *Laurentio Normanno* inter alias Theoduli oratt. et epiſtolas, Vpſal. 1693. 4. — *Oratio in obitum Theodori Metochitae*, cum huius, vel potius *Mich. Glyzae* Hiſt. rom. libro, edit. *Jo. Meurſio*, Lugd. Bat. 1618. 8. — *Commentaria* ſ. ſcholia in *Syneſium* de inſomniis, gr. cum Syneſio. — *Paſchalion correctum*, in *Petauii* Vranolog. p. 383. et rec. in opere de doctrina tempor. tom. III. p. 206. — *Vita S. Codrati* et ſociorum martyrum, ex msto Bauar. interprete *Reinoldo Dehnid*, in Actis SS. Antwerp. Mart. tom. II. p. 8 ſqq. — Ei quoque tribuitur *) *moralis interpretatio errorum Vlixis*, h. e. *Vlyſſis*, edita ſub titulo *incerti ſcriptoris* cum Porphyrio de nym-

*) Conf. *Valckenar.* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, p. 143.

nympharum antro etc. a *Conr. Gesnero*, Tiguri 1542. 8. — cum Sympoſio Xenophontis ab *Obſopoeo*, Hagen. 1531. et ſeparatim correctius a *Jo. Columbo*, gr. ac lat. cum notis, Aboae 1678. 8. rec. Lugd. Bat. 1745. 8. — In cod. Auguſtano eſt libelli cuiusdam praefationi praefixus titulus: Τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ τεχνολογίαι περὶ γραμματικῆς, h. e. *technologia grammatica*, ex quo *Godofr. Hermann.* in parte I. de emendanda ratione graecae grammaticae, Lipſ. 1801. 8. p. 319 ſqq. euulgauit *fragmentum Lexici graeci* notasque ſubiecit: conf. eius praefat. p. XV.

151. *Demetrius Cydone*, Hieromonachus et ſophiſta CPolitanus, a. 1355. Joannem Cantacuzenum in monaſterium comitatus et a. 1384. in viuis adhuc eſſe dicitur. E multis, quae vel graece ſcripſit, (Platonem quidem in ſcribendi genere imitatus, neque tamen acuti philoſophi laudem adſequutus,) vel e lingua latina in graecam transtulit, plurima lucem nondum viderunt. De eius reſponſione ad Max. Planudem vide ſupra in paragr. 147. — Quasdam *epiſtolas* edidit *Boivin* inter elogia, tomo primo Nicephori Gregorae Hiſt. Byzant. praemiſſa. — *Chr. Frid. Matthaei* ex cod. Moſquenſi primum edidit octo epiſtolas et animaduerſſ. adiecit in libr. inſcripto: *Iſocratis, Demetrii Cydone et Mich. Glycae aliquot epiſtolae*, Moſquae 1776. mai. 8. et in progr. *binas epp.* alteram *Nili Cabaſili*, alteram *Demetrii Cydonii*, Dresdae 1789. 4. — *Monodia*, ſive comploratio de ciuibus, qui tumultu inteſtino Theſſalon. a. 1343. perierunt, gr. et lat. inter ſcriptores poſt Theophanem in Corpore hiſtoriae Byzant. edente *Francisco Combeſiſio*, Pariſ. 1685. fol. — *Oratio ad Graecos deliberatiua*, gr. et lat. edita a *Combeſiſio* in tom. II. auctarii noui p. 1221 ſqq. — Librum *contra Gregorium Palamam,*

mam, et libr. *de proceſſione Spiritus S.* aduerſus Maximum Planudem, gr. et lat. edidit *Petrus Arcudius* in Opuſculis aureis theologorum graecor. Romae 1630. 4. etc. — *De morte contemnenda oratio* cum Hermiae irriſione gentilium philoſoph. primum edita gr. et lat. a *Raphaële Seilero*, Baſil. 1553. 8. — cum eiusd. verſione, inter Theologorum veterum orthodoxorum ſcripta, curante *Conr. Gesnero*, Tiguri 1559. fol. et ab *Hieron. Wolſio*, qui notas addidit, in faſciculo plurium opuſculorum, inſcripto: *Doctrina recte viuendi ac moriendi*, Baſil. 1577. 8. — rec. ibid. 1586. 8. — Separatim, gr. et lat. ex recenſione, emendatione, et cum vberioribus doctisque notis *Chriſti. Theoph. Kuinoel*, Lipſ. 1787. 8.

152. *Joannes Cantacuzenus*, litteris tam diuinis quam humanis egregie excultus et toga ſagoque clarus, poſt varios honores muneraque a. 1342. imperator proclamatus eſt: at propter diſſidia orta a. 1355. ceſſit imperio, nec diu poſt in Manganorum monaſterio monachi habitum et *Joaſaphi* nomen induit. Per longum tempus, (nam a. 1375. adhuc ſuperſtes fuiſſe fertur,) in hoc receſſu monaſtico et quiete vixit, atque opera quaedam hiſtorici ac theologici argumenti exarauit. Exſtant *libri IV. hiſtoriar. Byzantin.* ab a. 1320—1354. de rebus ab Andronico Palaeologo iuniore, imperatore CPolit. nec non ab ipſo geſtis, quos *Jac. Pontanus* de graeco in latinum conuertit, et cum notis ſuis, inſertisque quibusdam *Jac. Gretſeri* edidit Ingolſtad. 1603. fol. Tum iidem *graece* cum verſione *Jac. Pontani* et huius ac *Gretſeri* notis primum prodierunt Pariſ. 1645. III. tom. fol. — rec. in Corpore ſcriptorr. rerum Byzant. Venet. 1729. fol. — Idem ſcripſit *Apologias IV.* ſiue adſertionem pro chriſtiana religione aduerſus Mahumedanos et IV.

λό-

λόγους ſiue *libros aduerſus Mahometis errores.* Et apologias et λόγους graece cum verſione ſua edidit *Rudolph. Gualtherus,* Baſil. 1543. fol. — Ex cod. Medic. VIII. plut. 8. in quo continentur *Jo. Cantacuzeni* ſcripta contra Palamam, Barlaamum et Acindynum, vna cum omnibus iis, quae ſuper hac re geſta ſunt, *Angel. Mar. Bandin.* tom. I. Catal. codd. p. 342 ſqq. vbi de illo cod. eſt copioſus, et in graecae eccleſiae monumentis, Florent. 1762. 8. cum recenſione totius operis prooemium, quod omnibus praecedit, integrum formulis typographicis deſcribendum curauit.

Eius filius, *Matthaeus Cantacuzenus,* Caeſar a patre a. 1354. pronuntiatus et coronatus, itidem vero gradu caeſareo deturbatus, in montem Atho ſeceſſit, monachorum diſciplinam ſectatus, vbi, patre ſuperſtite, diem obiit ſupremum. E variis eius in quosdam libros diuinos commentariis prelo exiit *Commentarius* in Canticum canticorum, gr. et cum lat. *Vincentii Riccardi* verſione et notis, (in quibus, praeter alia, etiam inedita eduntur, praeſertim *Euſebii Caeſarienſ.* in Canticum canticorum expoſitio,) Romae 1624. fol.

153. *Conſtantinus Harmenopulus,* vir eruditus, iuris vtriusque peritiſſimus, et Anteceſſor CPolitanus celeberrimus; imperatorum gratia perpetuo valuit, anno aetatis triceſimo iudex *Dromi,* quod ſupremum ciuilium dicaſtarum fuit tribunal, creatus, et anno aetatis quadrageſimo Theſſalonicae ſummo cum Nomophylacis imperio praefectus eſt: in quo munere per otium diligentiſſime et ſumma cum laude praecipue tractauit ius eccleſiaſticum. Nat. eſt circ. a. 1320. denatus circ. a. 1380. Eius ſcripta edita ſunt: 1) Ἑξάβιβλος ſiue Πρόχειρον νόμων, *Promtuarium iuris ciuilis* in ſex libros, titulos LXXXII. diuiſum, quod vna cum *ecloga legum georgicarum ex iure Juſtinianeo,* graece cura *Theodorici Adamaei Suallenber-*

lenbergii lucem vidit Parif. ap. Chriſti. Wechel. 1540. 4. latine vertit D. *Bern. a Rey*, Colon. apud Martin. Gymnicum 1547. 8. — Lugd. 1549. (indices II. et breues adnotatt. adiecit *Jo. Raimundus.*) — et ex ſecunda recognitione Colon. ap. Gualther. Fabric. 1556. 8. — Adcuratius dein et diligentius vertit ac ſcholia addidit *Jo. Mercerus*, Lugduni 1556. 4. et Lauſannae 1580. 8. — Hinc gr. et lat. cum Merceri verſione et ſcholiis atque paratitlis *Dionyſii Gothofredi* et varr. lectionum libello ac nomenclatore graecar. dictionum iuris ad Harmenopulum, Geneu. 1587. 4. In quibusdam editt., omiſſo medio X, vitioſe excuſum eſt M.D.LXXVII. Tandem curatiorem editionem, monente atque adiuuante *Ger. Meermanno*, parauit *Guil. Otto Reitzius*: qui quum, antequam praefationi vltimam admouiſſet manum, animam efflaſſet, filius eius *Carolus Conradus* opus abſoluit, atque *Jo. L. B. de Meermann* edidit in Supplemento noui theſauri ciuilis et canonici, Hagae Comit. 1780. fol. init. cum inſcriptione: *Conſtantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariae: ex variis codd. Mss. emendauit atque auxit; nouam verſionem latinam adornauit; notasque et obſeruatt. complurium eruditorum, tam editas, quam ineditas, vt et ſuas adiecit, nec non J. G. Sammet diatribam de Hypobolo ſubiunxit Guil. Otto Reitzius.* — 2) *Epitome diuinorum et ſacrorum canonum*, edita cum ſcholiis *Citrenſis*, τοῦ Κιτροῦς, *et Philothei*, graece et cum verſ. lat. *Jo. Leunclauii* in *Marquardi Freheri* Jure gr. romano, Francof. 1596. fol. lib. I. p. 1 ſqq. — 3) *De opinionibus haereticorum* etc. et *de fide orthodoxa*, gr. cum verſione lat. *Jo. Leunclauii*, ad calcem Legationis Manuel. Comneni ad Armenios, edit. *Jo. Leunclauio*, Baſil. 1578. 8. p. 556 ſqq. — in *Freheri* Jure graeco-rom. tom. I. p. 547 ſqq. et in Auctario

ctario bibl. patrum Ducaeano, Pariſ. 1624. tom. I. atque in bibl. patrum, ed. Morell. Pariſ. 1644. 1654. tom. XI. — latine ad calcem *Honorii* Auguſtodun. de haereſibus, Helmſtad. 1676. 4. — 4) ſ. nomine auctoris *Tomus contra Gregor. Palamam*; gr. et lat. in *Allatii* Graecia orthodoxa, tom. I. p. 780 ſqq. Romae 1652. 4.

154. *Iſaacus Argyrus*, monachus, an. aetatis LX. et a. C. 1372. compoſuiſſe dicitur *canonem paſchalem* ſiue methodum paſchatos inveniendi: eius caput poſtremum edidit latine *Joſ. Scaliger* atque illuſtrauit ad calcem canonis paſchalis Hippolytei p. 25 ſq. Lugd. Bat. 1595. 4. et in opere de emendatione temporum libr. IV. p. 327. Lugd. Bat. 1598. et Geneu. 1629. fol. Integrum autem canonem gr. et lat. cum ſcholiis M. *Jac. Chriſtmannus*, typis Gotthardi Voegelini 1611. 4. — cum noua ſua verſione *Dionyſ. Petavius* in Vranologio, Pariſ. 1630. fol. rec. Antwerp. (vel potius Amſtelod.) 1703. fol. — Idem *Petavius* etiam *alteram methodum paſchatos inueniendi*, quam putabat eſſe Iſ. Argyri, cum priore gr. et lat. vulgauit.

Johannes Pediaſimus, Bulgariae Chartophylax, Grammaticus, Sophiſta et Mathematicus, circ. a. 1390. Scripſit ſcholia in Heſiodum et Theocriti Syringem et alia. Eius Πόϑον, *Deſiderium*, ſiue *iambos de muliere bona et mala*, gr. et lat. vulgauit *Holſtenius* cum Demophili et Democratis ſententiis, Romae 1638. 12. ac *Tho. Galeus* in Opuſculis mythologicis, ethicis et phyſicis, Cantabrig. 1671. 8. ſed in edit. eorumdem opuſc. Amſtel. 1688. 8. ea deſiderantur. Eosdem gr. et lat. recudi fecit *Fabric.* in B. Gr. XIII. p. 576 ſqq. vet. edit.

155. *Emmanuel Moſchopulus*, Cretenſis, circ. a. C. 1392. auctor *Erotematum*, ſiue grammaticae artis methodi. Edit. *Moſchopuli* διορϑωϑέντων

θέντων ἐρωτημάτων, περὶ προσῳδιῶν etc. cum duobus aliis antiquioribus Grammaticis sine l. a. et typographi nota, sub initium typographiae gr. in Italia, probabiliter Mediolani. — *Erotemata* etc. quartus *Gazae* de constructione — Venet. in aed. Aldi 1512. 8. et alibi aliquoties. — *Moschopuli* περὶ προσῳδιῶν libell. *Jo. Varennius* adiecit Syntaxi L. Graecae vna cum annotatiunculis paucis ad praecepta Syntaxis Varennianae per Joach. Camerarium, Colon. Agripp. sine anni nota, 8. Dedicatio tamen scripta est Louanii 1532. Additi sunt quidam alii libelli. — Περὶ προσῳδιῶν ab Aldo 1528. 8. rec. Paris. 1544. 8. Basil. 1546. 8. — cum Theodoro Lecap. et Hephaestione, Florent. per her. Phil. Juntae, 1526. 8. — *Grammaticae artis methodus* vna cum Gazae libris duobus prioribus prodiit gr. Basil. ap. Jo. Walder. 1540. 4.

Ab illo diuersus fuit eius patruelis *Emmanuel* s. *Manuel Moschopulus*, Byzantinus, Grammaticus et Mathematicus, qui post captam CPolin vna cum aliis Graecis in Italiam circ. a. 1453. profugus fuit. Vtrumque tamen haud distinxit *Humphred. Hodius* de graecis illustribus L. Gr. litterarumque humaniorum instauratoribus, Londin. 1742. 8. p. 316. Juniori tribuuntur liber *de vocibus atticis* in Philostrati imaginibus et aliis scriptoribus, — liber περὶ σχεδῶν, h. e. *de partibus orationis*, typis excusus graece, Paris. ap. Robert. Stephan. 1545. 4. — rec. Vindobonae 1773. et alia. — *Man. Moschop.* libellus *de vocum passionibus* primum editus et additus est a *Godofr. Henr. Schaefero* edit. *Gregorii Corinthii*, de qua v. supra, §. 140.

156. *Emmanuel Chrysoloras*, Grammaticus graecus, natus CPoli saeculo post Chr. natum decimo et quarto, fuit litterarum graecarum restaurator in Italia. Namque quum ab imperatore

 CPolit.

CPolit. Jo. Palaeologo ad principes orbis Europaei legatus missus esset, quorum fidem aduersus Baiazetem, Turcarum tyrannum, imploraret: legatione perfunctus, in Italiam habitatum concessit, et primum Venetiis, deinceps Florentiae, Mediolani, Ticini siue Pauiae et Romae magno adplausu graecas litteras professus est, et complures habuit discipulos, qui ipsi graecarum litterarum scientia posthaec excelluerunt. Reuertens CPolin, postea comes sociusque legationis ad concilium Constantiense a Joanne XXIII. rom. pontifice a. 1413. datus est et Constantiam (Costnitz) dein profectus: verum non ita multo post, quam eo venerat, mense April. 1415. ex vita migrauit. Haec omnia eiusque scripta vberius exposuit *Christi. Frid. Boerner* in libro: De doctis hominibus graecis, litterarum graecar. in Italia instauratoribus, Lips. 1750. 8. idemque quasdam memorati Humphr. Hodii aliorumque narrationes sub examen vocauit. — *Chrysoloras* scripsit 1) *Erotemata grammatica*, edita graece, sine nota anni, (Mediolani,) min. 8. — gr. et lat. praeit alphabetum, oratio dominica et salutatio angelica, Venet. per Peregrinum (de Pasqualibus) Bononiensem, 1484. 4. — *Erotemata* gr. cum aliis quibusdam libellis grammaticis graecis, Venet. ap. Ald. Manut. 1512. 1517. — *Erotem.* gr. cum duobus distichis, graeco altero, altero latino *Ottomari Luscinii*, Argentorati in offic. Joan. Knoblouch. 1506. 8. et saepius saeculis superioribus. Conf. quoque Noriberg. *Litterar. Blätter*, 1804. nr. 11. p. 175. et nr. 12. p. 177. — 2) *Epistolam* ad Palaeologum imp. qua *veteris et nouae Romae comparatio* continetur, atque epistolas ad *Joannem* et *Demetrium Chrysoloras* *), gr. et lat.

---

*) De hisce et Man. Chrysolora, eorumque scriptis, nondum editis, v. *Fabric.* B. Gr. vol. XI. p. 409 sqq.

lat. editas cum *Georgii Codini* excerptis de antiquitatt. CPolitanis a *Lambecio*, Parif. 1655. fol. p. 107 fqq. et 127 fqq. rec. inter Scriptores Byzant. hift. tom. XVIII. p. 81. ed. Venet. Alia ab eo fcripta latent in Biblioth. codd.

157. *Demetrius Triclinius*, circa a. 1400. Empedoclis fphaeram recenfuit. Exftant praeterea eius fcholia in Hefiodum et Sophoclem.

158. *Manuel* fiue *Emmanuel Palaeologus*, imperator ab a. 1391. tum folio deturbatus, at a. 1402. in idem reftitutus: Theologus ac Philofophus. Eius *Praecepta educationis regiae ad Joannem filium* cum eiusd. feptem breuibus orationibus et quibusdam paruis libellis graece cum verfione lat. *Jo. Leunclauii* prodierunt Bafil. 1578. 8. — Eiusd. *orationem funebrem in fratrem Theodorum Palaeologum defpotam* gr. et lat. edidit cum notis *Francisc. Combefifius* tom. II. auctarii noui p. 1045 fqq. Parif. 1648. fol. Eadem oratio latine ex Combefifii verfione in tom. XXVI. Biblioth. patrum Lugd. p. 491. — *Hafe* in Notices et Extraits des Mssts de la Biblioth. impériale à Paris vol. VIII. part. II. dedit notitiam operis *Man. Palaeol.* Colloquii cum Mahomedano quodam magiftro, et ex cod. Parif. duo priores libros διαλέξεων, (quae funt 26.) cum verfione lat. et praemifit hiftoricas atque litterarias animaduerfiones.

159. *Joannes Cananus*, fcriptor Byzantinus, circ. a. 1422. et auctor narrationis de bello CPolitano atque liberationis fabulofae, gr. et lat. ab *Allatio* editae et fubiectae *Acropolitae* hiftoriae p. 187 fqq. poft *Joelis* chronographiam compendiariam. Conf. fupra, §. 136.

160. *Theodorus Gaza*, Theffalonicenfis, Grammaticus et Philofophus, circ. a. 1430. Scripfit *Grammaticam graecam* et libell. *de menfibus*, edit. Venet. 1495. fol. et deinceps frequen-

tius cum aliis Grammaticis. Notandae ſunt adhuc edd.: Θεοδώρου Γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα εἰς τὸ τέταρτον ὑπόμνημα ἐκ πολλῶν συνερανισθὲν ὑπὸ Νεοφύτου Πελοποννησίου· *) — ' Bucareſti αψξή. — Ἑρμηνεία εἰς τὸ τέταρτον τῆς τοῦ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ Γραμματικῆς — Φιλοπονηθεῖσα παρὰ Δανιὴλ, μοναχοῦ Πατμίου, τοῦ Κεραμέως. Venet. 1780. 8. — E Latinis graece vertit *Ciceronis* libros *de Senectute*, in quibusdam Ciceronis editionibus, et recenter in *Jo. Ad. Gözii* ed. Cic. de Senect. Norimb. 1801. 8. ac ſeparatim gr. et lat. Ingolſtadii 1596. 8. — *de Senectute* et *Somnium*, Pariſ. 1528. 8. — atque *Cic. de ſomnio Scipionis*, pariter in quibusdam Ciceronis opp. editt. ac ſeparatim Baſil. 1528. 4. — Nec non e Graecis vertit latine *Ariſtotelis* libros IX. Hiſtoriae animalium: de partibus animalium libr. IV. et de generatione animalium libros V. Venet. 1476. fol. et Baſil. 1533. fol. et in aliis Ariſtotelis opp. editt. — *Ariſtotelis* problemata, Venet. 1493. fol. Baſil. 1537. fol. et in nonnullis Ariſtot. opp. edd. — *Theophraſti* Hiſtoriae plantarum libr. X. Venet. 1504. fol. et deinceps aliquoties. — *Aeliani* libr. de inſtruendis aciebus, latine, Colon. 1524. 8. et ſaepius in editt. Aeliani. — *Dionyſii Halicarnaſſei* libr. de compoſitione orationis et eloquutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia et panegyrica, lat. edit. (Mediolani,) 1482. 4. Cremonae ſine anni et typographi nomine, ſaec. XV. (ante a. 1492.) 4.

161. *Joannes Anagnoſtes*, Theſſalonicenſis, patriae vrbi a. 1430. a Turcis expugnatae interfuit, et *narrationem* eius de illa occupata *Allatius*

---

*) De commentariis *Neophyti* in Gazae librum quartum v. *Reiz* de proſodiae graec. accentus inclinatione p. XVIII. ibique *Wolfii* not.

tius in Συμμίκτοις p. 318—380. gr. ac lat. publicauit.

162. *Georgius, Trapezuntius,* theologus, rhetor, grammaticus et philoſophus, acerrimus Ariſtotelis contra Platonicos, maxime *Beſſarionem* aliosque vindex, natus 1396. denatus 1486. et circa a. 1430. in Italiam veniſſe cenſetur. Multorum de eo narrationes ac iudicia laudat *Saxius* in Onomaſt. II. p. 411 ſqq. — Eius *Dialectica breuis* Baſil. ap. Val. Curionem 1522. 8. et *Rhetoricorum* libri, ibid. 1522. 8. prodierunt.

Beſſarion ipſe, *Trapezuntius,* nat. a. 1395. praeclarus grammaticus, orator et philoſophus, inter Platonis defenſores eminuit, et a. 1439. Purpuratis eccleſiae romanae accenſus eſt, a. autem 1472. viuere deſiit. V. *Saxium* l. c. p. 420 ſq. *Hamberger Kurze Nachricht.* part. II. p. 1853 ſqq. vt alios omittam. Multa tam graece, quam latine ſcripſit, aut e graeco latine vertit. In codd. msst. varia latent adhuc, atque ex cod. Ven. S. Marci *Morell.* in Bibl. mst. gr. ac lat. tom. I. p. 212 ſq. publicauit *Beſſarionis* epiſtolam ad Nic. Segundinum Euboeum, *Gemiſti* laudes eximias continentem. De epiſt. ad Gemiſtum v. §. ſequent. *Beſſar.* bibliothecam ſuam legauit aedi S. Marci, eaque etiamnum adſeruatur Venetiis.

163. *Georgius Gemiſtus Pletho* *), CPolitanus, vir eruditus, hiſtoricus, grammaticus et philoſophus Platonicus. In Peloponneſo quidem vt plurimum vixit; at quum a. 1438. concilio intereſſet Florentino, Platonicam philoſophiam in Italia per illam occaſionem reſuſcitauit, atque Coſmo

*) Sic vulgo dicitur, duobus nominibus idem ſignificantibus: perperam. Verum nomen eius fuit *Gemiſtus:* ſed ipſe vocari maluit *Pletho.* V. *Bredowii Epiſtol. Pariſ.* Lipſ. 1812. m. 8. p. 65. in quo libro multa ſunt de Gemiſto. v. loca in Indice citata.

ſmo Mediceó auctor fuit academiae Platonicae condendae. In eodem concilio acerrimus erat Graecorum defenſor de proceſſione Spiritus S. poſtea tamen animum ad Latinorum ſententiam declinauit. CPolin rediit, et in Peloponneſo a. 1441. ſenex adeptus eſt magiſtratum. Plura ſcripſit; ſed h. l. ea tantum, quae typis gr. excuſa ſunt, paucis commemorare vacat. 1) *De geſtis Graecorum poſt pugnam ad Mantineam libri duo*, (ex Diodori Sic. et Plutarchi hiſtoriis,) cum Xenophontis Omiſſis, gr. Venet. ap. Aldum 1503. fol. et gr. cum Herodoto Camerarii, Baſil. 1541. fol. Seorſum editi et notis illuſtrati ſunt ab *Henr. Godofr. Reichardo*, Lipſ. 1770. 8. — 2) *De rebus Peloponneſiacis oratt.* II. *Guil. Cantero* interprete: eiusd. Plethonis libellus graecus *de virtutibus*, cum Stobaei Eclog. II. Antwerp. 1575. fol. — 3) *Georgii Gem. Plethonis* et *Mich. Apoſtolii* oratt. funebres duae, in quibus de immortalitate animae exponitur: nunc primum e Msto edidit *G. C. Fülleborn*, Lipſ. 1792. 8. — 4) *Scholia in oracula Zoroaſtris*, cum Sibyllinis oraculis, ſtudio *Jo. Obſopaei*, Pariſ. 1599. 8. — 5) Libell. *de fato*, eiusdemque et *Beſſarionis* epiſtolae amoebaeae de eodem argumento, gr. et lat. cura *H. S. Reimari*, Lugd. B. 1722. 8. — 6) *Zoroaſtreorum et Platonicorum dogmatum compendium*, gr. et lat. per *Val. Herm. Tryllitſch*, Witteberg. 1719. 8. — rec. gr. et lat. in *Fabricii* B. Gr. vol. XIV. p. 137 ſqq. ed. vet. — 7) *Menſium et annorum ordo et dierum recenſio*, in *L. Allatii* de menſura tempor. antiq. tract. cap. 12. p. 140. — 8) *De differentia philoſophiae Ariſtotelis et Platonis*, graece, Venet. 1532. 8. — 1540. 4. — Pariſ. 1541. 12. latine, interprete *Georg. Chartandro*, (i. e. Heniſchio,) Baſil. 1574. 4. Ille liber, plenus conuiciorum atque opprobriorum, in quo primae dantur Platoni,

multas

multas excitauit controuersias. — 9) *Breuis quatuor virtutum explicatio*, gr. et lat. nunc primum edita, *Adolpho Occone* interprete (cum aliis libell.) Basil. per Jo. Oporin. (1552.) 8. — 10) Libellus *de Spiritu S. contra Latinos*, gr. Giasii 1698,

164. *Michael Apostolius*, Byzantinus, circ. a. 1450. exsul e Graecia in Italiam venit, paroemiographus, philosophus Platonicus et orator: *Arsenii* fuit pater. Praeter alia, adhuc inedita, copiosissimam fecit *paroemiarum* collectionem. Horum prouerbiorum epitomen, (explicatione fere rescisa,) Heruagius graece edidit Basil. 1538. 8. quae editio deinceps aliquoties est recusa. Integra et plenior editio est: Μιχαήλου Ἀποςολίου Παροιμίαι. *Centuriae* XXI. *prouerbiorum* ex optimis auctoribus graecis collectae a *Mich. Apostolio*, Byzantino, cum V. L. *Petri Pantini* versione et notis ipsius ac aliorum doctorum, quibus adagia illustrantur et suis auctoribus assignantur: cum indicibus. Item Patriarchae (CPolitani ab a. 1283.) *Gregorii Cyprii* *) *prouerbia*. Lugd. Bat. ex offic. Jo. et Dan. Elseuir. 1619. (cum epistola *Dan. Heinsii* nuncupatoria, 1619. XII. Febr. exarata.) 1634. 1653. 4. Sed tria illa exempla vnius eiusdemque editionis esse videntur, et a librario singulis tantum nouum tituli folium praefixum. — Orationem funebrem edidit *Fülleborn*: v. in anteced. paragr. de Gemisto.

Eius

---

*) Theologus fuit, philosophus et grammaticus, atque, vt quidem videri volebat, doctrinarum ecclesiae lat. aduersarius. *Georgii seu Gregorii Cyprii — vita*, quae ex cod. Lugd. Bat. nunc primum in lucem prodiit, cum lat. interpret. et notis. Acced. diss. II. — cum binis epistolis eiusd. *Cyprii* ad amicum et *Moschamparis* — ad ipsum nunc primum editis — auctore *Fratre Jo. Franc. Bernardo de Rubeis*. Venet. 1753. 4.

Eius filius *Arſenius*, patria Cretenſis, Monembaſiae in Peloponneſo epiſcopus, Grammaticus, circa a. 1512. clarus, et exſul, atque quum a Latinorum ſtaret partibus, a Graecis excommunicatus, Venetiis a. 1535. vita defunctus eſt. Scholia graeca in ſeptem tragoedias Euripidis collegit et euulgauit Venetiis 1534. 8. — emendatius expreſſa Baſil. per Jo. Heruag. 1544. mai. 8. et deinceps in nonnullis Euripidis editionibus. — Epiſtolam graece edidit *Jo. Lamius* in Deliciis eruditorum, Florent. 1740. p. 102 ſq. et p. 105 ſq. Antonii eparchi epiſt. ad Arſenium. — Ex Ἰωνιᾶ *Violeto*, patris, depromta eſt *Arſenii Sylloge apophthegmatum*, ſecundum litteras, a quibus nomina auctorum incipiunt, edita (Romae) ſine temporis et loci nota in 8. Sed in cod. Laurent. Medic. apophthegmata ſecundum ordinem rerum, de quibus agitur, diſpoſita leguntur: vid. *Bandin.* in Catal. codd. gr. Medic. vol. I. p. 547 ſqq. qui vulgauit epiſtolam *Arſenii* ad Leonem X. P. M. nuncupatoriam.

165. *Matthaeus Camariota*, Theſſalonicenſis, philoſophus ac rhetor CPolitanus circa a. 1450. Obiit paullo poſt exciſam a Turcis CPolin; atque ſcripſit *Lamentationem de capta a Turcis CPoli*, quae proſtat gr. ac lat. in *Cruſii* Turco-Graecia p. 76 ſqq. — Eiusdem *orationes II. in Plethonem* primum graece editae et latine redditae ab *Hermanno Samuele Reimaro* cum praefat. J. A. Fabricii, in qua de Camariota agitur, Lugd. Bat. 1721. 8.

166. *Joannes Andronicus Calliſtus* ſiue *Calliſti* filius, Theſſalonicenſis, philoſophus peripateticus et grammaticus circa a. 1450. atque, Florentiae Ariſtotelis philoſophiam, Homerum ac Demoſthenem enarrans, praeceptor Georgii Vallae, Angeli Politiani et aliorum. Varia ſcripſit, quae in codd. Msst. adhuc latent.

167. *Mi-*

167. *Michael Glycas*, quem, quamuis leges historicas in Annalibus non omnino obseruasset, viri eruditi vniuersim mactant laude celebris historici, philosophi ac theologi. De eius autem aetate ac patria non conuenit inter eruditos. Sed probabilis est *Christ. Guil. Francisci Walchii* sententia, qui in singulari de Glycae aetate commentatione, in tomo V. p. 18. Commentatt. societatis doctrinarum Gottingensis, Glycam refert ad saec. XII. eamque confirmat *Morellius* in Bibl. msta graeca et lat. tom. I. p. 266 sq. — *Annales* condidit a mundi exordio vsque ad obitum Alexii Comneni imperat. lat. ex vers. *Leunclavii*, Basil. 1572. 8. dein gr. et lat. editos, cum adnotatt. *Phil. Labbei*, in Corpore Byzant. scriptorum, Paris. 1660. fol. rec. Venet. 1729. fol. Atque *Labbeus* partem tertii libri, quam olim *Jo. Meursius* sub titulo: *Theodori Metochitae Historiae romanae — liber singularis*, (cui falso Meurs. adtribuerat,) gr. primus vulgauit, in linguam lat. transtulit notasque addidit, Lugd. Bat. 1618. 8. rec. in *Meursii* Opp. tom. VII. Florent. 1746. fol. p. 737. Labbeus igitur illam historiam Glycae restituit et integram repraesentauit, cum notis atque indicc. — *Lamius* in Deliciis eruditorum tom. I. et V. gr. ac lat. edidit *Glycae Epistolas* s. *Dissertationes decem*, cum notis, atque tom. I. (Florent. 1736. 8.) longam praefixit differt. de Glyca, eius aetate, scriptis, praesertim de eius epistolis. Dein *Francisc. Fontanius* in Nouis eruditorum deliciis tom. I. Florent. 1785. 8. quatuor epistolas edidit, quarum quidem duae priores iam antea lucem viderant; altera quidem, n. XIII. a *Lamio* edita in tom. VIII. Opp. Meursii, p. 261. altera autem, epist. XIV. publicata a *Dominico Becuccio*, cum *Orthodoxis dogmatibus, quae S. S. apostoli exposuerunt*, Florent. 1768. Verum *Fontanius* vtramque recudendam curauit, notis-

que

que illuſtrauit; reliquas primus gr. et lat. prodire iuſſit in lucem. — *C. F. Matthaei* in edit. *Iſocratis, Demetrii Cydon. et Mich. Glycae aliquot epiſtolarum* etc. Mosquae, 1776. 8. p. 47 ſqq. ex cod. Mosquenſi euulgauit tres *Mich. Grammatici Glycae* epiſtolas. — *Epigramma Michaelis Grammatici* graec. legitur in libro IV. Anthol. p. 514. in *Brunckii* Analect. vett. poetarum gr. tom. III. p. 124. atque in *Frid. Jacobs* Anthol. graeca, tom. III. p. 94. coll. tom. XI. ſiue commentarii vol. III. part. I. p. 242.

168. *Andronicus Comnenus,* imper. CPolitanus a. C. 1183—1185. auctor *dialogi contra Judaeos,* a *Jo. Liuineio* latine verſi, in capp. LXIIII. diſtributi, et a *Petro Stewart* in tomo ſingulari antiquae lectionis, Ingolſtad. 1616. 4. vulgati, atque inde in Bibl. patrum tom. XIV. edit. Colon. 1618. ac tom. XXVI. edit. Lugdun. p. 39. et a *Baſnagio* (qui quidem dubitat de eo vero auctore; alii vero diſſenſerunt et dialogum vindicarunt Andronico Comn.) in Caniſii Lectt. antiq. tom. IV. p. 259.

169. *Matthaeus,* hieromonachus et medicus, circ. a. 1210. Eius opuſcul. *de officiis palatii et eccleſiae CPolit.* verſibus politicis ſcriptum *Jac. Goar* ex Msst. adiunxit ſuae Codini editioni, Pariſ. 1648. fol. rec. Venet. in Corpore Byzantinor. ſcriptt. 1729. fol.

170. *Nicephorus II.* patriarcha CPolitanus, circ. a. 1259. *Oneirocritici* cuiusdam, iambicis verſibus deſcripti, auctorem fuiſſe, plures quidem Mssti codd. teſtantur.

171. *Joannes Argyropulus,* CPolitanus, philologus et philoſophus, iam antea clarus, poſt a. vero 1453. in Italia exſul maiorem ſibi nominis laudem peperit, Angeli Politiani, Donati Acciaioli, Jo. Reuchlini et aliorum magiſter: mortuus a. 1486.

172. *Ge-*

172. *Georgius Codinus*, Curopalates, vixit adhuc post captam CPolin, cuius a Turcis a. C. 1453. expugnatae ipse facit commemorationem. — Supersunt 1) *de officiis et officialibus aulae et magnae ecclesiae CPolitanae* libellus, ex aliis plerumque compilatus, nec amoene pulcreque scriptus, primum editus a *Nadabi Agmonio*, h. e. Francisco Junio, gr. et lat. 1588. 8. — a. 1596. nouus titulus praefixus est, in quo nomen verum et editoris, *Franc. Junii*, et typographi, Hieron. Commelini, indicabatur, et quaedam plagulae sunt adiectae. — Tum *Jac. Gretserus*, qui multa in quibusdam libellis acerbe castigarat et reprehenderat in Junii editione, versione atque adnotationibus, totum *Codini* opus ad tres codd. castigatum cum noua sua versione et tribus commentariorum, obseruationum et emendationum libris ac dissertatione de imaginibus non manufactis vulgauit, Paris. 1625. fol. rec. in *Gretseri* Opp. tom. XV. p. 1. Ratisb. 1734. — At in Gretsero multa notauit *Jac. Goar* in pleniore *Codini* editione cum Gretseri commentarior. libris III. et de imaginibus non manufactis opere, Paris. 1648. fol. (rec. in Corpore scrr. Byzant. Venet. 1729. fol.) in qua Goar. graeca ad III. codd. emendauit, versionem Gretseri per singulas paginas castigauit, nouasque notas suas addidit. Idem adiunxit varia, partim ante inedita, opuscula. — 2) *Excerpta ex libro chronico de originibus CPolitanis*, optime edita cum versione et notis *Petri Lambecii*: adiecta sunt alia opuscula, Paris. 1655. fol. — rec. Venetiis in Corpore Byzantin. S. S. 1729. fol.

173. Perpaucos commemorare iuuat, qui post CPolin a Turcis expugnatam adhuc floruerunt.

Constantinus Lascaris, Byzantinus, Grammatica Messanae et Mediolani scripsit a. 1460—1470. Hoc loco excitabo tantum editt. admodum raras:

Gram-

Grammatica graeca *), graece, Mediolani per Dionyſ. Parauiſinum; recognoſcente et praefato *Demetrio,* Cretenſi, Mediolani, 1476. 4. — graece cum interpretatione lat. Joann. Monachi Placentini, ib. 1480. 4. ac Vincentiae, 1488. 4. — *Erotemata,* gr. et lat. (auctiora et correctiora,) cum Pythagorae carm. aur. Phocylide etc. Venet. litteris Aldi Manutii, 1494. 4. — rec. aut vltimo faſciculo aucta eſt, Venet. litteris Aldi Man. 1495. 4. — *Inſtitutiones vniuerſae,* gr. et lat. Ferrariae, 1510. 4. atque opuſcula Laſcaris ſaepius, plerumque cum aliis opuſculis ſunt ſuperioribus ſaeculis edita. Conf. *Boerner* de doctis hominibus graecis etc. p. 170 ſqq.

Joannes Ducas, CPoli a. 1453. a Turcis capta, profugus in Lesbum inſulam, et miniſter in aula Principum illius inſulae, variis ad Turcas legationibus functus eſt vsque ad Lesbum a. 1462. a Mahomete II. Turcarum imperat. captam, cui ſuperſtes ſcripſit *Hiſtoriam Byzantinam,* in qua res ab Adamo ad Jo. Cantacuzenum breuiſſime perſequitur, fuſius autem exponit, quae ab Andronici Palaeologi iunioris obitu, ſiue a. C. 1341. geſta ſunt vsque ad Lesbum a Turcis expugnatam. Haec vna cum *Chronico breui,* quo Graecorum, Venetorum et Turcarum aliquot geſta continentur, prodiit gr. et lat. et cum notis, opera *Iſmaelis Bullialdi,* Pariſ. 1649. fol. rec. Venet. 1729. fol.

Laonicus (Nicolaus) *Chalcocondyles,* ſiue per contractionem *Chalcondyles,* Athenienſis, hiſtoricus minime contemnendus, circa a. 1470. Exſtat ejus *hiſtoria de origine atque rebus Turcarum* et

*) De Conſtantini Laſcaris Grammatica Graeca v. *God. Hermanni* diſſert. *de argumentis pro antiquitate Orphei Argonauticorum maxime a Koenigsmanno allatis,* Lipſ. 1811. 4. p. 6. quem locum repetiit in praefat. ad Draconem Stratonicenſem.

et imperii Graecorum interitu libris X. ab a. C. 1298. ad a. 1462. edita gr. et cum versione latina *Conradi Clauseri*, (quae antea prodierat Basil. 1556. ap. Oporin. fol. et castigata 1562. fol.) inter Historiae Byzantinae descriptores tres, Colon. Allobr. 1615. fol. — libri decem, interprete *Conr. Clausero*, cum Annalibus Sultanorum, ex interpretatione *Jo. Leunclauii.* Acc. index glossarum Laonici Chalcocondylae, studio et opera *Car. Annibalis Fabroti*, Paris. 1650. fol. — rec. Venetiis, 1729. fol.

Georgius Phranzes, illustri genere ortus, et CPoli a. 1401. natus, multis in aula CPolitana honoribus functus, tandem, vrbe a Turcis capta, post varia fata Corcyrae abiit in monasterium, in quo confecit *Chronicon rerum Byzantinarum* libris IV. ab a. 1401. ad an. 1477. *Jac. Pontanus* cod. graec. in bibl. Bauar. Monac. nactus, ea, quae abundare ipsi aut aliena videbantur, omisit; cetera latine vertit, tribus libris distinxit, capitulisque subdiuisit, notis quoque et explicatione dignitatum illustrauit, atque ita contractum opus latine edidit ad calcem historiarum Theophylacti Simocattae, gr. et lat. vulgatarum, Ingolstad. 1604. 4. — recusa est Pontani versio cum *Genesii* hist. Byzantin. Venet. 1733. fol. — Integram *Phranzae* historiam IV. libr. ex eod. cod. Bau. *Francisc. Car. Alter*, graece in vsum Graecorum, Χρονικὸν Γεωργίου Φράντζη etc. cum praefat. graece scripta, adiunctis quoque aliis quibusdam opusculis, edidit Vindob. 1796. fol.

Demetrius Chalcondylas, Atheniensis, grammaticus et de graecis litteris praeclare meritus, floruit circa a. 1479. et Mediolani a. 1510. viuere desiit octogenario maior.

Janus siue *Johannes Lascaris*, Rhyndacenus, grammaticus graecus, et a. 1494. *Anthologiam*

graecam

graecam litteris graecis capitalibus in 4. edidisse videtur.

Sequentibus quidem et nostris temporibus non defuerunt homines Graeci, qui varia ratione studium graecarum litterarum adiuuare, aut suis popularibus commendare aut ornare studerent, de quibus in fine pauca addemus; at enim eorum vitas scriptaque h. l. enarrare non vacat, et ab nostro instituto est alienum.

CAPVT III. SECTIO I.

De interpretibus graecis veteris Testamenti librisque ecclesiasticis et apocryphis siue spuriis et prohibitis.

Persuasus, tironibus iam, praecipue futuris theologiae cultoribus, quamdam notitiam de Alexandrinis et reliquis graecis V. T. interpretibus, de nouo Testamento eiusque auctore Θεανθρώπῳ et scriptoribus numine diuino adflatis, atque de patribus, qui vocantur, et reliquis scriptoribus ecclesiasticis vtilem et vero necessariam fore, primas tantum illius lineas ducere, at, ne moles libri excresceret, breuiter omnia indicare aut potius digito quasi monstrare malui, quam illorum commemorationem omnino praetermittere.

I. *De septuaginta vel potius Alexandrinis interpretibus.*

1. Secundum Alexandrinam famam, inprimis secundum *Aristeam* siue *Aristeum*, rex Aegyptiorum Philadelphus, qui bibliothecam instruxit, et Demetrium Phalereum ei adornandae praefecit, hoc

hoc adhortante, Hierosolymam legatos misit ad Pontificem Judaeorum, Eleazarum, a quo et codicem sacrum hebraeum peterent, et LXXII. viros linguae hebraeae non minus quam graecae peritos, qui sacras pandectas in graecam conuerterent linguam. Illi LXXII. (septuaginta autem, vt numerus sit rotundus, vulgo numerantur,) parati venisse atque sub auspiciis Demetrii Phalerei inchoasse atque perfecisse dicuntur graecam interpretationem. Sed, num omnis illa Aristeae et de hoc ipso historiola vera, quando illa orta et quomodo conficta fuerit, etc. ab multis in dubium vocatum, atque in vtramque partem disputatum est. Sub nomine autem *Aristeae* *) edita est: Eius de legis diuinae ex hebraica lingua in graecam translatione per LXX. interpretes absoluta historia, primum graece edita (a Simone Sichardo) cum conuersione latina, auctore *Mathia Garbitio*, Basil. per Jo. Oporin. 1561. 8. cum variis lectt. — rec. graece et lat. cura *J. A. Fabricii*, cum Josepho, Colon. (Lipsiae) 1691. fol. et in ed. Hauerkampiana Josephi, fol. quae basis est reliquarum. — Aliae quoque quaestiones ortae sunt et partim vehementer agitatae: num versio graeca, quae adhuc exstat, prima fuerit, an, quod haud incredibile esse videtur, plures priuatae prius exstiterint versiones, quae, collectae tandem et publice adprobatae, nostram constituissent graecam LXXviralem siue Alexandrinam interpretationem, quae quidem omnium, quae supersunt, versionum est antiquissima; num ea, quam terimus, genuina sit; num Pentateuchus solus primum ab

---

*) Conf. Contra historiam Aristeae de LXX. interpretibus diss. in qua probatur, illam a Judaeo aliquo confictam fuisse, ad conciliandam authoritatem versioni graecae; et — Isaaci Vossii aliorumque defensiones eiusd. examini subiiciuntur per *Humfredum Hody*, Oxon. 1685. 8.

ab Alexandrinis Judaeis, an omnes libri V. T. eodem tempore fuerint in linguam graecam translati. Verifimillimum esse videtur, versionem illam vniuersorum librorum antiqui foederis neque a LXX. istis fabulosis hominibus, neque integram eodem tempore, neque studio communi; quum stilus in Pentateucho a stilo reliquorum librorum sit mire diuersus, neque iussu regis Ptolemaei, sed a Judaeis aliquot Alexandrinis priuato studio, eoque diuerso, in diuersis V. T. libris, et tempore, quamquam haud omnino definiendo, neque tamen multum dissito, in gratiam hebraicae linguae rudium fuisse adornatam. Alia quaestio exercuit virorum doctorum ingenium atque diligentiam, num veteres interpretes ex textu hebraeo, an Samaritano concinnarint versionem, quam nunc habemus, et num codice punctato vsi fuerint, nec ne?

2. Attamen, quidquid est, interpretatio illa τῶν LXX. et reliquorum graecorum interpretum cum philologo, tum inprimis critico atque interpreti sacrorum librorum et V. et N. T. insignem praestat vtilitatem, et vero est praesidium: quamquam haud negandum est, caute omnino et sobrie versandum esse critico in vsu illorum interpretum, praecipue ad textum hebraeum inde corrigendum.

3. Inter codd. msstos eminent *Vaticanus* et *Alexandrinus*, sic dictus, quia Cyrillus Lucaris, patriarcha CPolitanus, quum CPolin abiret, eum ex vrbe Alexandria secum detulit, et Carolo I. Angliae regi dono dedit: sed de eorum praestantia, antiquitate et praerogatiua sententiae VV. doctorum valde inter se discrepant.

4. Editionum sunt quatuor recensiones praecipuae, ex quibus reliquae editt. quae quidem haud paucae sunt, paucis hinc inde mutationibus, correctionibus, nec non deprauationibus factis, fere fluxerunt: 1) *Complutensis*, in bibliis polyglottis

glottis Complutensibus, studio Cardinalis Francisci Ximenii a. 1514—1517. fol. editis, VI. voll. — Illius vestigia presserunt *Biblia polyglotta*, cura Plantin. Antwerp. 1569—1572. fol. VIII. voll. — *Biblia hebraeo-graeco-latina* cum notis Vatabli, et apocrypha *Claudii Baduelli*, ap. Commelin. 1586. iterum a. 1587. Geneu. ex officina Sanct-Andreana, III. voll. fol. Ab his haud diuersa sunt *Biblia Commeliniana*, hebraea et graeca cum latina versione vulgata et Pagnini notisque Vatabli, 1599. et 1616. fol. III. voll. — *Biblia polyglotta Paris.* 1545. fol. X. voll. — Plantinian. ed. sequutus est *Dau. Wolderus* in *Bibliis quadrilinguibus*, Hamburg. 1596. fol. — 2) *Aldina*, gr. Venetiis, curante Andrea Asulano, 1518. fol. Hanc, ordine librorum aliisque rebus interdum mutatis, expresserunt editt. *Argentinensis*, gr. ap. Wolfg. Cephalaeum, cura *Jo. Loniceri*, 1526. 8. III. voll. etc. Multa tamen mutata sunt in ed. Francofurtensi graeca *Wecheliana*, versiculis distincta, instructaque variis lectt. et scholiis siue a *Francisco Junio* siue a *Frid. Sylburgio*, 1597. fol. repet. Venet. 1687. fol. Francofurt. edit. adcommodauit *Abraham Trommius Concordantias graec. vers. LXX. interpretum*, Amstel. 1718. II. voll. fol. — 3) *Romana*, e cod. Vaticano recensita, adhibitis tamen aliis quoque codd. vetustis, cura Petri Morini, Turriani, Ciaconii, Maldonati aliorumque, graece cum scholiis graecis per codd. Msst. collectis et cum adnotatt. ex variis libris, Romae, 1587. fol. E latinis patribus *Ciaconius* ea, quae vsui essent, collegit. Ex his aliisque subsidiis *Flaminius Nobilius* veterem τῶν LXX. versionem latinam, quam *Italam* vocant, h. e. eam versionem LXX. et N. T. qua ante Hieronymum per Italiam et aliis in locis vsa esse vulgo dicitur ecclesia latina, restituere tentavit, et latinam romani exemplaris interpretatio-

nem, additis ſcholiis et adnotatt. Romae 1588. edidit *). Vtramque hanc romanam editionem coniunxit et vnam graeco-latinam fecit *Jo. Morinus*, Pariſ. 1628. fol. III. voll. ſeruatis vtriusque adnotationibus. — Ex hac Pariſ. editione textus LXX. vna cum latina verſione repetitus eſt in Polyglottis *Briani Waltoni*, 1657. fol. VI. voll. additis variis lectt. ex codd. et edd. Complutenſi atque Aldina. — Romanam editionem expreſſit quidem graeca *Londinenſis*, 1653. 4. ſed ab editore pro lubitu interpolata et immutata. Haec tamen baſis facta eſt editionum graecarum Cantabrigienſis, 1665. 12. II. voll. cum paraenetica *Pearſoni* praefatione; — Amſtelodamenſis, (at vitioſe excuſae typis,) cura *Jo. Leusdenii*, 1683. 12. — Lipſienſis, cum ſcholiis graecis rom. editionis et praefatione *Jo. Frickii*, Vlmenſis, 1697. 8. — *Franequeranae*, cura *Lamberti Boſii*, (qui tamen non ipſam Romanam, ſed vel Pariſienſem Jo. Morini, vel Londinenſem Waltoni editionem ſequutus eſt,) graece, cum ſcholiis editionis Romanae, variis Msstorum veterumque editt. lectionibus, nec non fragmentis verſionum Aquilae, Symmachi, Theodotionis et ceterorum interpretum graecorum, cum prolegomenis, et animaduerſionibus, 1709. 4. — Ex ed. Franequer. ducta eſt *Amſtelodamenſis* ſiue *Vltraiectina* gr. curante *Dau. Millio*, 1725. 8. II. voll. — Ex ed. Romana, ſed variis immutationibus et ordinis et contextus factis, *Chriſti. Reineccius* curauit edit. gr. cum ſelectis

*) Notandae ſunt: Bibliorum ſacrorum latinae verſiones antiquae, ſeu vetus *Italica* et ceterae, quaecunque in codd. Mss. et antiquorum libris reperiri potuerunt etc. opera et ſtudio D. *Petri Sabatier*, tom. I—III. Remis 1743. fol. Diverſa eſt ſplendida editio: Euangeliarium quadruplex latinae verſionis antiquae ſeu veteris Italicae, nunc primum in lucem editum — a *Joſ. Blanchino* — Romae 1749. fol. IV. Voll.

selectis cod. Alexandrini, edit. Complut. atque Ald. variis lectt. Lips. 1730. rec. 1757. 8. — 4) *Grabiana* siue *Alexandrina*, (quia Grabe textum ex cod. Alexandrino descripsit,) Oxon. tom. IV. fol. et 8. tom. I. 1707. tom. IV. 1709. Mortuo Grabio, cura *Franc. Lei* et alius non nominati tom. II. 1719. et tom. III. 1720. — Illa recensio Alexandrina repetita est a *Christiano Reineccio* in Bibliis quadrilinguis, incept. 1713. et absolutis 1750. III. voll. fol. Ex Grabiana editione, paucis mutatis, correctius expressa et insigniter aucta est *Tigurina*, quam *Jo. Jac. Breitingerus* curauit a. 1730—1733. 4. IV. voll. — Sed editio perfecta omnibusque numeris absoluta adhuc desideratur. Atque *Rob. Holmes* post varios conatus tandem meliorem editionem parare instituit, et edidit *Vetus testamentum*, gr. cum variis lection. tom. I. II. Oxon. 1798. max. fol. — Quidam graece versi V. T. libri sunt separatim editi.

II. *De reliquis graecis V. T. interpretibus.*

1. *Aquila*, Sinopensis Ponticus, circ. a. C. 123. Primum idolorum cultor, postea transiit ad castra Christianorum, a quibus quum propter praestigiarum et astrologiae iudiciariae crimen deuoveretur, accessit ad Judaeos et circumcisus est. Novam ita curauit graecam V. T. versionem, ut κατὰ πόδα singula verba hebraica graecis, quae illis propria significatione essent simillima, exprimeret. Reliquiae eius sunt quodammodo restitutae a *Bernhard. de Montfaucon* in Hexaplis Origenis, Paris. 1713. fol.

2. *Theodotio*, Ephesius, Marcionis Pontici atque Ebionitarum, deinceps Judaeorum sectator: interpres Bibliorum graecus circ. a. Ch. 176. aut 182. sed liberior, medius vero inter minutam Aquilae diligentiam et Symmachi licentiam; his

tamen et peritia linguae hebraicae et facultate interpretandi inferior. Partes illius interpretationis collegit *Montfaucon* l. c.

3. *Symmachus*, gente et ſacrorum diſciplina Samaritanus, mox Judaeus, ac tandem Chriſtianus Ebionita, interpres graecus librorum SS. veteris Teſtamenti, circ. a. C. 201. ſed amore elegantiae atque puritatis L. Gr. ductus, liberius vertit, et interdum a vero ſenſu aberrauit.

Verſionum librorum quorundam ſacrorum graecarum, quae in Hexaplis *quinta, ſexta, ſeptima* dicuntur, auctores ſunt incogniti, nec, quae κοινή a veteribus fuerit memorata, VV. DD. conſentiunt.

4. Quod *Origenes*, presbyter Alexandrinus, atque ab indefeſſo ſtudio ac labore Χαλκέντερος ſiue, vt quidam putarunt, *Adamantius* cognominatus, varias interpretationes collegit, recenſuit, obeliſcis, lemniſcis, aſteriſcis aliisque ſignis notavit, quae cuicumque propria, et in LXX. ſuppleta, aut melius translata, aut aliunde illata ſibi viderentur: per hanc occaſionem de eo reliquisque illius ſcriptis pauca inſeremus. Natus autem eſt Alexandriae a. C. 185. denatus a. 253. Theologus, Philoſophus et Grammaticus. A. C. 229. LXX. vt volunt, interpretum verſionem a mendis purgaſſe emendatamque ſic in *Tetraplis* atque *Hexaplis Octaplisque* collocaſſe fertur. (v. *Saxii* Onomaſt. part. I. p. 358 ſq.) Illius operis praeclari reliquias colligere primus coepit *Jo. Drieſchius*, h. e. Druſius, in libro inſcripto: Interpretum veterum Graecorum, Aquilae, Symmachi, Theodotionis etc. quae exſtant fragmenta in Pſalmos Dauidis, hebraice, graece et latine ex edit. *Jo. Drieſchii*, Antwerp. ex offic. Plantin. 1581. 4. Idem *Druſius* veterum interpretum graecorum in totum V. T. fragmenta poſthaec collegit, vertit notisque illuſtrauit, quae praeclara collectio poſt

illius

illius obitum prodiit cura *Sixtini Amamae*, Arnhemiae, 1622. 4. — Optima tamen huc vsque, quamquam vitiis non caret, est editio: *Hexaplorum Origenis quae supersunt*, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Jo. Drusio edita fuerunt: ex Msstis et ex libris editis eruit et notis illustrauit *D. Bernhard de Montfaucon.* — Accedunt opuscula quaedam *Origenis* anecdota et alia. Paris. 1713. fol. tom. I. II. *) — Hanc editionem in minorem formam redegit, notis illustrauit, atque lectiones codd. Coisliniani ac Lipsiensis ad loca sua reuocauit *Car. Frid. Bahrdt*, Lips. et Lubecae, 1769. 8. II. voll. Sed VV. DD. in hac edit. plura culpant. — Praeterea *Origenes* multos alios composuerat libros, (quorum numerus olim ad sex millia accessisse ferebatur, nisi singulae orationes atque epistolae numeratae fuerint;) pauca autem eius scripta a temporis iniuria vindicata sunt. Quorumdam, quae exstant, editiones, omissis latinis versionibus, breuiter indicabimus. — *In sacras scripturas commentaria*, quaecunque graece reperiri potuerunt, graece et lat. cum notis, et graeca quidem ex antiquis codd. primus maxima ex parte edidit *Petrus Daniel Huetius*, Rothomagi, 1668. fol. II. voll. rec. Paris. 1679. et Coloniae, (Francofurti,) 1685. fol. — *Contra Celsum*, (philosophum Epicureum,) *libri* VIII. et *Gregorii Neocaes. Thaumaturgi* Panegyricus in Origenem, a *Dauide Hoeschelio* graece et lat. (ex interpretatione Sigism. Gelenii, ad calcem libri adiuncta,) primum editi: accessere notae et indices, Augustae Vindelic. 1605. 4. — *Contra Celsum libri* VIII. Eiusd. Origenis *Philocalia*, gr. et lat. cum notis, edit. *Guilielm. Spen-*

*) V. egregium librum: D. *Joh. Frid. Schleusneri* Opuscula critica ad versiones graecas Veteris Testamenti pertinentia, Lipsiae, 1812. mai. 8.

Spenceri, Cantabrig. 1658. et 1677. 4. — Libros contra Celſum in linguam germanicam transtulit notisque inſtruxit *Jo. Laur. Mosheim,* Hamburg. 1745. 4. — *Philocalia,* de obſcuris S. Scripturae locis, a SS. PP. Baſilio M. et Gregorio Theologo ex variis *Origenis* commentariis excerpta; item *Zachariae,* Scholaſtici, disputatio de mundi opificio contra philoſophos; *Anaſtaſii,* presbyteri, liber de hominis ad imaginem et ſimilitudinem dei creatione etc. omnia graece et lat. ex interpretatione *Jo. Tarini* nunc primum edita, et *Tarini* notis illuſtrata, Pariſ. 1618. 4. 1624. 4. — Περὶ εὐχῆς etc. *de precatione* ſ. oratione lib. gr. et lat. cum breuibus notis, Oxon. 1686. 12. Addita eſt textui graeco breuis paraphraſis orationis dominicae etc. graeca ſiue *Origenis* ſiue alterius cuiusdam doctoris aequalis, ſiue, Huetio iudice, *Petri Laodicenſis,* ſaeculo VII. viuentis; quam antea *Feder. Morellus* gr. et lat. Lutet. 1601. 8. ediderat. — Recuſus eſt ille liber, ex cod. emendatus a *Guil. Reading,* gr. et lat. cum notis eruditi viri, Londin. 1728. 4. — Dialogus contra Marcionitas et alia, gr. et lat. cum notis, lectt. variis et coniecturis, opera *Jo. Rodolfi Wetſtenii,* Baſil. 1674. 4. — Hebraicorum nominum S. Scripturae et menſurarum interpretatio, cum *Hieronymi* et noua ſua verſione, e codd. primus graece vulgauit, et notas adiecit *Jo. Martianaeus,* in *Hieronymi* Opp. tom. II. Pariſ. 1699. fol. — Lexicon graecum nominum hebraicor. — ex cod. Vaticano multo accuratius latine redditum et cum Hieronymiana interpretatione comparatum cum *Martianaei* et *Vallarſii* notis, in Hieronymi Opp. tom. III. p. 605. Veronae, 1735. fol. — Fragment. philoſophumenon ex cod. Florent. primus edidit, verſionem et notas, quibus Origeni illud vindicat, addidit *Jac. Gronou.* in Theſ. antiqq. graec. tom. X. p. 257. Idem fragmentum, ſed cum epi-

graphe,

graphe, *Compendium historiae philosophicae antiquae, siue philosophumena,* iterum recognouit, notis vberioribus illustrauit passimque correxit, et cum notis Gronouii edidit, in praefatione autem ostendit, libri scriptorem incertum esse, M: *Jo. Christoph. Wolf.* Hamburg. 1706. 8. — *Origenis* scholia in Pentateuchum et alios libros V. et N. T. quae in Catenis reperta sunt, typis descripta leguntur in *Veterum patrum ecclesiasticorumque scriptorum analectis nouis,* Venet. 1781. fol. nr. 1. p. 3—109. — *Origenis* Opp. omnia, quae gr. vel lat. tantum exstant, et eius nomine circumferuntur, ex variis edd. et codd. Mss. collecta, recensita, lat. versa atque annotatt. illustrata etc. opera et studio Domni *Caroli Delarue,* tom. I. II. Paris. 1733. tom. III. 1740. IIII. 1759. fol. — Opp. omnia ad edit. Paris. *Caroli de la Rue* recensita, (cur. *Oberthür,*) Würzburg. 1785 sqq. 8. tom. XV. sine commentariis.

Ab hoc Origene, christianae disciplinae adsecla, distinguendus est *Origenes,* a sacris christianis alienus, Ammonii discipulus et Longini magister. Conf. *Ruhnken.* in diss. de vita et scriptis Longini, §. V. p. 10 sqq.

III. *De libris apocryphis, qui codici sacro addi solent, quamuis non sint diuinae originis atque auctoritatis.*

1. Historia *Maccabaeorum* s. *Hassamonaeorum* vel *Chasmonaeorum* primo libro et parte secundi comprehensa incidit in annum ante C. n. 163. vrbis conditae 587. Graecam versionem libri I. quae amisso hebraico exstat, ad varias edd. exegit, atque cum versione sua et notis edidit *Jo. Drusius,* subiuncta Alberici Gentilis dissertatione, qua tuetur loca nonnulla, quae in hoc libro reprehendi solent, Franeq. 1600. 4. — *Jo. Dau. Michaelis* edidit germanicam versionem libri I.

bri I. Maccabaeor. cum notis, Gottingae 1778. 4. — Libri II. versionem germanicam in lucem emisit cum notis et octo excursibus *Jo. Gothofr. Hasse*, Jenae 1786. 8. De historia fatisque libri II. dum in exc. egit, eum librum statuit graece a Judaeo quodam Aegyptiaco, eo ipso, qui librum Sapientiae dedisset, circ. an. ante Chr. n. 150. scriptum esse. Liber III. in linguam germanicam translatus est a D. *Joach. Circemberger*, Wittebergae per Vit. Creutzner s. Crucigerum, 1554. 8. — De fide illorum librorum diuina atque auctoritate multae controuersiae ortae sunt atque interdum acerbe agitatae. In praesenti tantum adnotanda videtur controuersia quaedam recentior. *Erasmus Froelich* in Prolegomenis ad Annales Syriae, Viennae 1744. fol. part. II. a c. I—VI. p. 18 sqq. librorum Maccabaicorum auctori vti canonicam auctoritatem, ita praecipuam fidem in rebus Syriae enarrandis tribuerat; at haud ita multo post ei opposuit *Ern. Frid. Wernsdorfius* prolusionem academ. de fontibus historiae Syriae in libris Maccabaeorum, Lips. 1748. 4. mox tamen *Erasm. Froelich* prolusionem Wernsdorfianam de fontibus historiae Syriae in libris Maccabaeorum eodem anno sub examen vocauit, in 4. Quo facto *Gottlieb Wernsdorf*, fratris partes suscepit, et scripsit Commentationem historico-criticam de fide historica librorum Maccabaicorum, Vratislau. 1747. 4. cui opposita est: Auctoritas vtriusque libri Maccab. canonico-historica asserta, et Froelichiani annales defensi aduersus commentat. — Gottl. Wernsdorfii, cuius inaniae et offuciae passim deteguntur a quodam societatis Jesu sacerdote, Viennae Austriae 1749. 4.

2. Eiusdem forsitan aetatis, a. ante C. n. 163. V. C. 587. esse videtur *Saxio* in Onomast. I. p. 126. fabula Judaeorum dramatica *Judith*, incerti autem temporis libellus *Tobiae*, de quorum librorum

brorum auctoritate canonica et veritate historica dissentiunt pontificis rom. adseclae et Protestantes. — Laudatur graeci *Tobiae* editio Franequerana sine versione, sed cum notis edita a *Jo. Drusio*, 1591. 4. Hanc edit. sequutus est *Jo. Alb. Fabricius* in collectione, siue: Liber *Tobiae, Judith, orat. Manassae, Sapientia et Ecclesiasticus*, gr. et lat. cum dictis scripturae parallelis, tabulis synopticis Heideggeri et prolegomenis etc. Francof. et Lips. 1691. 8. Libro *Tobiae* nouam versionem, reliquis autem aliorum interpretationes adiunxit Fabric. Prolegomena sunt historico-critica de singulis libris. — *Die Geschichte Tobi's, nach drey verschiedenen Originalen, dem Griechischen, dem Lateinischen des Hieronymus und einem Syrischen übersetzt, und mit Anmerkungen exegetischen und kritischen Inhalts, auch einer Einleitung versehen von Karl David Ilgen*, Jenae 1800. mai. 8.

3. Liber, *Sapientia Salomonis*, ipsum Salomonem non habet auctorem; sed a quo, in qua lingua et quando sit confectus, liticula orta est inter *Jo. M. Fabrum*, (qui aliquot prolusiones super libro Sapientiae Onoldi scripsit,) et *Jo. Gothofr. Hassium* in libro: *Salomo's Weisheit, neu übersetzt mit Anmerkungen und Untersuchungen*, Jenae 1784. 8. Hic etiam acriter defendit suam sententiam et pro contextu graeco dimicauit in *Magazin für bibl. oriental. Litteratur* etc. Regiomonti 1788. 8. Primum graeca lingua esse librum ab auctore, in Aegypto sub Ptolemaeis viuente, conscriptum, iudicat quoque *J. P. Kleucker* ad versionem suam: *Salomonische Denkwürdigkeiten; als Anhang: das Buch der Weisheit übersetzt und durch Anmerkungen erläutert*, Rigae, 1785. 8. Contra ea librum a pluribus hominibus, diuersis temporibus, primum in lingua Syrochaldaea saeculo II. medio cir-

circiter ante Ch. n. esse scriptum, post alios euincere studuit *J. G. C. Nachtigal* in opusc. *Das Buch der Weisheit, als Gegenstück des Koheleth und als Vorbereitung zum Studium des N. T. bearbeitet*, Halae 1799. mai. 8. Add. *Sophia Salomon, das ist, das Buch der Weisheit Salomonis*, (graece,) *welches durchgehends mit gleichen Schriftstellern, Summarien*, variantibus lectionibus, *wie auch mit grammaticalischen, philologischen und moralischen Anmerkungen versehen ist — von Gottfried Schuband*, Magdeburg. et Lips. 1733. 8.

4. *Jesus* siue *Jason* circ. an. ante C. n. 143. a. V. C. 609. aui sui *Jesu Siracidis* Panaretum, qui etiam vocatur *Ecclesiasticus* et *Sirach*, de Hebraeo Graecum fecisse videtur *Saxio* in Onomast. I. p. 137. Separatim editus est graece a *Joachimo Camerario* cum adnotatt. Basil. 1551. 8. Idem postea contextum iterum recensuit cum epigraphe: *Jesu Siracidae* (siue Ben Sirae) sententiae seu ecclesiasticus, graece, studio *Joach. Camerarii* editae, cum eiusd. adnotatt. Accedit ad calcem *Sapientia Jesu filii Sirachi*, — interpretatione latina exposita, studio eiusd. *Joach. Camerarii*, cum quorumdam locorum notatione. Lips. 1568. (1570.) 8. — graece, cum versione lat. et castigatt. *Jo. Drusii*, Franeck. 1596. 4. — graece, collatis lectionibus variantibus membranarum Augustanar. et XIV. exemplarium; addita versione latina ex edit. Romana, cum notis *Dau. Hoeschelii*, Augustae Vindel. 1604. 8. — gr. et lat. *Jo. Drusio* interprete cum prolegomenis *J. A. Fabricii*, cum libro Tobiae etc. ab eod. edito, Lips. 1691. 8. — graece; textum ad fidem codd. et versionum emendauit et illustrauit *Jo. Guil. Linde*, Gedani 1795. 8. Idem *Linde* germanice vertit librum et notis instruxit etc. Lips. 1782. 8. et iterum emendatius edidit; Lips. 1795. 8. —

8. — graece, ad fidem codd. et versionum emendatus et perpetua annotatione illustratus, (cum doctis prolegomenis et excursibus de auctore Judaeo Palaestino, eius aetate, a. 131. ante C. n. de fontibus, ex quibus hauserit etc.) a *Car. Gottlieb Bretschneider*, Ratisbonae 1806. 8. — Germanice quoque librum verterunt et adnotatt. illustrarunt *H. J. Ononymus*, Würzburg. 1786. 8. et *Frid. Christ. Zange*, Arnstadt. 1797. 8.

5. *Oratio Manassis*, seorsum edita a *J. A. Fabricio* cum libro Tobiae etc. Fabricio videtur eius mentionem primus fecisse, et vero auctor ipse fuisse Pseudo-Clemens in Constitutionibus apostolicis cap. 22. Hanc orationem, e cod. Alexandrino descriptam, et ope aliorum librorum emendatam inter Cantica V. et N. T. Psalterio adiecta ediderunt *J. E. Grabius* et, qui eum sequutus est, *J. J. Breitinger*, tomo IV. versionis septuagintauiralis.

6. Liber, sub nomine *Baruch* superstes, est incerti auctoris incertaeque aetatis atque fidei. — Praeter Fabricium libri apocryphi separatim quoque editi sunt a *G. J. Henckio*, Halae 1711. 8. qui loco praefationis addidit *Introductionem ad libros apocryphos*, quae deinde seorsum prodiit ibid. 1718. 4. — Libri apocryphi, ex exemplo Breitingeriano, Hal. Sax. 1749. 12.

7. Praeterea haud pauca alia exstiterunt Pseudepigrapha V. T. n. Testamenta XII. patriarcharum, Psalmus CLI. Psalterium Salomonis et alia supposititia spuriaque Adami, Henochi etc. opuscula, quae collegit, gr. et lat. edidit, doctisque tam suis quam aliorum commentationibus ac notis illustrauit *J. A. Fabricius* in Opere inscripto: *Codex Pseudepigraphus veteris Testamenti.* — Editioni huic secundae accedit volumen alterum, separatim excusum, Hamburgi 1722. 8.

Inter

Inter Lexica in LXX. et reliquos eminet *Jo. Christiani Biel* nouus thesaurus philologicus, s. Lexicon in LXX. et alios interpretes et scriptores apocryphos V. T. ex b. auctoris Msto edidit et praefatus est *E. H. Mutzenbecher*, Hagae Com. tom. I. II. 1779. — tom. III. 1780. mai. 8. Neque tamen pauca in illo culparunt: atque *Jo. Frid. Schleusner* Spicilegium, in duobus Speciminibus, Lips. 1784. et 1786. 8. *Gottlieb Bretschneider* in peculiari libro, Lips. 1805. 8. et *Jo. Gottlieb Kreyssig* in IV. progrr. Symbolas ad Bielii thes. augendum atque emendandum, Schneeberg. 1809 – 1812. 8. ediderunt. Conf. *Beckii* Acta Seminarii — Lips. I. p. 147 sqq. 154. 489 sqq.

IV. *De nouo foedere eiusque auctore* ΘΕΑΝΘΡΩΠΩΙ *et scriptoribus numine diuino adflatis.*

Ego vero, quod vela sunt contrahenda, et multi viri docti, in hoc litterarum genere diligentissime versati, omnia latius exposuerunt, potiora tantum in medium proferam, et quosdam, qui meliora pluraque cupidos docere possunt, laudabo. Vt omittam, quae a *Fabricio* ibique a *Kuinoelio* in B. Gr. IV. p. 755 sqq. et a me in Introd. ac Supplem. copiosius sunt exposita, et quos libros *Saxius* in Onomast. I. p. 210 sqq. ac p. 215—234. item p. 569 sq. et 570 sqq. citauit, h. l. commendari sufficiant: *Jo. Ge. Pritii* Introductio in lectionem N. T. etc. cum *Car. Gottlob Hofmanni* animaduerss. et dissertatt. Lips. 1737. mai. 8. — *Justi Wesseli Rumpaei* Commentatio critica ad libros N. T. in genere, Lips. 1730. 4. rec. 1757. 4. — *Jo. David Michaelis Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes,* Gotting. 1750. locuplet. 1765. 1777. 4. II. voll. quarta eaque auctior edit. prodiit ibid. 1788. 4. II. voll. Quarta ed. est in linguam anglicam translata et notis atque supplementis

mentis aucta ab *Herberto Marsh*, Cantabrig. vol. I. partt. I. et II. vol. II. partt. II. 1793. m. 8. *Marshii* animaduerss. et additamenta germanice vertit *E. P. K. Rosenmüller*, Gotting. tom. I. 1795. 4. tom. II. ibid. 1803. 4. vt alia *Marshii* scripta eiusd. argumenti praetermittam. — *Heinr. Carl Alexander Haenlein Handbuch der Einleitung in die Schriften des neuen Testaments*, secunda eaque emendata edit. Erlangae, tomm. III. 1801—1809. 8. Idem V. D. maius opus prioris editionis in compendium redegit cum epigraphe: *Lehrbuch der Einleitung in die Schriften des N. T. für Akademien und Gymnasien*, Erlang. 1802. 8. — D. *Ge. Frid. Griesinger Einleitung in die Schriften des neuen Bundes, Stuttgardt* 1799. 8. — *J. L. Vollmann Handbuch der Einleitung in sämmtliche Bücher des N. T.* Gotting. 1801. 8. *) — *J. G. Eichhorns Einleitung in das N. T. I. Band, Leipz.* 1804. — *II. Band*, 1810. 8. mai. siue *Kritische Schriften*, tom. V. et VI. — *Jo. Ern. Christi. Schmidt Historisch-kritische Einleitung ins N. T.* (etiam cum altera inscriptione: *Kritische Geschichte der neutestam. Schriften*,) Giesae 1804. mai. 8. — *Richard Simons Kritische Schriften über das N. T. Erster Theil, welcher die kritische Historie des Textes des N. T. enthält. Aus dem Französischen übersetzt von Heinr. Matthias Aug. Cramer, nebst einer Vorrede und mit Anmerkungen begleitet von D. Jo. Salom. Semler, Halle* 1776—1780. mai. 8. III. tomis. In his citatis et aliis libris de quaestionibus, quae sequuntur, copiosius et in vtramque partem disputatur.

1. In-

*) Sed confer *Jahrbuch der neuesten Litteratur*, 1801. nr. 269.

1. Inſcriptio librorum ſacrorum N. T., ἡ καινὴ διαθήκη, vulgo redditur *nouum teſtamentum* et *nouum foedus*, at melius et curatius, *noua religionis forma*, vel *noua oeconomia diuina.* — Illorum librorum diuinam originem, fidem, αὐθεντίαν, veritatem, diuinamque auctoritatem haud pauci viri docti, prudentes, acuti bonique ab aliorum dubitationibus, criminibus, nec raro conuiciis praeclare, conſtanter firmisque vſi argumentis defenderunt.

2. De lingua, in qua conſcripti ſunt libri ſacri N. T. non omnes conſentiunt. *) Graecam quidem eſſe illam, nemo negat. At non eſt omnino illa attica; ſed hebraismis pleniſſima, h. e. forma et dictio conflata ex V. T. hebraico et LXX. interpretum verſione graeca, et ex dialecto Alexandrina, quae vero per Judaeos ibi habitantes et poſtea in Palaeſtinam redeuntes, quum graeciſſarent, nouam formam et proprium quaſi modum accepit. Quidam tamen VV. DD. in eo peccarunt, quod vel nihil niſi hebraismos aut aliarum linguarum proprietates aut vitia ſermonis viderunt, vel demonſtrare adniſi ſunt, ſanctos ſcriptores omnia pure, eleganter et ad exemplum Atticorum ceterorumque primi ordinis auctorum profanorum ſenſa animi expreſſiſſe. De lingua quoque *Helleniſtica* orta eſt lis haud admodum vtilis.

3. De *canone* ſiue collectione, indice et *catalogo* librorum ſacrorum, qui hodie τὴν καινὴν διαθήκην conficiunt, eiusque auctore, aetate et

*) Praeter multos alios, a me alibi citatos, conf. M. *Henr. Planck* commentat. de vera natura atque indole orationis graecae N. T. Gotting. 1810. 4. de qua v. *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. I. p. 489 ſqq. et p. 162 ſqq. de *Frid. Guil. Sturzii* libro de dialecto Macedonica et Alexandrina, Lipſ. 1808. m. 8.

et iure permulti scripserunt *); neque tamen inter veteres nec inter recentiores conuenit. Sic ex. gr. epistolae Judae; II. Petri; secunda et tertia Joannis; praesertim Joannis Apocalypsis vel dubiae, vel sublestae fidei, vel plane supposititiae omni memoria haud paucis videbantur; alii tamen earum auctoritatem diuinam, fidem atque sinceritatem fortiter vindicarunt.

4. Multae quidem variae lectiones in Msstis N. T. oriri potuerunt et vero ortae sunt. At si in vllo alio libro, in hoc sane diuino lima critica sobrie cauteque est adhibenda, et interpretes ab omnibus coniecturis temerariis audacibusque debent abstinere. Neque tamen defuerunt, qui in constituendo aut mutando textu N. T. graeco arte critica sunt abusi. Conf. *C. B. Michaelis* tractat. crit. de variis lectt. N. T. caute colligendis et diiudicandis, Halae Sax. 1749. — D. *Paul. Joach. Sigismundi Vogel* progr. de coniecturae vsu in crisi N. T. cui adiecta est breuis comment. de quarto libro Esdrae, Altdorf. 1795. 4. Codices autem Mss. quosdam gr. potiores, qui in diuersis bibliothecis adhuc seruantur, plures VV. DD. in peculiaribus libris diligenter recensuerunt: autographa tamen librorum sacrorum diu perierunt. Codices autem, qui adhuc exstant, sunt vel mere graeci, (interdum puri, interdum tamen

---

*) Omissis multis, (quorum magnam copiam iam excitavit M. *Mich. Lilienthal* in: *Biblisch. Archiuarius der heiligen Schrift N. T.* Regiomonti et Lips. 1745. 4. p. 4 sqq.) memorare liceat *Eberh. Henr. Stoschii* commentat. historico-criticam de librorum N. T. canone; praemissa est diss. de cura veteris ecclesiae circa libros N. T. Francof. ad Viadr. 1755. 8. — D. *Paul. Joachim. Sigismundi Vogel*, Theologi Erlang. cel. commentationis de canone Eusebiano partes III. Erlang. 1809—1811. 4. — De canone ap. Euseb. acute disputat D. *Jo. Frid. Flatt* in *Magaz. für christl. Dogmatik u. Moral* etc. part. VII. nr. 6. et part. VIII. nr. 3.

tamen e latina verſione correcti, vel potius vitiati,) vel graeco-latini, vel *Lectionaria*, h. e. in quibus pericopae (ἀναγνώσεις) ſunt librorum ſacrorum, quae certis diebus inter ſacra praelegerentur. Codex, ſi quatuor Euangelia complexus eſt, εὐαγγέλιον; ſin Acta Apoſtolorum et epiſtolas Paullinas, aut tantum quatuordecim Paulli epiſtolas continuit, ἀπόςολος, (quod tamen vocabul. in ſenſu modo latiore ſumitur, modo ſtrictiore,) vocabatur; ἀπόςολοι autem dicebantur Acta Apoſtolorum cum ſeptem catholicis epiſtolis; denique ἀποςολοευαγγέλιον, quod lectiones ex euangeliis, actis apoſtolorum et epiſtolis ſimul continuit. — *Editionum*, quarum numerus eſt paene infinitus, quinque numerari poſſunt claſſes, (neque tamen defuerunt, qui nouas recenſiones inſtituerent, ita vt, ſi ſtrictim numerare velis, plures exiſterent; at claſſes proprie nec duxerunt, nec eo nomine compellari poſſunt,) quas et paucas quasdam alias memorabiles editt. nominare vacat. Sunt igitur 1) *Complutenſis*, *Ximenii*, Cardinalis, ſumtu curata, 1514—1517. fol. in Euangeliis et Actis: illam ſequuti ſunt R. Stephan. Pariſ. 1546. Millius ac Bengelius. — 2) *Deſiderii Erasmi*, Rotterod. qui adiuuantibus Oecolampadio, Capitone, Gerbelio e codd. et patribus quibusdam, verſione lat. et coniecturis correxit, cum adnotatt. Baſil. 1516. (quae editio eſt rariſſima,) 1519. 1522. et correctior, adhibita quoque ed. Complutenſi, a. 1527. et 1535. fol. — Primam edit. Erasmi maximam partem refert *Aldina*, admodum rara, gr. Venet. 1518. fol. et eſt tertia pars bibliorum, ab Aldo Manutio procuratorum, quod opus, eo mortuo, ab Andrea Aſulano eſt abſolutum. Antea tamen ex Aldi officina particula euangelii Joannis gr. cum aliis libellis prodiit. — Ad Erasmicam ſecundam expreſſae ſunt: ed. graece, Hagenoae, cum praefat. Nic. Gerbelii, 1521. 4. Argentor.

gentor. ap. Wolf. Cephalaeum, 1524. 8. et aliae. — Inter praestantissimas N. T. edd. refertur critica gr. Paris. παρὰ Σίμωνι τῷ Κολιναίῳ, 1532. 8. — 3) *Roberti Stephani*, qui dicitur in itinere quodam capita librorum N. T. in versus distinxisse, Lutetiae 1546. 12. et emendatius ibid. 1549. 12. (16.) quae editio et rara et adeo correcta, vt Olear. in Obss. ad Matth. IV. 8. sphalmata typograph. tantum XIV. animaduerteret, dicta est *mirifica* ob initium praefationis: *O mirificam regis liberalitatem.* — ibid. 1550. fol. II. voll. cum variis lectt. ex XVI. exemplaribus vetustissimis collectis: haec ed. optima et elegantissima, et reliquarum princeps censetur ac basis facta est multarum sequutarum: — ibid. cum praecipuis lectt. variis, 1569. 16. — ex offic. Henr. Stephani, qui obscuriorum vocc. et quorumdam loquendi generum partim suas, partim aliorum interpretationes margini adiecit, 1576. 12. — Ex tertia Rob. Stephan. 1550. contextum cum variis lectionibus a R. Stephano orae adlitis et collatis aliis codd. Mss. mutatum et concinnatum primum edidit *Theodor. Beza* cum largis adnotatt. 1565. postea 1576. inprimis 1582. et 1589. (in quibusd. exemplar. 1588.) exc. H. Stephan. fol. *). In quarta editione adnotatt. recognouit ac valde locupletavit, duosque adiecit indices. Eadem 1598. — gr. cum duplici versione, altera vetere, altera noua Th. Bezae, et cum adnotatt. Bezae, acc. Joach. Camerarii commentar. Cantabr. 1642. fol. — Bezae recen-

*) Add. *Jesu Christi N. T. gr. et lat. Theod. Beza* interprete. Additae sunt ab eodem summae breues doctrinae. — Huic autem tertiae editioni, praeter quorumdam locor. recognitionem, accesserunt breues difficiliorum phrasεων expositiones, cum ex maioribus ipsius Bezae annotatt. tum aliunde excerptae. 1580. mai. 8. typis Stephan. (cura Jo. Cherpontii.)

recensio, praecipue illa, quae, nescio a quo, ex contextu Stephanicae tertiae et Bezae tamquam noua formata est et vulgata ab Elzeuiriis 1624. 16. *) basis est vulgatae nostrae lectionis et vulgarium exemplarium. Paucas tamen editiones, vel ob raritatem, vel splendorem, vel propter vtilitatem operamque laudabilem editorum, commemorare vacat: *Erasmi Schmidii*, cura Zach. Gergani, sumtibus Nicephori episcopi, Graecorum caussa, ad quos etiam maxima pars exemplarium transmittebatur, procurata, Viteberg. 1622. 4. — *Colinaei*, Paris. 1534. 8. — *Steph. Curcellaei*, Amstel. 1658. — denuo reuisa, cum varr. lectt. ex Msstis et impressis codd. collectis, ib. 1699. 8. et saepius. — *(Jo. Fellii:)* accesserunt parallela Scripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus 100. Mss. codd. et antiquis versionibus collectae, Oxon. 1675. 8. — Splendidissimae sunt Londin. cum notis et animaduerss. Roberti Stephani, Jos. Scaligeri, Isaaci Casauboni, 1633. 8. — Parisina e typographia regia, 1640. fol. max. — et, cum scholiis graecis, e graecis scriptoribus, tam ecclesiasticis quam exteris maxima ex parte desumtis, opera ac studio *Jo. Gregorii*, (post cuius mortem Grabius et Aldricus editionem absoluerunt,) Oxon. 1703. fol. mai. — Laudatur ed. *Jo. Pricaei* cum versione lat. et multis adnotatt. inscripta: *Jo. Pricaei* commentarii in varios N. T. libros etc. Londini 1660. fol. Pricaeus tantummodo Matthaeum, Lucam, Joannis cap. X. et XI. Acta apostolorum, Paulli epistolas ad Timotheum, Titum et Philemonem, prioris epist. ad Cor. cap. XI. epistolas Joannis, Jacobi et Judae atque apocalypsin

*) Haec est rarissima inter VII. editt. Elzeuir. Textus ad Stephanic. tertiam compositus, et tantummodo in XII. locis ab ea recedere dicitur: sed praestantissima omnium editt. Elzeuir. habetur ed. Lugd. Bat. 1633. min. 12.

calypſin gr. et cum lat. verſione vulgata dedit atque copioſe illuſtrauit. — Nouum Teſt. graeco-germanicum ad probatiſſimos codd. exactum accurateque reuiſum etc. cura D. *J. Henr. Maii*, Giſſae Haſſor. 1705. 12. vt alias edd. cum verſione german. praetermittam. — Nouum Teſtam. graecum, cum lectionibus variantibus etc. et notis, — ſtudio *Jo. Millii*, Oxon. 1707. fol. Sed Critici multa, a Millio commiſſa, reprehenderunt, correxerunt emendaruntque. Hanc collectionem Millianam recenſuit, meliori ordine diſpoſuit, nouisque acceſſionibus locupletauit *Ludolph. Kuſterus*, (qui praeterea textum gr. cum XXII. codd. quibus Millius non vſus erat, contulit,) exc. Amſtelod. et proſtat Lipſ. ap. Jo. Frid. Gleditſch. 1710. fol. — editio ſecunda Lipſiae 1723. fol. — Non ſpernenda eſt, inprimis propter obſeruatt. philologicas, criticas atque exegeticas, ed. *Chriſti. Stockii*, cum praecipuis varr. lectt. Jenae 1731. mai. 8. — Curatam edit. et nouam orationis graecae recenſionem, neque tamen omnibus probatam, cum variis lectt. et *adparatu ſubiuncto, criſeos ſacrae, Millianae praeſertim, compendium, limam, ſupplementum ac fructum exhibente*, curauit *Jo. Albertus Bengelius*, Tubingae 1734. 4. Sine adparatu rec. ibid. 1734. 1738. 1753. et 1763. 8. Quintae minori, at operarum erroribus contaminatae, acceſſit *ſpicilegium lectt. varr. quas inprimis conſideratu dignas indicavit b. Bengelius, in nouo prooemio deſcriptum, auct. E. Bengelio*, Tubing. 1790. 8. Noua autem *adparatus critici* editio prodiit Tubing. 1734. 1735. et ſtudio *Phil. Dau. Burckii*, longe auctior, 1763. 4. — *N. T. graecum editionis receptae*, (Elzeuirianae,) *cum lectionibus variantibus codd. Mss. editionum aliarum, verſionum et patrum*, nec non commentario pleniore ex ſcriptoribus veteribus hebraeis, graecis et latinis

 hiſto-

historiam et vim verborum illuſtrante, *opera et ſtudio Jo. Jac. Wetſtenii*, tom. I. Amſtelaed. 1751. tom. II. 1752. fol. At tamen in nonnullis rebus, praeſertim in variis lectt. colligendis ſaepe eius diligentia deſiderata eſt *), quamquam in notis tantus deprehenditur lectt. variar. ex codd. adlatarum numerus, vt editor hac re facile ſuperarit omnes, qui ante eum ſimilem ſusceperunt laborem. — Quas lectiones in contextum recipiendas eſſe, Wetſten. in notis cenſuerat, eas omnes *Guil. Bowyer*, eruditus typographus Londin. repoſuit in editione, inſcripta: *N. T.* ad fidem graecorum ſolum codd. Mss. nunc primum expreſſum, adſtipulante J. J. Wetſtenio, iuxta ſectiones J. A. Bengelii diuiſum, et noua interpunctione ſaepius illuſtratum. Acceſſere in altero volumine emendatt. coniecturales, (anglica lingua deſcriptae,) virorum doctorum vndique collectae. Londini 1763. mai. 12. II. voll. Coniecturae, inſigniter auctae et emendatae, etiam ſunt ſeparatim editae, Lond. 1772. et vernacule redditae, eaeque locupletatae a *Jo. Chriſtoph. Schulz*, Lipſ. 1774. 1775. 8. II. voll. Alii etiam ſpicilegium dederunt. — Magnifica eſt edit. et mere graeca, litterisque maioribus ac quaſi curſiuis expreſſa: Ἡ καινὴ Διαθήκη. N. T. iuxta exemplar Millian. typis Jo. Baskerville, Oxon. 1763. 4. et 1777. 4. — *Quartam* nouam recenſionem inſtituit *J. Jac. Griesbachius*. Ille vero primum ediderat libros hiſtoricos N. T. hoc titulo: *Libri hiſtorici N. T.* grae-

*) *Wetſtenius* antea ediderat *Prolegomena ad N. T. gr. editionem accuratiſſimam* etc. Amſtel. 1730. 4. quae recudi fecit, notas adiecit, atque adpendicem de vetuſtioribus latinis recenſionibus, quae in variis codd. ſuperſunt, *Jo. Sal. Semler*, Hal. Magdeb. 1764. 8. — Ab eodem Semlero editi ſunt *J. J. Wetſtenii* libelli ad criſin atque interpretat. N. T. adiecta eſt recenſio introductionis Bengelii ad criſin N. T. etc. ibid. 1766. 8.

graece: Pars I. sistens *synopsin euangeliorum Matthaei, Marci et Lucae.* Textum ad fidem codd. versionum et patrum emendauit et selectam lectionis varietatem adiecit. Halae 1774. et pars II. sistens euangelium Joannis et Actus apostolor. 1775. mai. 8. — edit. secunda emendatior et auctior: *Synopsis euangeliorum Matthaei, Marci et Lucae, vna cum iis Joannis Pericopis, quae historiam passionis et resurrectionis J. Christi complectuntur,* Halae 1797. mai. 8. edit. III. ib. 1809. 8. — Tum pari modo edidit integrum *N. Test.* graece, ibid. vol. I. 1777. — editio secunda emendatior multoque locupletior, Halae Sax. et Londini 1796. mai. 8. — vol. II. (quod prius prodierat,) Halae 1775. mai. 8. *) — Nouam quodammodo textus gr. recensionem dedit *Francisc. Car. Alter* in ed. inscripta: *N. Test. ad codicem Vindobonens. graece expressum:* varietatem lectionis addidit *Fr. C. Alter,* Viennae, vol. I. quod continet euangelia, 1787. vol. II. continens Acta apostolor. epistolas et apocalypsin, 1786. 8. cum excerptis codd. ac versionum. Conf. eumdem in libro: *Ueber Georgianische Litteratur,* Vindob. 1798. 8. p. 74 sqq. — *N. T. graecum,* e cod. msto Alexandrino, qui Londini in bibl. Musei britannici adseruatur, descriptum a *Car. Godofr. Woide,* Londini 1786. fol. reg. — *Appendix ad edit. N. T. gr. — a C. G. Woide descripti,* in qua continentur fragmenta N. T. iuxta interpretationem dialecti superioris Aegypti, quae Thebaica vel Sahidica appellatur, e codd. Oxon. maxima ex parte desumta: —

*) Idem V. D. praeter alia, quae ad interpretationem N. T. pertinent, scripsit Symbolas criticas ad supplendas et corrigendas varr. N. T. lectiones: accedit multorum N. T. codicum graecorum descriptio et examen. Halae, pars I. 1785. pars II. ib. 1793. 8.

ta: — fubiicitur cod. Vaticani collatio. Oxon. 1799. fol. cum tribus tabb. aeneis. — Critica N. T. edit. gr. eft e recognitione *Ge. Chrifti. Knappii*, cum infignioris lectionum varietatis et argumentorum notationibus, Halae Sax. 1797. 8. — *Philologifch - kritifcher und hiftorifcher Kommentar über das N. T. in welchem der griechifche Text nach einer Recognition der Varianten, Interpunctionen und Abfchnitte durch Einleitungen — als Grundlage des Urchriftenthums bearbeitet ift von Heinr. Eberhard Gottlob Paulus. Erfter Theil: der 3 erften Evangelien erfte Hälfte.* Lubec. 1800. mai. 8. — editio fecunda emendatior et auctior, ibid. 1804. — *Zweyter Theil, der drey erften Evangelien zweyte Hälfte bis zur Leidensgefchichte*, ib. 1801. mai. 8. — *Dritter Theil, der drey erften Evangel. Fortfetzung und Befchlufs.* ed. II. emendatior, ibid. 1805. mai. 8. — Edit. eft praeftantiffima cum epigraphe: *Quatuor euangelia*, graece, cum variantibus a textu lectionibus codd. Mss. bibliothec. Vaticanae, Barberinae etc. quibus accedunt lectiones verfionum Syrarum, veteris, Philoxenianae et Hierofolymitanae, edidit *Andr. Birch*, Hauniae 1788. 4. Textus quidem editionis tertiae Stephan. eft feruatus. — Alterum volumen ob atrox incendium, quod typos cum bibliotheca, optimis f. crifeos adminiculis abunde inftructa, chartam paratam et plurima voluminis primi exemplaria abfumfit, fine textu graeco prodiit, infcriptum: *Variae lectiones ad textum act. apoftol. epp. catholicar. et Pauli*; e codd. gr. Mss. — collectae et editae ab *Andr. Birch*, Hauniae 1798. 8. — Dein *variae lectiones ad textum apocalypfeos* — collectae et editae ab *Andr. Birch*, ibid. 1800. 8. Acc. Supplementa ad VV. lectt. act. apoft. epp. Pauli et catholicarum. — Denique, quoniam primi voluminis pauca fupererant exem-

exemplaria, ex illo VV. LL. at secundis curis multisque accessionibus locupletatas, separatim recudi fecit: *Variae lectiones ad textum IV. Euangeliorum* etc. Hauniae 1801. 8. — Laudandae sunt praeterea edd. M. *Christi. Reineccii*, cum nonnullis varr. lectt. et notis, acc. syllabus memorialis vocum graec. Lips. 1725. 1742. 8. et saepius. — *Chr. Schöttgenii*, Lips. et Goerlic. 1744. 1749. — Breslau. 1765. 8. — 1795. 8. — M. *Henr. Aug. Schott*: N. T. graece, e recensione Griesbach. noua versione lat. illustratum, indice breui praecipuae lectionum et interpretationum diuersitatis instructum etc. Lips. 1805. 8. — editio altera permultis locis emendata, ibid. 1811. 8. — Splendida est editio: *Test. nouum*, gr. ex recensione J. J. Griesbachii, cum selecta lectionis varietate, IV. tom. Lips. ap. Ge. Joach. Goeschen, 1806. 1807. mai. 4. s. fol. — eiusd. ed. manualis ib. 1806. etc. 8. — *Nouissimam* et criticam recensionem debemus studio *Christiani Frid. de Matthaei*, qui omnes partes N. T. ordine autem earum sueto non seruato, ad codd. praecipue Mosquenses, Lectionar. eccl. gr. etc. recensuit, ipse codicum auctoritate textum formauit, varr. lectt. animaduersiones criticas et inedita scholia graeca adiecit, ac versionem latinam codici Demidouiano diligentissime conformauit, et Rigae 1782—1788. mai. 8. in tom. XII. edidit, cum tabb. aeneis XXIX. — Ab eod. viro doct. editus est: XIII. Epistolarum Pauli codex graecus cum versione lat. veteri, vulgo Antehieronymiana, olim Boernerianus, nunc bibl. Dresdensis, summa fide et diligentia transcriptus et editus, cum tabulis aere expressis: accessit ex eodem cod. fragmentum *Marci M.* (i. e. Monachi,) Misenae 1791. 4. *) — Editt.

*) Add. *Vetustum ecclesiae graecae*, CPtanae, vt videtur, *Euangeliarium* biblioth. Gothan. nunc primo totum ad cogno-

Editt. ſingulorum N. T. libellorum, a Koppio aliisque curatas, ſuo quamque loco memorabo. — Denique notanda eſt editio N. T. cum verſione barbaro-graeca *Maximi Coliupolitae* ſ. l. 1638. 4. cum praefatione *Cyrilli Lucarii*, et N. T. graeco-barbari edit. cura Monachi *Serapheim*, Lond. 1703. 12. *) — Eadem ed. ſed ab *Anaſtaſio Mich. Macedone* recognita et emendata, vna cum textu originali ex edit. Leusden. a. 1698. recuſa eſt Halae Sax. 1710. 8. aut med. 12. Acceſſerunt *Liberii Coleti*, Athenienſis, ſacerdotis, nouae verſionis emendationes et Calendarium graecum eccleſiaſticum etc.

5. Haud mirum eſt, N. T. non ſolum in linguam germanicam et omnes Europae linguas, ſed etiam in alias linguas ſaepe eſſe translatum; de quibus verſionibus earumque editionibus haud pauci VV. docti partim fuſius egerunt: mihi vero non licet de iis omnibus eſſe copioſo. H. l. adhuc notandae ſunt verſiones Syriacae, Coptica ſ. Aegyptiaca **), Armenica, Hebraicae, Aethiopica, Arabicae, Perſica, Turcica, Getica, ſiue illa Euan-

cognoſcendam Liturgiam graecam accuratius examinauit, et adiectis varr. S. contextus lectt. edidit *Chr. Frid. Matthaei*, Lipſiae 1791. m. 8. — et: *Ueber die ſogenannten Recenſionen, welche der H. Abt Bengel, der H. D. Semler, und der H. Geh. Kirch. R. Griesbach in dem griechiſchen Texte des N. T. wollen entdeckt haben: Eine kritiſch-theolog. Streitſchrift von Chr. Fr. von Matthaei*, Lipſ. 1804. mai. 8.

*) Conf. *Jo. Mich. Langii* diſſ. de verſione N. T. barbaro-graeca, Altdorf. 1707. 4.

**) Notatu dignum eſt: *Fragmentum euangelii S. Johannis graeco-copto-thebaicum* ſaeculi IV. Additamentum ex vetuſtiſſimis membanis lectionum euangelicar. diuinae miſſae cod. Diaconici reliquiae, et liturgica alia fragmenta veteris Thebaidenſium eccleſiae ante Dioſcorum — nunc prodeunt in latinum verſa et notis illuſtrata opera et ſtudio F. *Auguſtini Antonii Georgii*. Romae 1789. 4.

Euangeliorum, quam saeculo quarto concinnasse dicitur *Ulphilas* *), Getarum episcopus, et latinae.

6. Maior est copia eorum, qui varia diuersaque ratione vel omnes N. T. libros, vel vnum alterumque separatim, vel in minoribus libellis particulas tantum siue versus interpretati sunt. At plures, multo minus omnes, enumerare haud vacat. Sufficiat hic commendare *Hugonis Grotii* Adnotatt. in N. T. quas *Christ. Ern. de Windheim*, Erlangae 1755 sq. 4. typis recudi fecit; *Jo. Christoph. Wolfii* Curas philologicas et criticas etc. Hamburg. 1725—1735. 4. rec. Basil. 1741. V. voll. (quamquam a nonnullis VV. DD. reprehensas,) atque *Jo. Christ. Koecheri* Analecta philolog. exegetica in IV. euang. quibus Wolfii Curae etc. emendantur et supplentur, Altenburg. 1766. 4. nec non *Jo. Dan. ab Houen* Curas Wolfianis posteriores, Amstel. 1766. 8. — D. *Christph. Aug. Heumanns Erklärung des N. T.* Hannouer. 1750—1763. 8. XII. partt. — *Jo. Ge. Rosenmülleri* Scholia in N. T. tom. VI. aliquoties in 4. et 8. edita: et editio V. auctior et emendatior, Noriberg. 1801. 8. sqq. — praeterea *Kypkii, Raphelii, Elsneri, Krebsii, Alberti, Munthe* etc. Obseruatt. et adnott. philolog. in N. T. — Scriptoribus N. T. fuerunt etiam quaedam falso adscripta, aut falso pro canonicis N. T. venditata, quae *Jo. Alb. Fabricius* collegit ediditque cum epigraphe: *Codex apocryphus N. T.* collectus, casti-

*) Optima versionis illius edit. est, quam *Ericus Benzelius* curauit, lat. vertit, et doctis adnotatt. instruxit; sed post eius mortem cum praefat. notis et grammatica gothica edidit *Eduard Lye*, Oxon. 1750. 4. — Add. *Johannis ab Ihre* Scripta versionem *Vlphilanam* et linguam Moeso-Gothicam illustrantia, ab ipso doct. auctore emendata, nouisque accessionibus aucta, iam vero propter praestantiam ac raritatem collecta, et vna cum aliis scriptis similis argumenti edita ab *Antonio Frid. Büsching*, Berol. 1773. mai. 4.

castigatus, testimoniisque, censuris et animaduersionibus illustratus, Hamburg. 1703. 8. II. tom. — rec. 1719. 8. tertio tomo auctior: *Codicis apocryphi N. T.* pars tertia, nunc primum edita.

7. Denique ad subsidia intelligentiae N. T. referenda sunt Lexica N. T. quorum potiora habentur: 1) *Stockii* clauis linguae Sctae N. T., Jen. 1726. 8. quintum edita cura *Jo. Frid. Fischeri,* Lips. 1752. 8. Idem *Fischer* edidit *G. Pasoris* Lexicon manuale, emendatum et auctum, Lips. 1755. 8. — 2) *Jo. Conr. Schwarz* Commentarii critici et philol. linguae graecae noui foederis diuini, Lips. 1736. mai. 8. — 3) Nouum Lexicon graeco-latin. in N. T. in vsum scholarum illustrauit *Christian. Schöttgenius,* nunc recensuit, quam plurimis locorum interpretationibus auxit, et variis obseruatt. philologicis locupletauit *Jo. Tobias Krebsius,* Lips. 1765. 8. quod post Krebsium recensuit, auxit, et variis obseruatt. philologicis et criticis locupletauit M. *Gottlieb Leberecht Spohn,* Lips. 1790. 8. — 4) inprimis *Nouum Lexicon graeco-latinum in N. T.* congessit et variis obseruatt. philolog. illustrauit *Jo. Frid. Schleusner,* Lips. 1792. II. tomi. — Ed. II. emendatior et auctior, ibid. 1801. — Ed. III. emendatior et auctior, ib. 1808. II. tom. mai. 8. — Huc etiam pertinent *Jo. Alb. Bengelii* Gnomon N. T. etc. Tubingae 1742. 4. iterum curis b. auctoris posterioribus auctus, 1759. tertium, Vlmae 1763. 4. — et auctior atque emendatior cura filii, M. *Ern. Bengelii,* II. voll. Tubing. 1774. 4. cui adiungenda est *Jo. Alb. Burkii* Clauis gnomonica, terminos grammaticos et rhetoricos, quibus Gnomon N. T. Bengelianus vtitur, explicans, Tubing. 1744. 4. — *Sigismundi Frid. Dresigii* commentarius de verbis mediis N. T. nunc primum editus a *J. Fr. Fischero:* addita est, praeter L. Küsteri libellum, Jo. Clerici diss. de eodem genere verborum graecorum

corum e lingua franco-gallica conuersa, Lips. 1755. 8. atque *Glassii* Philolog. sacra, a Dathio edita, Lips. 1776. 8.

2. *Jesus Christus Θεάνθρωπος, Conseruator et Dominus noster.*

a) De anno, mense et die, quo editus fuerit homo, et quo cruci adfixus, fuerit mortuus, valde dissentiunt viri docti: qua de re alibi copiose est disputatum. Primis saeculis duae primariae innotuerunt sententiae; quarum altera, Jesum natum esse die VI. Januar. a. Augusti imperat. 42. quae fuit antiquissima, et a fine saeculi II. in ecclesia orientali et Aegypto inualuit; altera, quae multo recentior saec. fere IIII. in ecclesia latina celebrata est, die XXV. Dec. a. 42. Augusti imperat. Christum in lucem editum esse, adsumit. *Dionysius Exiguus* saec. VI. natalem Christi adseruit a. V. C. 753. siue a. 45. imperii Augusti, adeoque a. M. 4714. secundum epocham Jul. et haec aera Dionysii recepta est a. Chr. 525. *) Alii aliter et diuersimode subduxerunt rationes. Enimvero diem et annum nobis esse incertos, nec posse vlla humana diligentia acieque ingenii erui, iudico cum D. *Koernero*, qui diuersas variorum collegit sententias, in progr. de die natali Seruatoris, Lips. 1778. 4. *Saxius* in Onomast. lit. I. p. 210. eos sequitur, qui, Jesum hominem natum esse, putant, Olymp. CXCIV. 1. vel 2. V. C. 750. vel 751. denatum Olymp. CCII. 4. V. C. 785. an. Christi 32. quo eodem anno, vita diuinitus resumta, in coelum, vnde venerat, sublimis rediit. Annus autem vndetricesimus vel tricesimus

*) Conf. *Ge. Alberti Hambergeri* diss. de epochae christianae, quae aera Dionysiana audit, ortu et auctoritate. Jenae 1704. 4.

mus eius et muneris auſpicalis eidem eſſe videtur. *)

b) Vitam, fataque et praecepta, tanto magiſtro, ipſo deo, digna, atque hominibus ſaluberrima, et miracula, quae omnem vim humanam vicerunt, expoſuerunt eius legati: alii vero, vt *Harmoniarum* conditores, qui multi ab omni tempore fuerunt, diuerſa ſaepius ratione in ordinem redegerunt et explicuerunt. — Chriſto *infanti* multa miracula fuerunt olim adficta, atque eiusmodi fabulas collectas traditasque reperies in libello, a Gelaſio pontifice rom. in concilio romano a. 494. libris apocryphis adnumerato inſcriptoque *Euangelium infantiae Chriſti*, quod *Henr. Sike* arabice ex cod. Goliano cum verſione latina notisque edidit, Vltraiecti 1697. Latinam verſionem recudi fecit notasque ſubiecit *Jo. Alb. Fabricius* in Cod. apocrypho N. T. part. I. p. 168 ſqq. praemiſit vero a p. 127. *Euangelium infantiae Chriſti, adſcriptum Thomae apoſtolo*, gr. cum verſione *Jo. Baptiſtae Cotelerii*. Tertium Euangelium iam memoraſſe videtur *Cotelerius* ad Conſtitt. ap. VI. 16. p. 349. ed. Clerici. Ex illa lat. verſione neſcio quis germanice reddidit: *Das Evangelium der Kindheit Jeſu, aus dem Arabiſchen*, Jeruſalem a. 5738. h. e. a. Chr. 1789. 8. — Ex Cotelerio deſumta videntur fragmenta de natiuitate, conſuetudine cum aliis et morte b. Virginis glorioſae in bibl. Giſſenſi acad. quae *J. E. C. Schmidt* in *Biblioth. für Kritik und Exegeſe des N. T.* tom. II. part. IV. p. 481 ſqq. a. 1802. 8. publicauit, contulit cum euangelio arabico et gr. ſecundum verſionem lat. et addidit quaedam loca ex metrico german. euangelio in *Ten-*

*) Conf. *J. Ge. Walchii* Bibl. theol. ſelectam, tom. III. cap. VII. ſect. 4. §. III. etc. p. 404 ſqq. vbi magna hominum doctor. qui de Jeſu Chriſto ſcripſerunt, copia collecta eſt.

Tenzelio in *Monatl. Unterhaltungen* a. 1697. memorato excerpta. — Insuper quaestio orta, num Christus *graece* loquutus, an in Palaestina, adeoque a Christo et apostolis lingua tantum Aramaea fuerit adhibita. Medium tenet D. *Paulus* in II. programm.: Verosimilia de Judaeis Palaestinensibus, Jesu etiam et apostolis non Aramaea dialecto sola, sed graeca quoque Aramaizante loquutis, Jen. 1803. 4.

c) *Christus* ipse nihil litteris consignauit. Quapropter epistolae Abgari et Jesu mutuae, illis adfictae, sunt supposititiae. Binas vero illas epp. gr. leges in *Eusebii* Hist. eccles. I. cap. 3. (qui primus in lucem eas protulit, et ex lingua syriaca in graecam transtulit;) et ex Eusebio cum versione *Rufini* et notis *J. A. Fabricii*, in huius Codice apocryph. N. T. p. 317 sqq. — arabice et lat. ex biblioth. D. *Jo. Elichmanni*, in *Hier. Xauerii* historia Christi, persice conscripta, Lugd. 1639. 4. p. 612. — Rara et antiqua collectio quorumdam opusculorum, a *Christoph. Schurlo* s. *Scheurlo*, etiam *Scheuerle* dicto, est facta, et inscripta: Epistola D. *Schwrli* ad Charitatem Pirchameram (scripta est Bononiae 1506.). Carmen Conr. Celtis ad eamdem. *Epistola Pilati ad Tyberium Cesarem. Epistola Lentuli ad Tyber. Cesarem. Epistola Abgari ad Jesum Saluatorem. Epistola responsiua ad Abgarum.* Vtilitates Misse etc. s. a. in 4. In fine autem nota a. 1513. — In Anecdotorum litterariorum, ex Mss. codd. erutorum, vol. I. Romae 1773. 8. nr. 4. ab *Amadutio* primum edita est *Epistola apocrypha Jesu Christi ad D. Petrum;* atque Amadutius in prooemio agit de illa, quam haud diuersam esse opinatur ab epistola dominica, quam de coelo lapsam nugabantur superstitiosi homines, et quam *Fabric.* in Cod. apocr. N. T. II. §. VI. p. 308. memorat.

d) S.

d) *S.* etiam *Mariae,* virgini Deiparae, homines fraudulenti adscripserunt ipsique adfinxerunt *quatuor epistolas,* satis insulsas et ab ipsis prudentioribus pontificis rom. adseclis falsi damnatas, 1) ad S. Ignatium, 2) ad Messanenses *), 3) ad Florentinos, (cuius epistolae impostor Sauanarola habetur a Lamio,) 4) ad *Anton. de Villa Basilica,* monachum Dominic. qui ipse epist. finxisse creditur. Tres priores epp. exstant inter Orthodoxographa, Basil. 1555. fol. — in *Fabricii* Cod. apocryph. N. T. p. 843. 849. et 852. Quartam edidit *Jo. Lamius* de eruditione apostolor. Florent. 1738. 8. (vbi cap. II. p. 189 sqq. de Maria agit,) p. 191.

3. De Euangelistis atque Apostolis, quorum libellis codex sacer N. T. absoluitur, quo anno et quo ordine singuli auctores sacri publicarint libellos, de horum authentia et auctoritate canonica, num tres priores euangelistae hauserint ex communi fonte, ex euangelio Hebraeorum aut Nazarenorum chaldaico siue hebraico **), et de aliis huc perti-

*) Et tamen illius varietatem vindicare quidam conati sunt, ex. gr. *Melch. Inchofer*, e *Soc. Jesu*, in libr. *Epistolae B. Mariae ad Messanenses veritas vindicata*, ac plurimis grauissimorum scriptorum testimoniis et rationibus erudite illustrata, Messanae 1629. fol. At quoniam nimis crasse scripserat quaedam, liber vel in Ind. libror. prohib. locum inuenit, et auctor nonnulla loca atque inscriptionem mutare iussus est. Altera igitur edit. accepit epigraphen: De *epistola B. Virginis Mariae ad Messanenses* coniectatio, auct. P. *Melch. Inchofer.* Viterbii 1631. fol.

**) Variorum opiniones atque sententias de primo euangelio *(Urevangelium)* recenset atque sub examen vocat, monetque, hypothesin, graecam illius primi euangelii versionem editam fontem fuisse, non videri probabilem, multo minus certam atque indubitatam; alteram vero sententiam, euangelistarum alterum alterius narrationes ante oculos habuisse et adhibuisse, probabiliorem esse, docet cel. D. *Vogel Ueber die Entstehung der drey ersten Evangelien*, in *Gableri Journal für*

pertinentibus quaestionibus multa in vtramque partem, interdum acrius disputarunt VV. DD. quod monuisse h. l. sufficiat.

4. *Matthaeus*, alias, quod tamen nonnulli negant, *Leui* dictus, qui, antequam Christi partes sequeretur, e *portitorum* numero erat: adhuc post a. Ch. 60. in viuis fuit. Ab eo Euangelium graece scriptum fuisse, probabilior esse videtur sententia, quam opinio eorum, qui arbitrantur, id ab illo hebraice, aut hebraicis quidem litteris, sed syro-chaldaico sermone esse primo conscriptum, postea autem in linguam graecam translatum. Pariter quaestio, num duo priora Matthaei capita adficta sint ab alio, nec ne, haud ita multis abhinc annis valde agitata est. Falso eidem adtributa fuerunt Euangelium natiuitatis Mariae et Euangelium infantiae Christi, atque Liturgia quaedam Aethiopica.

5. *Marcus* fuit Judaeus et vixit adhuc post a. C. 60. Scripsit Euangelium graece, non, vt quidam putarunt, latine. Marcum tamen coptico s. aegyptiaco sermone in conscribendo suo euangelio vsum fuisse, contendit, sed argumentis ingeniosis magis quam ad persuadendum aptis probare sustinuit *S. F. G. Wahl* in *Magazin für alte, besonders morgenländische u. biblische Litteratur*, part. III. Hal. Saxon. 1790. nr. 2. *Koptisches Original von Marcus Evangelium.* — Tum motae sunt controuersiae, num Marcus dici possit Matthaei epitomator, et Matthaei ac Lucae fuerit excerptor, atque num in conscribendo euangelio Petrum

---

für auserlesene theologische Literatur, tom. I. part. I. Noribergae 1804. p. 1 sqq. In eiusd. *Gableri Neuestem theol. Journal*, vol. IV. part. V. Noribergae 1800. 8. p. 417 sqq. leguntur D. *Ziegler Einige Ideen über den wahrscheinlichen Ursprung der drey ersten Evangelien:* vt aliorum iudicia praetermittam.

Petrum habuerit adiutorem, ita vt ille Petri esset interpres. — De Marco eiusque euangelio etiam agit *Jo. Adr. Bolten* in introductione ad suam versionem: *Der Bericht des Markus von Jesu dem Messia, übersetzt und mit Anmerkungen begleitet*, Alton. 1795. 8. Addatur Βίκτωρος Πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας καὶ ἄλλων τινῶν πατέρων ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον εὐαγγέλιον, ex codd. Mosquensib. edidit *Christian. Frid. Matthaei*, Mosquae, 1775. 8. Victor primum comparat Marcum cum Matthaeo et Luca, atque loca praecipua saepius mystice explicat. Tum sequitur ipse Marci contextus, qui raro discedit a vulgata lectione. Perperam Marco adficta sunt *Acta S. Barnabae*, et *Liturgia* de ritu missae.

6. *Lucas*, Antiochenus, Pauli comes. Num medicus et pictor fuerit, non conuenit inter antiquiores non minus, quam recentiores scriptores. Obiit a. Ch. 70. aetat. 84. Eleganter et graece scripsit Euangelium atque acta Apostolorum. A Matthaeo autem lectum fuisse Lucae Euangelium, nonnulli statuunt, et *Jo. Adr. Bolten* in: *Der Bericht des Lucas von Jesu dem Messia, übersetzt und mit Anmerkungen begleitet*, Alton. 1796. 8. fontes, ex quibus hauserit Lucas, haud verisimiliter aperire studet. — *Acta apostolorum, graeco-latine*, litteris maiusculis e cod. Luydiano characteribus vncialibus exarata, — descripsit edidítque *Thom. Hearnius*, qui etiam *symbolum Apostolorum* ex eod. cod. subiunxit, Oxon. 1715. 8. — Nouam recensionem *Actorum apostolor.* ex codd. Mosquensib. (qui tamen ad recensionem N. T. CPolitanam, omnium veterum recensionum minimam natu et maxime interpolatam, pertinere dicuntur,) dedit, varias lectt. animaduerss. criticas et inedita scholia graeca adiecit, versionem vulgatam codici conformauit et edidit *Christi. Frid. Matthaei*, Rigae, 1782. 8. — Ad intelligenda quam

quam plurima loca, et ex antiquitate graeca ac romana explananda, multum faciunt *Jo. Ern. Imman. Walchii* differt. ad Acta apostol. quae dein collectae in tribus voll. typis sunt expressae, et *Rich. Biscoe* liber, anglice scriptus atque editus Londini 1742. 8. II. voll. postea cum epigraphe: *Erläuterung der Apostelgeschichte aus den Weltgeschichten und Alterthümern*, a *F. Eberh. Rambach* ex lingua anglica in germanicam translatus, Magdeb. 1756. 4.

7. *Joannes*, Bethsaidensis, Zebedaei piscatoris et Salomes filius, homo antea litterarum rudis, Christo tamen propter animi candorem maxime iucundus. Sub Domitiano in insulam Patmum relegatus est; at, tyranno isto interemto, Ephesum rediit, et tandem nonagenario maior placidam mortem obiit. Quamuis autem ingenio esset comi et mitissimo: eius tamen scripta, praesertim Apocalypsis, inter criticos atque interpretes omni fere memoria summas paene mouerunt tragoedias. Scripsit autem 1) *Euangelium*, 2) *Epistolas tres*, quarum tamen prima tantummodo a multis censetur genuina, et 3) *Apocalypsin*, quam quidem nonnulli homines, tamquam libellum spurium, Joannis ingenio et canonis sacri dignitate indignum iudicarunt, ab aliis vero dissentientibus refutati. Euangelii Joann. authentiam acriter oppugnat impieque negat anonymus in libr. *Der Evangelist Johannes und seine Anhänger vor dem jüngsten Gericht*, sine l. et typographi nota, 1801. 8. At praeter alios vindicat euangelii dignitatem atque auctoritatem *Süsskind* in: *Beytrag zur Vertheidigung der Aechtheit des Evangel. Johannis* etc. in *Magazin für christliche Dogmatik und Moral*, part. IX. nr. 1. Tubingae, 1803. 8. Pro αὐθεντίᾳ euangelii Joannaei diss. praeside D. *Jo. Clarisse*, auct. *Guil. Huibert van Griethuysen*, Harderuici, 1807. mai. 8. Contra supe-

ſuperiorem auctorem libri, *Der Evangeliſt* etc. contra Evanſon, Eckermann et Horſt dimicat. — *Jo. Adrian. Bolten* in prooëmio ad verſionem ſuam euangelii germanicam, (*Der Bericht des Johannes vom Jeſu dem Meſſia, überſetzt und mit Anmerkungen begleitet*, Altonae, 1797. 8.) putat, Joannem ſcripſiſſe ſuum euangelium in lingua Syriaca, et hermeneutam quemdam in Graecum transtuliſſe ſermonem. Atque iam *Salmaſius* de lingua helleniſtica p. 257 ſq. opinabatur, illud euangelium primitus fuiſſe exaratum in lingua Syriaca; ſed iam refutarat eum *Rich. Simon* in Hiſtoria critica textus N. T. cap. 28. Nuper tamen Cl. *Berthold.* in proluſ. Veroſimilia de origine Euangelii Johannis, Erlang. 1805. 8. et *J. A. L. Wegſcheider* in: *Verſuch einer vollſtändigen Einleitung in das Evangelium Johannis*, Gotting. 1806. 8. (vbi hic agit de vita Joannis animique notatione, de authentia atque integritate euangelii et de ſtilo,) contenderunt, Joannem initio euangelium ſuum conſcripſiſſe in lingua Aramaea, deinde vero ipſum, graecae linguae maiorem adeptum ſcientiam, euangelium, vti nunc eſt, compoſuiſſe in graeca lingua. Inſuper caput XXI. quod alii ſuppoſititium eſſe putant, genuinum eſſe cenſet, additque catalogum ſcriptorum, in quibus explicatur euangelium. — *Jo. Ge. Frid. Papſt* iam ventilauit diſſ. de authentia cap. XXI. Joann. Erlang. 1779. 4. — *Jo. Bened. Carpzov* edidit *S. Johannis* primam epiſtolam, gr. in XIII. ſectiones diuiſam, etc. partic. I. II. Helmſtad. 1773. 1774. 4. — De Apocalypſi quae in vtramque partem disputata ſint, a me et ab aliis alibi pluribus eſt declaratum. Hic tantum addam: *Die Offenbarung Joannis metriſch überſetzt von D. Fried. Münter*, Hauniae, 1784. 8. — ed. II. emendat. ib. 1806. m. 8.

8. *Pau-*

8. *Paulus*, ante salutarem vitae emendationem *Saulus* vocabatur: Judaeus de tribu Beniamin, Tarsi autem in Cilicia educatus, denique Hierosolymis a Gamaliele doctrina ebraica imbutus est. Sed a Christo ipso in itinere ab erroribus iudaicis et ardentissimo disciplinae christianae odio ad veriorem Christi doctrinam amplectendam ac profitendam a. C. XXXXII. siue vltimo Caii imper. (ex sententia Fabricii aliorumque,) reuocatus, postea legati diuini prouincia tanta fide, libertate ac sedulitate in Asia et Europa functus est, vt nullum laborem vitaeque periculum metueret fugeretque. Atque a. C. LXVIII. Neronis XIIII. capite truncatus dicitur. — Scripsit *Epistolas*, (quae quidem quo ordine et quo anno singulae fuerint exaratae, interpretes inter se discrepant,) in nostrum S. S. canonem receptas, 1) ad Romanos, 2) duas ad Corinthios, 3) ad Galatas, 4) ad Ephesios, 5) ad Philippenses, 6) ad Colossenses, 7) duas ad Thessalonicenses, 8) duas ad Timotheum, 9) ad Titum, 10) ad Philemonem, 11) ad Hebraeos; de qua quidem postrema epistola, et num Paulus illius fuerit auctor, magnus est VV. DD. dissensus. Genuinum esse Pauli laborem, euincere studuerunt, (vt quosdam recentiores vindices tantummodo laudem,) *Gottlob Christi. Storr* in prolegomenis ad libr. *Pauli Brief an die Hebräer, erläutert von G. C. Storr*, Tubingae, 1789. 8. et in progr. de consensu epistolarum Pauli ad Hebraeos et Galatas, Tubingae, 1790. 4. Storrii quidem sententiam argumentaque sub examen vocat, epistolam abnegat Paulo et graece scriptam confirmat, sed de auctore illius, de loco, vnde sit missa, et de iis, ad quos scripta sit, nihil certi pronuntiandum esse arbitratur M. *Werner Car. Lud. Ziegler* in: *Vollständige Einleitung in den Brief an die Hebräer, worinnen alte und neue Meinungen*

über die Aechtheit, Kanonicität und Grundsprache desselben aufs neue kritisch geprüft sind, und der Werth des ganzen Briefs näher bestimmt v. W. C. L. Ziegler, Gotting. 1791. 8. Ab eius iudicio discessionem fecit M. *C. L. Camerer* in *Theologischen und kritischen Versuchen*, Stuttgard. 1794. 8. in periculo tertio. — Eorum quoque sententiam, Paulum fuisse auctorem epistolae, maxime probabilem esse statuit, bonisque firmat argumentis M. *Gustav. Bratt* in disput. praeside D. *Theoph. Schlegel*, de argumento et auctore epistolae ad Hebraeos, Gryphiae, 1806. 4. etc. — Medium tenuit *Jo. Henr. Heinrich* in prolegomenis ad hanc epistolam; cuius editionis hanc fecit inscriptionem: *Nouum testamentum*, graece: perpetua adnotatione illustratum, editionis Koppianae vol. VIII. complectens *Ep. Pauli ad Hebraeos*, continuauit *J. H. Heinrich*, Gotting. 1792. 8. Is malit, si quis auctor esset definiendus, putare, fuisse Paulum. — Hoc loco simul commemorabo singularum epistolarum, a Paulo reliquisque apostolis scriptarum, editiones, a *Koppio*, iisque, qui post obitum illius continuarunt opus, itemque ab aliis curatas. Koppius, et qui, post mortem illius, eius vestigia presserunt, sequuti sunt recensionem Bengelianam, subiecerunt textui potiores varias lectt. et his perpetuum commentarium ad sanam interpretationem facilioremque intelligentiam verborum egregie aptum; addiderunt prolegomena atque excursus. Singulae autem partes prodierunt hoc ordine: *Nouum Testamentum, graece: perpetua annotatione illustratum a Jo. Beniamin Koppe*; vol. I. complectens epistolas *Pauli ad Galatas* *), *Thessa-*

*) Add. *Versuch einer Uebersetzung des Briefs Pauli an die Galater, mit erklärenden Anmerkungen nach Koppe*, (auct. *J. G. Schilling*,) Lipf. 1792. 8.

Thessalonicenses, Ephesios, Gottingae, 1778. mai. 8. — vol. VI. epistolae Pauli *ad Gal. Ephes. et Thessal.* editio altera auctior et emendatior: curauit *Thom. Christ. Tychsen*, ibid. 1791. 8. — vol. IV. complectens *epistolam Pauli ad Romanos*, ib. 1786. 8. — vol. IX. Koppianae edit. *Epistolae catholicae*: fascic. I. exhibens epistolam *Jacobi*, illustratam a *Dau. Jul. Pott*, ibid. 1786. 8. — auct. et emendatior ed. altera, 1799. 8. — fascic. II. complectens *vtramque epistolam Petri*, cum perpetuis adnotatt. *D. J. Pott*, ib. 1790. 8. — edit. altera, 1810. 8. — vol. VII. pars I. complectens *epp. Pauli ad Timotheum, Titum et Philemonem*, illustratas a *Jo. Henr. Heinrich*, ib. 1798. 8. — pars II. s. *Pauli epistolae ad Philippenses et Colossenses*, ab eod. illustratae, 1803. 8. — Tum notandae sunt peculiares quarumdam epistolarum edd.: *Pauli ad Philemonem epist.* gr. et lat. illustrata a *Lebr. Christ. Gottl. Schmidio*, Lips. 1786. 8. — *Epp. ad Corinthios* edidit *Jo. Chr. Frid. Schulz*, Halae Sax. 1784. et 1785. II. tom. 8. — *Epp. ad Corinthios*, gr. perpetua annotat. illustratae a *F. A. W. Krause*, Francof. ad M. 1792. mai. 8. vol. I. complectens epist. priorem. Idem vertit germanice notisque illustrauit epist. ad Galatas, ibid. 1788. 8. — epist. ad Ephes. 1789. et epp. ad Philipp. ac Thessal. ib. 1790. 8. — *Ep. ad Corinthios* II. perpetua annotat. illustrata a *J. G. F. Leun*, Lemgou. 1804. 8. — *Epist. ad Romanos*, graece, ex recensione nouissima Griesbachii, cum commentario perpetuo edidit *Chr. Frid. Boehme*, Lips. 1806. mai. 8. *) — *Pauli epist. ad Philippenses*, gr. ex recensione Griesbachiana, noua

*) Conf. censuram in: *Neue Leipz. L. Z.* 1806. nr. 138. m. Oct. vbi etiam quaedam loca aliter explicantur, ita vt illa interpreti huius epistolae Paulinae haud parum prodesse possit.

noua verſione latina et annotatione perpetua illuſtrata a M. *J. G. am Ende*, Witteberg. 1798. 8. — Add. *Jo. Frid. Krauſe* diſſ. inaugural. praeſide D. S. Th. Wald, an epiſtola Pauli ad Philippenſes in duas epiſtolas, easque diuerſis hominibus ſcriptas, diſpeſcenda ſit? Regiomonti, 1811. 4. Contra *Heinrich* negat. Conf. *Neue Leipz. L. Z.* 1811. nr. 38. — Id. *Krauſe* in progr. ſcripſit Obſeruatt. critico-exegeticas in Pauli epiſt. ad Philipp. cap. I. et II. ibid. 1810. 4. — Specimen academicum, ſ. diſput. *D. H. Wildſchut*, praeſide *H. Royaards*, de vi dictionis et ſermonis elegantia, in epiſtola *Pauli ad Philemonem* conſpicuis, Traiecti ad Rh. 1809. mai. 8. Ineſt quoque commentarius in illam epiſtolam. — Authentia prioris epiſtolae ad Timotheum ab Schleiermacheri dubitationibus nuper vindicata eſt ab *Henr. Plank* in: *Bemerkungen über den erſten Pauliniſchen Brief an den Timotheus, in Beziehung auf das kritiſche Sendſchreiben des Herrn Prof. Fr. Schleiermacher, von Heinr. Plank*, Gotting. 1808. 8. et a *Wegſcheidero* in: *Die Paſtoral-Briefe des Apoſtels Paulus: neu überſetzt und erklärt, mit einleitenden Abhandlungen, herausgegeben von Jul. Aug. Ludwig Wegſcheider*, tom. I. etiam cum ſpeciali titulo: *Der erſte Brief des Apoſt. Paulus an den Timotheus, neu überſetzt u. erklärt mit Beziehung auf die neueſten Unterſuchungen über die Authentie deſſelben* etc. Gotting. 1810. mai. 8. nec non a *Joach. Frid. Beckhaus* in diſput. praeſide Luca Suringar habita, et inſcripta: Specimen obſeruationum critico-exegeticarum de vocc. ἁπαξ-λεγομένοις et rarioribus dicendi formulis in prima ad Timotheum epiſtola Paulina obuiis, authentiae eius nihil detrahentibus, Lingae, 1810. mai. 8. — Denique, (nam omnes, qui permulti ſunt, libros maioris minorisque molis, in quibus de vita, eruditione,

ditione, scriptis, dicendi genere, itineribus fatisque Pauli agitur, aut eius epistolae harumue particulae varia ratione explicantur, enumerare, nimis alienum est ab instituto nostro,) tantum quaedam iuuat adhuc commemorare. Spuriae sunt: 1) *Epistola ad Laodicenses*, de qua praeter alios egerunt *Huthius* in disp. *Epistola ex Laodicea in encyclica ad Ephesios adseruata*, Col. IV. 16. Erlangae, 1751. 4. et *Leonh. Car. Justi über Coloss. IV.* 16. *Neuer Versuch eines Beweises, dass der hier erwähnte Brief aus Laodicea der Brief an die Epheser sey, nebst kritischen Folgerungen für die Meinung, diesen als ein Circular-Schreiben anzusehen*, in eius *Vermischten Abhandlungen über wichtige Gegenstände der theologischen Gelehrsamkeit*, 2te *Sammlung*, Hal. Sax. 1798. 8. nr. II. p. 81 sqq. — Breuis, at docta obseruatio quasi in transitu inserta est cel. *Matthaei* in Lips. *A. L. A.* 1800. nr. 188. p. 1851 sq. in qua negat, Basilium in suis codd. legisse ἐν Λαοδικείᾳ, nec vllum cod. ἐν Λαοδικείᾳ habere testatur. — 2) *Epistolae ad Senecam*, et *Senecae ad Paulum*. v. *Fabricii* Cod. N. T. apocryphum, et M. *Christi. Wilh. Loescherum* de epistolis Pauli ad Senecam hypobolimaeis, Witteberg. 1694. 4. — Epistolae duae apocryphae, altera Corinthiorum ad Paulum apostolum, altera Pauli apostoli ad Corinthios, quae dicitur periisse, ex cod. Ms. Armenico integro nunc primum editae separatim: graece ac latine versae, cum notis Whistoniorum, cum praef. et animadu. *Jo. B. Carpzouii*, Helmstad. 1776. 4. altera ed. Lips. 1776. 8. — *Euthalii* episc. Sulcensis, Actuum apostolor. et XIV. S. Pauli aliarumque septem catholicarum epistolarum editio ad Athanasium iuniorem, episcop. Alexandr. gr. et lat. vulgata est a *Laurent. Alex. Zacagnio*, Romae, 1698. 4. nr. 4. Sed filum abrumpere cogor.

9. *Pa-*

9. *Petrus*, antea *Simon* dictus, a. C. LXVIII. (ſecundum alios a. C. LXIV. aut LXV.) cruci adfixus viuere deſiit. Scripſit duas *Epiſtolas*, quamquam fuerunt, qui eas Petro perperam abnegarent: nec tamen deſuerunt, qui vtriusque authentiam vindicarent atque demonſtrarent. *Herm. Heimart Cludius* quidem in: *Uranſichten des Chriſtenthums*, Altonae, 1808. 8. p. 296 ſqq. opinabatur, auctorem prioris epiſtolae non fuiſſe Petrum apoſtolum, ſed presbyterum *Petrum*, Judaeo-chriſtianum in Aſia minore. Enimuero vindices exſtiterunt prioris epiſtolae D. *Auguſti* in progr. inſcripto: Noua, qua primae Petri epiſtolae αὐθεντία impugnatur, hypotheſis ſub examen vocatur, Jenae, 1808. 4. et poſterioris epiſt. D. *Jo. Chr. Dahl* in diſſ. de αὐθεντία epiſtolarum Petrinae poſterioris atque Judae, Roſtoch. 1807. 4. de qua conf. quoque paullo poſt in §. 11. ſcripta. Inter recentiores enim poſteriori epiſtolae fidem, originem atque auctoritatem diuinam abnegare conatus eſt *Jo. Frid. Gruner* in: *Praktiſche Einleitung in die Religion der heil. Schriſt*, Hal. 1773. 8. p. 57 ſq. Contra vindicarunt quoque eam Petro *Frid. Eberhard Boyſen* in: *Verſuch einer praktiſch. Erklärung der beyden Briefe Petri und des Briefes Judae*, Hal. 1775. 8. p. 265 ſq. ac *Frid. Aug. Ludou. Nietzſche* in: Epiſtola Petri poſterior auctori ſuo, inprimis contra Grotium vindicata atque adſerta, Lipſ. 1785. mai. 8. — More Koppii editae ſunt *Epiſtolae catholicae*, graece; perpetua adnotatione illuſtratae a *Dau. Julio Pott*: vol. II. complectens *vtramque epiſtolam Petri*, Gotting. 1790. 8. et a *Jo. Bened. Carpzov* in libro inſcripto: *Epiſtolarum catholicarum ſeptenarius*, graece: *Petri* duae epiſtolae, *Jacobi* vna, *Joannis* tres, *Judae* et *Jacobi* vna: cum noua verſione lat. ac ſcholiis grammaticis atque criticis etc. Halae,

Halae, 1790. mai. 8. — D. *Jo. Sal. Semleri* Paraphrasis in epistolam I. Petri, cum latinae translationis varietate etc. Hal. Sax. 1784. 8. Is quidem, haud pauca loca, arbitratur, esse ab interpretibus aliisque inserta; sed censores contra hanc aliasque opiniones mouerunt dubitationes. — Sub Petri nomine olim *Epistola ad Jacobum* et *Missa apostolica*, siue diuinum sacrificium S. apostoli Petri, perperam circumferebantur.

10. *Jacobus minor*, a. C. 60. aut 62. e lorica templi per Judaeos deiectus, fullonisque baculo ad mortem vsque caesus dicitur. Scripsit *epistolam;* at enim num Jacobus, frater Christi, diuersus fuerit a Jacobo, Alphaei filio, et num prior, an posterior epistolam exarauerit, tam veteres, quam recentiores dissentiunt *). — *Jo. Bened. Carpzou.* edit. peculiaris *Epistolae Jacobi catholicae*, gr. in sectiones nouas diuisae, cum noua versione lat. scholiisque primum prodiit Helmstad. partt. II. 1782. et 1783. 4. dein iuncta cum aliis epp. de qua v. in §. antecedente. — Sctorum *Jacobi* et *Judae* apostolorum epistolae catholicae, — lat. vertit *Seb. Seemiller*, Noriberg. 1783. 8. — *Der Brief Jacobi übersetzt und mit Anmerkung. erläutert von E. F. Rosenmüller*, Lips. 1787. 8. — *Jacobum* epistolam suam primum syriace scripsisse, contendit *Jo. Melch. Faber* in prolus. Obseruatt. in epistolam Jacobi ex Syro, Coburg. 1771. 4. — Falso adtributa fuerunt Jacobo: 1) *Proteuangelium*, siue de natalibus Jesu Christi et ipsius matris Virginis Mariae; 2) *Euangelium infantiae Christi*, quod alii Matthaeo,

*) Conf. *Pott* in prolegomen. ad edit. supra in §. 8. laudatam, D. *Gottlob Christi. Storr* in Opusc. academicis, ad interpretationem libror. sacrorum pertinentibus, in prima commentat. Tubing. vol. II. 1797. 8. etc. Sed vindicant epistolam Jac. apostolo *Jo. Frid. Gruner* aliique.

thaeo, alii Thomae *) olim adfinxerant; 3) *Liturgia* quaedam, cuius tamen ante medium saeculum quintum nuſpiam facta eſt mentio.

11. *Judas, frater Jacobi minoris,* de quo tamen, et quando, aut num ipſe *Epiſtolam* ſcripſerit, alii aliter ſentiunt. *Dahl* in diſſ. in §. 9. laudata ex collatis epiſtola Petri poſteriore et Judae epiſtola colligit, epiſtolam Judae eſſe imitationem epiſtolae Petrinae, et ita ſeriorem; dubitat tamen, epiſtolam ab ipſo Juda apoſtolo ſcriptam eſſe, ſed putat, a quodam presbytero Juda, prima Chriſtianiſmi aetate viuente, aut ab eo, ad quem epiſtola Petri erat miſſa, vt cum iis coetibus, in quibus falſi doctores orti fuerant, eam communicaret. — Editionem epiſtolae Carpzouianam iam in §. 7. et 9. excitauimus. Separatim prodiit *Epiſtola Judae* graece, commentario critico et annotatione perpetua illuſtrata ab *Henrico Car. Alex. Haenlein,* Erlangae 1799. 8. Is contendit, Judam fuiſſe fratrem Jacobi minoris. — *Petrus Kirſtenius* edidit *Epiſtolam S. Judae* ex msto Heidelbergenſi arabice, ad verbum translatam, additis notis et textuum graecor. et verſionis latinae vulgaris collatione, Vratislau. 1611. fol. — *Frid. Joach. Haſſe* in introd. ad libr. *Der Brief Judae überſetzt und erläutert aus einer neu eröffneten Quelle,* (n. ex Zendaueſta, ex quo quidem fonte parum lucri poterit hauriri,) Jenae 1786. 8. inter alia arbitratur, auctorem epiſtolae non fuiſſe apoſtolum, nec Jacobi nec Jeſu fratrem, ſed cognatum Jacobi iunioris, epiſtolamque ſcriptam eſſe et ad

*) *Thomas* num Indorum et Orientalium fuerit apoſtolus, v. *Aſſemann.* in Bibliothec. orient., vol. IV. p. 25 ſqq. 435 ſq. 463. 516. — *Thomae euangelium Mingarellus* in Nuova Raccolta d'Opuſcoli ſcientifici e filologici, Venet. 1764. tom. XII. p. 13 ſqq. e cod. Bonon. auctius cum lectt. varr. in lucem emiſit.

ad Judaeo-Christianos, vt hos reuocaret a defectione, missam circ. a. Chr. 60—70. sed haud satisfecit censori in Nou. ephem. Lips. 1786. nr. 103. p. 1633 sqq.

Liturgias, canones apostolicos, (saepius editos, et de quibus magna orta est et agitata controuersia,) et *alia apostolorum ac discipulorum opuscula* suppostitia collegit doctisque animadversionibus instruxit *J. A. Fabricius* in Codice apocrypho N. T. part. I. II. Hamburg. 1703. 8. et part. III. ib. 1719. 8. (conf. Fabr. B. Gr. IV. p. 822 sqq.) — Plura sunt adlata et copiose exposita in Opere inscripto: *Auctarium cod. apocryphi N. T. Fabriciani*, continens plura inedita, alia ad fidem codd. Msst. emendatius expressa. Congessit, disposuit, edidit *Andr. Birch.* Fasciculus primus. Hafniae 1804. 8. Insunt: 1) *Euangelium Nicodemi, siue Acta Pilati: textus latinus ex recensione Fabricii,* (sed textus lat. a Fabricio editus omnium pessimus esse dicitur;) *textus graecus* ex codd. Paris. et Palatino-Vaticano 269. quibus adduntur variae lectt. codd. *Corsini et Einsidlensis.* *) Textus originalis hebraeus periit, isque videtur fuisse breuissimus; sed ex versionibus colligitur, illum plura subinde accepisse

*) Codicis antiqui, qui est in bibliotheca congregationis s. coenobii Einsiedelensis, *(Einsiedeln,)* lectiones variae collectae et a. 1791. editae sunt ad calcem libri: *Jo. Jac. Hess Bibliothek der heil. Geschichte* etc. part. I. Postea separatim prodiit Disquisitio historico-critica de indole, aetate et vsu libri apocryphi, vulgo inscripti: *Euangelium Nicodemi,* auctore *Guil. Lud. Brunn,* Berolini 1794. 8. Sed conf. *Göttingische Bibliothek der neuesten theolog. Litteratur,* editam a *Schleusnero* et *Stäudlin,* tom. I. vbi censor de textu et edd. *Nicodemi* euangelii p. 762 sqq. agit, et Hessii sententiam, a Fabricio textum esse repetitum ex Grynaei monumentis patrum orthodox. facit dubiam; add. Ephem. litterar. Noribergens. a. 1794. plag. 94. p. 745 sqq. et *Birch* in Auctario, qui etiam Hessii sententiam refutat.

cepiſſe additamenta. Birch autem ita diſpeſcuit verſionum textum: a) breuior ἔκδοσις, ad quam pertinent codd. graeci Pariſ. et Monac. Bauar. ac verſio Franco-gallica, (in libello romanenſi: La très élegante, melliflue et très plaiſante hiſtoire du Roi Perceforeſt, 1513.) b) longior verſio, ad quam pertinet cod. gr. Vatican. et lat. verſio in codd. Corſini et Einſiedel. c) longiſſima, quae eſt edita a Grynaeo. Verſio gr. codicis Pariſ. eſt aeuo Theodoſii ſcripta. — 2) *Diuerſae ad Tiberium Caeſarem de Chriſto relationes, Pilato tributae*, n. a) Ἀναφορὰ Πιλάτου, (quam quidem Fabric. tom. III. p. 972. ex cod. Colbert. iam dederat; Birch tamen ſimile exemplar, ratione autem linguae et narrandi generis diuerſum reperit in cod. Vindobon. quare is textum et Fabric. et codicis Vindobon. excudi fecit;) b) Reſcripta Tiberii ad Pilatum; c) Παράδοσις Πιλάτου. — 3) *Narratio de Chriſti apprehenſione et morte,* Joſepho ab Arimathia adſcripta. — 4) *Proteuangelium, Jacobo, fratri Chriſti, adſcriptum, gr. cum varietate lectionis codd. Vatican.* 455. et 654. *et verſionis Poſtelli.* — 5) *Apocalypſis Joanni apoſtolo adſcripta* ex cod. Palatino-Vaticano 364. (vitioſe tamen ſcripto,) *adiecta lectionis varietate codicis Vindobon.* — 6) *Capita nonnulla libri, qui in cod.* 455. *Vatic. inſcribitur* Περίοδοι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου — παρὰ Προχώρου μαθητοῦ αὐτοῦ — *cum textu latino ex Biblioth. max. PP.* tom. II. p. 46 ſqq. et *verſione fragmentorum coptorum latina a Mingarello* faſcic. II. p. 302 ſq. *publicata.* — Presbyterorum et diaconorum Achaiae de martyrio *S. Andreae apoſtoli* epiſtola encyclica, graece verſa, notis et diſſ. illuſtrata eſt a *Car. Chriſtiano Woog,* Lipſ. 1749. 8. Sed conf. longam cenſuram in *Baumgartenii Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* tom. IV. p. 360 ſqq.

CAPVT

CAPVT III. SECTIO II.

De patribus, qui vocantur, et reliquis ſcriptoribus eccleſiaſticis.

1. De his in vtramque partem tam copioſe a multis VV. DD. eſt diſputatum, vt pauca tantum indicare h. l. ſufficiat. Illorum tamen memoriam, quum pro ſua quisque dignitate, factis, eruditione meritisque famam et celebritatem nominis eſſet conſequutus, omnino omittere nefas eſſe duxi: neque vllum, vel parum rei theologicae et antiquarum doctrinarum intelligentem, negaturum eſſe arbitror, illorum lectionem critico N. T. interpreti *), diligentiori cum ciuilis et litterariae, tum inprimis eccleſiaſticae hiſtoriae indagatori, et, quoniam ab illis multa veterum auctorum loca adferuntur, omnis philologiae atque antiquitatis veterisque philoſophiae cultori eſſe vtilem et neceſſariam: adhibendum tamen eſſe iudicium, ne falſa dubiaue narratione aut praua interpretatione doctrinaque peruerſa quorumdam decipiatur, ab aliis abunde demonſtratum eſt. Nonnulla tantum VV. doctor. ſcripta h. l. laudabo. — *Gottlieb Stolle aufrichtige Nachricht von dem Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter der erſten 400 Jahre nach der Geburt unſers Heilandes*, Jenae 1733. 4. Sed Stollium neque aequum neque idoneum ſediſſe iudicem, alii docuerunt. — D. *Jo. Ge. Walch.* Bibliotheca patriſtica, litterariis adnotatt. inſtructa, Jenae 1770. 8. — D. *Chriſti. Wilh. Franz Walchs Grundſätze der zur Kirchenhiſtorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren und Bücherkenntniſs*, ed. 2da auctior et correctior, Gotting. 1773. 8.

*) Conf. *Jo. Seuerin. Vater* Spicilegium I. obſeruationum ad vſum Patrum graecor. in criſi N. T. pertinentium, disput. inauguralis d. 28. Sept. 1810. 8. Regiomonti habita. Spicilegium II, disp. ibid. 11. Oct. 1810. ventilata.

8. praecipue sect. IV. §. 104 sqq. p. 63 sqq. *Von der zur Kirchenhistorie gehörenden Bücherkenntniss.* — *Christian. Friedr. Rösler Bibliothek der Kirchenväter in Uebersetzungen und Auszügen aus ihren fürnehmsten, besonders dogmatischen Schriften, sammt dem Original der Hauptstellen u. nöthigen Anmerkungen,* I—X. partt. Lips. 1776—1786. mai. 8. — *Jo. Chr. Fr. Wundemann Geschichte der christlichen Glaubenslehren vom Zeitalter des Athanasius bis auf Gregor den Grossen,* Lips. 1798 sq. 8. II. tom. — *Abhandlung zur Dogmengeschichte der ältesten griechischen Kirche bis auf die Zeiten Klemens von Alexandrien,* (auctore M. *Gaabio,*) Jenae 1790. 8. — *Jo. Ge. Rosenmüller* XXXIV. programm. de fatis interpretationis sacrarum litterarum in ecclesia, Lips. 1789—1808. 4. Aucta sunt et collecta ab eodem in libro: Historia interpretationis librorum sacrorum in ecclesia christiana inde ab apostolorum aetate vsque ad Origenem, pars I. Hildburgh. 1795. 8, pars II. 1798. pars III. continens periodum II. ab Origene ad Jo. Chrysostomum, a Cypriano ad Augustinum, 1807. — Memoranda quoque est *Chrestomathia patristica,* ad vsum eorum, qui historiam dogmatum christianorum accuratius discere cupiunt, adornata a *Jo. Christiano Guil. Augusti,* D. et Prof. Theologiae etc. vol. I. Tractatus ex patribus Graecis continens. Lips. 1812. mai. 8.

2. Plures scriptores ecclesiastici, saepe in multis voluminibus comprehensi, prodierunt: de quibus collectionibus et de *Catenis* siue comprehensionibus expositionum librorum sacrorum e diuersis patrum ecclesiasticorum collectionibus vberius egerunt *Thom. Ittigius* de bibliothecis et catenis patrum variisque veterum scriptorum ecclesiasticorum collectionibus, Lips. 1707. 8. *Jo. Ge. Walch.*

in

in Bibliotheca theolog. selecta tom. III. cap. VII. sect. IV. p. 382 sqq. *Hamberger.* in *Zuverlässigen Nachrichten* etc. tom. I. p. 174 sqq. De *Catenis* in specie *Jo. Christoph. Wolf* in diss. Catenas patrum graecas, easque potissimum Mss. ex codd. quibusdam Anglicanis sistente, Vitteberg. 1718. *Jo. Aug. Noesselt* in disput. de Catenis patrum graecorum in N. T. Obseruationes, Halae Magdeb. 1762. 4.

3. Quidam patres, iique antiquissimi ecclesiarum doctores et apostolorum aequales, saeculo I. et II. ipsi *apostoli* aut *patres apostolici* dicti sunt. Eorum scripta collegerunt *Jo. Baptista Cotelerius* in Ecclesiae graecae monumentis, tom. I —IV. gr. et lat. cum notis, Lutetiae Paris. 1677 —1692. 4. — ed. altera auctior et correctior: accesserunt notae integrae aliorum virorum doctor. et quaedam alia opuscula; recensuit et notulas aliquot suas aliorumque adspersit *Jo. Clericus*, tom. I. et II. Amstel. 1724. fol. — SS. patrum apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii Opera genuina, vna cum Ignatii et Polycarpi martyriis, versionibus antiquis et recentioribus, varr. lectionibus selectisque variorum notis illustrata. Accesserunt S. Ignatii Epistolae tum interpolatae, tum supposititiae, cura *Richardi Russel*, Lond. 1746. 8. II. voll. De singulis paucis agemus.

1. *Barnabas*, qui Joses antea vocabatur, religione Judaeus ex tribu Leui natus; Cyprius ortu, legatos et disciplinam Soteros nostri diuini sectatus. Sub eius nomine circumfertur *Epistola catholica*, quam habent genuinam Clemens Alexandrinus et Origenes, et e recentioribus *Grynaeus* in interpretatione patrum apostolicorum, *Galland* in Bibliotheca veterum patrum, (Venet. 1765. etc. fol. XIII. voll. quibus accessit vol. XIV. s. veterum patrum ecclesiasticorumque scriptorum analecta nona etc. Venet. 1781. fol.) *Less* in

Wahr-

Wahrheit der christlichen Religion etc. p. 17 sqq. et *W. Wake* ad versionem anglicam epistolarum, (quas genuinas in inscriptione iam nominat,) apostolicorum patrum Barnabae, Ignatii, Clementis, Polycarpi, et Hermae Pastoris, Lond. 1693. 8. correct. ib. 1719. 8. et quartum, ibid. 1737. 8. E contrario Eusebius et Hieronymus, quos hodie plerique sequuntur, eam supposititiam esse iudicarunt. Atque *Sam. Gottlieb Lange* in: *Ausführliche Geschichte der Dogmen oder der Glaubenslehren der christlichen Kirche nach den Kirchenvätern*, (de quibus eorumque potissimum scriptis agit,) Lips. tom. I. 1796. 8. habet istam epistolam pro opere cuiusdam Judaeo-Christiani Alexandrini, saec. II. vel ineunte vel medio. Eam primum e tenebris eruit notisque et obseruatt. illustrauit *Hugo Menardus*, post cuius mortem curauit editionem *Lucas Dachery*, gr. et lat. Paris. 1645. 4. — Tum inprimis ope trium codd. multo emendatiorem, cum notis et cum epistolis genuinis *S. Ignatii*, gr. et lat. edidit *Is. Vossius*, Amstel. 1646. 4. — cum *Hermae pastore*, additis ad calcem breuibus *Ed. Bernardi* in Barnabae epistolam notis, curante *Jo. Fellio*, Oxon. 1685. 12. — cum epistola *Polycarpi*, cum vberrimis obss. et adnotatt. edid. *Stephanus le Moyne*, in eiusd. variis sacris, tom. I. Lugd. Bat. 1685. 4. — gr. et lat. cum notis variorum, in *Jo. Clerici* Patribus apostolicis, tom. I. Amstel. 1724. fol.

2. *Dionysii Areopagitae*, primi, vt volunt, Atheniensium episcopi, libri, qui sub eius nomine circumferuntur, multo recentioris sunt aeui, forsan saeculo V. consarcinati. — *S. Dionysii Areopagitae* Opera, scil. de coelesti hierarchia, de diuinis nominibus, de pontificali dignitate, de mystica theologia, epistolae et martyrium eiusd. S. Dionysii, graece, Florent. Phil. Junta, 1516. 8. (conf. *Ang. Mar. Bandini* Juntarum typographiae anna-

annales, parte 2. Lucae 1791. 8. p. 103 ſq.) — Opp. a *Petro Lanſellio*, gr. et lat. Pariſ. 1615. fol. — Opp. in eadem *Maximi* ſcholia; *Georgii Pachymerae* paraphraſis; *Mich. Syngeli* encomium, graece, II. tom. Pariſ. ap. G. Morel. 1562. 8. — Opp. cum ſcholiis S. *Maximi* et paraphraſi *Pachymerae* a *Balthaſ. Corderio* latine interpretata, et notis theolog. illuſtrata, II. tom. Antwerp. 1634. fol. rec. et *Jo. Chaumontii* defenſione Areopagitae addita, II. tom. Pariſ. 1644. — Opera, ad cod. Veneti D. Marci fidem recenſita et emendata, ſcholia aucta, Venet. 1755. fol. (v. *Jac. Morelli* Bibliotheca Msta graeca et latina, tom. I. p. 88 ſq.) Conf. *Henr. Conr. Arend unpartheyiſche Lebensbeſchreibung des ehrwürdigen Dionyſius Areopagita — nebſt ausführlicher Nachricht von deſſen Schriften und derſelben mancherley Auflagen*, Goslar. 1725. 4.

3. *Clemens Romanus*, incerta fide a. C. 100. martyrio adfectus eſſe perhibetur. Eius epiſtola prior ad Corinthios circ. a. C. 69. ſcripta, multis quidem germana eſſe videtur, Semlero tamen et Roeslero aliisque ſuſpecta: poſterior autem epiſtola ad eosdem iam ab Euſebio atque Hieronymo in ſuſpicionem fidei adducta eſt. Quae reliqua ſcripta ſub eius nomine circumferuntur, ſpuria ſunt. Eius opera, praecipue epp. ad Corinthios, aliquoties prelis exierunt. Ego vero hic tantum memoro: *Clementis* Opera etc. gr. et lat. cum notis variorum in *Clerici* PP. Apoſtol. tom. I. p. 127 ſqq. — Ad Corinthios epiſtolam priorem, et poſteriorem extremam mutilam, (hanc gr. tantum,) ex laceris reliquiis vetuſtiſſimi exemplaris (primus) eruit, lacunas (ex ingenio) explevit, priorem lat. vertit, et notis breuioribus illuſtrauit *Patricius Junius*, Oxon. 1633. 4. — Epiſtolae duae ad Corinthios: interpretibus *Patricio Junio*, *Gottifred. Vendelino* et *J. B. Cotelerio*:

recenſuit et notarum ſpicilegium adiecit etc. *Paul. Colomeſius* etc. Lond. 1687. rec. ab *Ittigio* in Biblioth. PP. Apoſtol. Lipſ. 1699. 8. — Eaedem cum ſelectis varior. notis in *Mich. Ruſſel* Patrib. apoſtol. vol. I. et in *Jo. Lud. Frey* Epiſtolis S. S. patrum apoſtolicorum *Clementis, Ignatii, Polycarpi* gr. et lat. cum variorum adnotatt. Baſil. 1742. 8. atque ſeparatim has epiſtolas cum *Junii, Boiſii* et al. notis emendatius ex noua recenſione edidit *H. Wotton,* Cantabr. 1718. 8. ac primam *Conr. Eberth,* Fuldae 1788. 8. — A *Petro Couſtant* editae ſunt *Epiſtolae romanorum Pontiſicum* et quae ad eos ſcriptae ſunt, Pariſ. 1721. mai. fol. *Couſtant* cum Ittigio et Clerico retinebat Junii recenſionem in Clementis epiſt. E contrario *Car. Traugott Gottlob Schönemann* reddidit contextum a Wottono conſtitutum et meliorem curauit editionem, inſcriptam: *Pontificum romanorum a S. Clemente* vsque ad Leonem M. *Epiſtolae genuinae* et quae ad eos ſcriptae ſunt. — Duobus voluminibus comprehenſae: ex recenſione et cum notis *Petri Couſtantii* et fratrum *Ballerinorum,* in tomo I. Gotting. 1796. mai. 8. — *Conſtitutiones SS. Apoſtolorum* doctrina catholica a *Clemente* romano epiſc. et ciue ſcripta libris octo. *Franciſci Turriani* prolegomm. et explanationes apologeticae in easd. conſtitutiones. Haec nunc primum impreſſa ſunt Venetiis ex offic. Jord. Ziletti, gr. 1563. 4. — latine verſae notisque inſtructae Antwerp. 1578. fol. — *Canones SS. Apoſtol.* per *Clementem* Romanum in vnum congeſti, gr. et lat. *Gregorio Haloandro* interprete: ad calcem Nouellarum *Juſtiniani* a *Gregorio Haloandro* editarum. Norib. 1531. fol. — *Canones* SS. Apoſtol. gr. et lat. cum ſcholiis *Theodori Balſamonis* et *Jo. Zonarae*, gr. et lat. plurimis in locis aucti et emendati etc. cum prolegomenis et notis *Guil. Beueregii,* in eiusd. Synodico

odico ſiue Pandectis canonum, vol. I. p. 1 ſqq. — *Recognitionum* libri X. *Rufino* Torano interprete etc. (cur. *Jo. Sichardo*,) Baſil. ap. Jo. Bebel. 1526. fol. — *Epitome* de rebus geſtis, peregrinationibus atque concionibus S. Petri. Eiusd. *Clementis vita:* gr. ex ed. *Adriani Turnebi.* Pariſ. Adr. Turneb. 1555. 4. — *Duae epiſtolae S. Romani*, diſcipuli Petri apoſtoli, quas ex cod. msto N. T. Syriaci nunc primum erutas cum verſione lat. oppoſita edidit *Jo. Jac. Wetſtenius*, Lugd. Bat. 1752. fol. Sed fidem illarum atque antiquitatem deſtruxerunt *Nathan. Lardner* in diſſert. anglice ſcripta de his II. epiſtolis, Londin. 1753. 8. et *Venema* in Triga epiſtolarum, Harlingae 1754. 8. Priori quidem reſpondit *Wetſtein* Amſtel. eodem anno. Conf. *J. Gottlieb Freudenbergeri* epiſtolam, quae exhibet Hiſtoriam recentioris controuerſiae de Clementis Rom. epiſtolis, Lipſ. 1755. 4.

Clemens autem Rom. diuerſus eſt a *Flauio Clemente*, martyre ſub Domitiano, vt *Franc. Anton. Zaccaria* in diſſ. latinis de rebus ad hiſtoriam atque antiquitates eccleſiae pertinentibus, Fulgini 1781. vol. I. nr. 2. docuit.

4. *Hermas.* Eius aetas et liber, (at ſuppoſititius, iudicibus Semlero aliisque,) *Paſtor* inſcriptus, a *Leſſio* in *Wahrheit der chriſtlichen Religion*, p. 36 ſqq. ſaeculo primo vindicatur, ab aliis minus veriſimiliter collocatur in a. C. circiter 150. — Libri verſio latina integra tribus partibus adhuc exſtat; graeci autem ſermonis tantum fragmenta quaedam. Fragmenta gr. et lat. cum notis ſelectis viror. doctorum reddidit *J. A. Fabricius* in Codicis apocryphi N. T. parte III. Hamburgi 1719. 8. p. 737 ſqq. — *Hermas* editus eſt cum notis *J. Bapt. Cotelerii* inter Patres apoſtol. Par. 1672. fol. — ex recenſione et cum notis *Jo. Felli*, vna cum Barnaba, Oxon. 1685.

12. — in *Ruſſelii* edit. PP. apoſtol. vol. I. — in *Clerici* noua PP. apoſt. editione, Amſtel. 1698. fol. — in *Gallandii* Bibl. patrum, I. p. 49. — *Germanice* vertit et notis illuſtrauit *Jo. Chriſtian Nehring*, Halae Sax. 1718. 8. — *Italice* cum notis *J. Bapt. Gallicioli*, Venet. 1796. 8. etc.

5. *Ignatius*, alias quoque *Theophorus* et in dialecto ſyriaca *Nuranus*, in amphitheatro leonibus obiectus martyrium a. Ch. 116. paſſus eſſe dicitur. Eius aliquot ſuperſunt Epiſtolae, quas Polycarpus collegit, quarum aliae habentur ſpuriae, aliae, et hae ſunt ſeptem, genuinae iudicantur. Germanarum autem epiſtolarum quum duplex ſit recenſio, quaeſtio orta eſt, num longiores, an, quae quidem plurimorum eſt ſententia, breuiores fidem atque auctoritatem mereantur. Nonnullis tamen vtraque recenſio videtur dubia eſſe aut omnino conficta: alii aliter ſentiunt. Saepius prelis exierunt *Ignatii* Epp. inprimis illae ſeptem, quae haberi ſolent genuinae. In Cotelerii, Ittigii, Ruſſelii, Clerici Collectionibus illas quoque reperiri, non eſt, quod pluribus ſignificem; quare paucas tantum edd. commemorabo. *Ignatii* Opuſcula, quae quidem exſtant, omnia graece; cura et ſtudio (Οὐαλεντίνου τοῦ Εἰρηναίου) *Valentii Pacei*, Dilingae 1557. 4. — S. *Ignatii*, martyris, Antiochiae archiepiſcopi, epiſtolae, graece, cum verſione lat. et notis *Guil. Morelii*, Pariſ. G. Morelius, 1558. 8. — *Polycarpi* et *Ignatii* epiſtolae; vna cum vetere vulgata latina, ex III. codd. collatione, integritati ſuae reſtituta. Acceſſit Ignatianarum epiſtolarum (minorum) verſio antiqua alia, ex II. Msst. — nunc primum in lucem edita: quibus praefixa eſt de *Ignatii* et Polycarpi ſcriptis, et de apoſtolicis conſtitutionibus et canonibus Clementi Romano tributis *Jac. Vſſerii* diſſertatio. Oxon. 1644. 4. — Acceſſit: *Appendix Ignatiana*, in qua continentur

nentur 1) *Ignatii* epiſtolae genuinae, ex gr. Medicaeo exemplari expreſſae, et noua verſione lat. explicatae; 2) *Ignatii* martyrium a *Philone, Agathopode* et aliis deſcriptum, ex II. antiquis eiusdem verſionibus nunc primum in lucem editum; 3) Tiberiani, Plinii Sec. et Traiani imp. epiſtolae de conſtantia martyrum illius temporis; 4) Smyrnenſis eccleſiae ep. de *Polycarpi* martyrio, cum antiqua lat. eiusd. metaphraſi; 5) *Jo. Vſſerii* annotatt. in *Ignatii* et *Polycarpi* acta atque in epiſtolas, etiam Ignatio perperam adſcriptas ex edit. eiusd. *Jac. Vſſerii*, Londini 1647. 4. — Epiſtolae genuinae *S. Ignatii* Martyris; quae nunc primum lucem vident ex bibl. Florentina. Adduntur *S. Ignatii* epiſtolae, quales vulgo circumferuntur. Ad haec *S. Barnabae* epiſtola. Acceſſit vniuerſis translatio vetus. Edidit et notas addidit *Iſaac. Voſſius.* Amſtel. 1646. 4. iterum, Londini 1680. — Ex apographo cod. Florent. curatius deſcripto a *C. Aldrichio* emendatiores redditae ſunt *Ignatii* Epiſtolae genuinae, quas nimirum collegit *S. Polycarpus* ſuaeque ad Philippenſes epiſtolae ſubiecit, Oxon. 1708. 8. graece cum emendatiore Vſſerii verſione, et *epiſtola ad Romanos,* (in qua ſuam moriendi cupiditatem declarat Romanis, hosque rogat, ne ſuum prorogarent martyrium,) ex *Ruinarti* actis martyrum repetita. — *Epiſtolae genuinae,* (omiſſis ſpuriis et interpolatis epiſtolis,) iuxta exemplar Mediceum denuo recenſitae, vna cum veteri latina verſione, annotationibus D. *Jo. Pearſoni,* (antea ineditis,) et *Thomae Smithi* illuſtratae. Acced. acta martyrii *S. Ignatii,* epiſtola *Polycarpi* ad Philippenſes, et Smyrnenſis eccleſiae epiſtola de *S. Polycarpi* martyrio, cum veteribus verſionibus et annotatt. *Th. Smithi.* Oxon. 1709. 4. — Septem *Ignatii* epp. genuinas, eiusdemque martyrii acta, cum *Pearſoni* et *Smithi* ſcholiis adiunxit

J. Lud.

J. Lud. Frey S. S. patrum apoſtolicor. epiſtolis, Baſil. 1742. 8. — Epiſtolae et fragmm. in *Gallandii* Biblioth. PP. I. p. 243. et Martyrium S. Ignatii p. 294. — *Ignatii* Epiſtola ad Romanos et fragmm. cum praefat. de Ignatio et eius ſcriptis in *Jo. Ern. Grabii* Spicileg. SS. PP. ſaec. II. Oxon. 1700. 8. p. 1 ſqq.

6. *Papias*, Joannis, Presbyteri, non Apoſtoli, (vti quibusdam viſum eſt,) diſcipulus, Hieropolitanus in Phrygia epiſcopus. Fragmenta quaedam librorum V. λογίων etc. ſiue explanationum ſermonum Domini collegerunt *Halloixius* in Papiae vita tom. I. ſcriptor. orientalium, p. 647 ſq. et *Grabius* alia in Spicileg. tom. II. p. 30 ſq. et ex his repetita a *Gallandio* in Bibl. PP. tom. I. p. 316 ſq.

7. *Polycarpus*, Epiſcopus Smyrnenſis, a S. Joanne Apoſtolo conſtitutus, martyrium fortiter paſſus eſt. Sed in definiendo eius martyrii anno mire diſſentiunt critici. Alii certant pro a. C. 147. alii a. C. 165. conuenientiorem hiſtoriae putant: *Groddeck* denique, de anno et die paſſionis S. Polycarpi, Gedani 1704. 4. Polycarpum, oſtendere ſtuduit, ignis ſupplicium a. C. 169. demum tuliſſe. — Illius, quae ſupereſt, *Epiſtola*, quae tamen num genuina ſit, an ſpuria, diſputant VV. DD. primum edita eſt a *Petro Halloix* tom. I. de vitis ſcriptorum orientalium p. 525. dein cum Ignatii epiſtolis ſaepius prodiit. — Epiſtolae et fragmm. in *Gallandii* Bibl. patrum, I. p. 305.

De *Pantaeno*, viro apoſtolico, eius aetate et patria etc. multa collegit *Mongitor* in Bibl. Sicula, tom. II. p. 216 ſqq. et ibid. p. 126. de *Peregrino*, Syracuſano, a. C. 40. d. III. Nou. concremato, atque diuerſo a *Peregrino*, epiſcopo Tricopolitano, a. Ch. 90. d. XXX. Jan. interfecto, copioſius agit.

Pro-

Prochorus vnus e septem primis Diaconis fuisse et Antiochiae martyrii mortem subiisse dicitur. Ei perperam adscribitur *Historia*, fabulis repleta, *S. Joannis Euangelistae*, cuius discipulus fuisse fertur. Primum illa est graece cum lat. versione Sebast. Castalionis publicata et subiecta Catechesi Martini Lutheri paruae, graeco-latinae, cum aliis apocryphis narrationibus etc. editae a *Michael. Neandro*, Basil. 1567. 8. p. 526 sqq. — Eadem Historia in Orthodoxograph. *Jo. Jac. Grynaei*, Basil. 1569. tom. I. p. 85. — *latine*, sed plenior, in Bibl. PP. max. tom. II. p. 46 sqq.

4. Praeterea alii vixerunt, qui iure iniuriaue dicebantur ecclesiastici, interdum Sancti. Sed de scriptoribus saeculi secundi deperditis, *Melitone, Quadrato, Aristide, Miltiade*, scriptoribus apologeticis, *Hegesippo*, (cuius operis, in quo Apostolorum potissimum res persequutus esse, ac primas ecclesiarum quarumdam origines adtigisse videtur, fragmenta collegerunt *Halloixius* in Hegesippi vita, tom. II. de scriptorum orientalium vitis p. 703 sqq. *Grabius* tom. II. Spicilegii patrum p. 205 sqq. et plura cum Valesii animadverss. *Gallandius* in Bibl. PP. tom. II. p. 59 sqq.) de *Claudio Apollinari, Polycrate, Athenogene* aliisque plura leges in *Fabricii* B. Gr. VII. p. 157 sqq. ibique in Keilii notis.

5. *Justinus Martyr*, Samaritanus, Neapoli Syriae Palaestinae, olim Sichem, hodie Naplouse oriundus, philosophus ac theologus. Quando natus sit, num an. Chr. 89. an 103. aut 119. tum quando per occasionem a sene quodam ab erroribus cultuque deorum ad veram doctrinam christianam sit auocatus *), et quando post nonnulla itinera

*) Conf. *Car. Christ. Gerkenii* diss. de Justini Martyris ad religionem christianam conuersione admodum memorabili, Lips. 1753. 4.

itinera facta calumniis philoſophorum, inprimis Creſcentii Cynici oppreſſus et iuſſu Antonini philoſophi imper. ſecuri percuſſus martyrium ſubierit, non conuenit inter VV. DD. Vid. praeter *Fabric.* in B. Gr. VII. p. 52 ſqq. *Hamberger.* in *Zuverläſſ. Nachr.* II. p. 374 ſqq. et *Saxium* in Onomaſt. I. p. 304. qui permultos, Juſtini vitam ſcriptaque perſequutos, nominant, et quorum prior annum vltimi ſupplicii 163. poſterior autem a. 165. deſignat. Antonino Pio Aug. primam Apologiam, quae in editt. vulgaribus ſecundo loco ponitur, a. C. 139. obtuliſſe videtur. Multa ſcripta ſub eius nomine circumferuntur: quorum tamen nonnulla dubia, nonnulla plane ſuppoſititia habentur. Quaedam Juſtini ſcripta, a veteribus laudata, temporis iniuria perierunt. — *Opera* graece, ex offic. Roberti Stephani, Pariſ. 1551. fol. cum adnotatt. criticis, calci adiectis. — *latine,* interprete *Joach. Perionio,* cum obſeruatt. Pariſ. 1554. fol. et in Bibl. patrum edit. Colon. 1618. tom. II. — ex verſione *Jo. Langi,* Sileſii, paſſim emendata, cum commentariis, Baſil. 1565. fol. rec. ſine commentariis in Bibl. patrum, ed. Lugdun. 1677. tom. II. — Graece et lat. cum verſione Langi, additisque Juſtini λόγῳ πρὸς Ἕλληνας et epiſtola ad Diognetum, notisque et indicibus *Frid. Sylburgii,* qui aliorum obſeruatt. ſuis inſeruit, Heidelberg. ap. Commelin. 1593. fol. Haec ed. recuſa eſt et corollarii in vicem ſubiuncta ſunt opuſcula quaedam Athenagorae, Theophili Antiocheni, Tatiani Aſſyrii et Hermiae philoſ. Pariſ. ap. Cl. Morell. 1615. et ap. Mich. Sonnium, 1636. fol. et haec ed. repetita eſt Colon. ſ. Witteberg. 1686. fol. adiunctus tamen eſt D. *Chriſtiani Kortholti* ad Juſtinum, Athenagoram, Theophilum et Tatianum commentarius, Kilon. primum a. 1675. fol. ſeparatim in lucem emiſſus. — Opera, quae exſtant, omnia, (ex

codd.

codd. emendata, cum verſione lat. correcta,) nec non *Tatiani* adu. Graecos oratio, *Athenagorae* legatio pro chriſtianis, *S. Theophili* tres ad Autolycum libri, *Hermiae* irriſio etc. item in adpendice ſuppoſita *Juſtino* opera cum actis illius martyrii et excerptis opp. deperditorum eiusdem *Juſtini*, et *Tatiani* et *Theophili*: cum msstis codd. collata, ac nouis interpretationibus, notis, admonitionibus etc. illuſtrata opera et ſtudio vnius ex monachis congregationis S. Mauri, (*Prudentii Marani*,) Pariſ. ap. Car. Osmont: in aliis exemplaribus Hagae Com. ap. P. de Hondt. 1742. fol. rec. Venet. 1747. fol. — Opp. gr. cum verſ. lat. in Opp. Patrum graecor. (cura *Fr. Oberthür*,) voll. tribus prioribus, Wirceburg. 1777. 8. — Singulorum ſcriptorum potiores edd. ſunt: Epiſtola ad Diognetum et oratio ad Graecos, primum luce et latinitate donatae ab *H. Stephano* etc. Exc. H. Stephanus, 1592. 4. — Fragmenta *Juſtini* de reſurrectione mortuorum, quae ſeruauit *Damaſcenus* in Parallelis, edidit *Halloix* in vitis illuſtrium orientalis eccleſiae ſcriptorum, tom. II. *Grabius* in Spicilegio patrum, tom. II. Monachi Benedict. in edit. Opp. *Juſtini*, denique *Guil. Abrah. Teller* in progr. Helmſtad. 1766. cum verſione lat. et notis criticis. — *Apologia prima*, cum verſione lat. Jo. Langi notisque et emendationibus variorum et pluribus nouis, edita a *Jo. Ern. Grabe*, Oxon. 1700. 8. — *Apologia ſecunda*, gr. ac lat. cum notis variorum, edita ab *H. Hutchin*, Oxon. 1703. 8. — *Apologiae duae* et dialogus cum Tryphone Judaeo, gr. et lat. cum notis et emendatt. *Styani Thirlbii*, Londini 1722. fol. — *Apologiae*, e recenſ. Grabiana: varr. lectt. et coniecturas VV. DD. et ſuas addidit *Chriſtian. Guil. Thalemann*, graece, Lipſ. 1755. 8. — cum Tryphone Judaeo dialogus, gr. ac lat. cum notis variorum pluribusque nouis, et *Juſtini*

fra-

fragmentis, calci adiectis, edit. a *Sam. Jebb*, Lond. 1719. 8. — *Apologiae duae*, a *Car. Afhton*, gr. ac lat. Cantabrig. 1768. 8. — *Zweite Apologie und Beweis der Alleinherrfchaft Gottes, griechifch und deutfch mit erläuternden Anmerkuugen: nebft einem Anhange über das Leben, die Schriften und Lehren diefes Kirchenvaters, von Joh. Adam Göz*, Norimb. et Altdorf. 1796. 8. — Apologiae, dialogus et fragmm. cum notis, in *Galland.* Bibl. patrum. I. p. 411. — Conf. *Röfsler Bibl. der Kirchenvät.* tom. I. p. 104 fqq. addito textu graeco; atque permulti, qui de Juftino, eius fcriptis et doctrina atque opinionibus varia diuerfaque ratione disputarunt, aut iudicarunt, a me et Fabricio alibi funt memorati.

6. *Athenagoras*, Athenienfis, philofophus Platonicus et theologus chriftianus. *Legationem pro Chriftianis*, (πρεσβείαν περὶ Χριστιανῶν,) a. C. 166. M. Aurelio et L. Vero obtuliffe videtur *Saxio* in Onom. I. p. 318 fq. aliisque. Contra ea a. 177. id factum, et libellum Marco Aurelio huiusque filio, Commodo, fuiffe infcriptum, cum Mosbemio contendit *Hamberger* in *Z. N.* II. p. 405 fqq. — Scripfit quoque *de refurrectione mortuorum*: de fide tamen vtriusque libri dubitat *Semlerus*. Secundum *Sam. Gottlieb Lange* in: *Ausführliche Gefchichte der Dogmen* etc. Lipf. 1796. 8. tom. I. p. 190 fqq. Athenagoras primus fuit, qui Platonicam philofophiam cum doctrina chriftiana mifceret. — Vterque liber, (vt latinas editt. omittam,) editus eft gr. et lat. ex offic. Henr. Stephani, 1557. 8. — gr. et lat. ad Mss. fidem recogn. cum paucis editoris *(Jo. Felli)* notis et coniecturis, Oxon. 1682. 12. — gr. et lat. cum Gesneri ad Apologiam et H. Stephani ad vtrumque libr. notis, Oxon. 1682. 12. — gr. et lat. cum notis *Fronton. Ducaei*, in Auctario biblio-

bliothecae patrum, Parif. 1624. fol. vol. I. p. 50. — gr. et lat. additis notis variorum et nouis D. *Adami Rechenbergii*, Lipf. II. voll. 1684. 1685. 8. — Praeclara plenaque editio et noua recenfio vtriusque libri eft gr. et lat. cum emendatt. variis lectt. adnotatt. et propriis et variorum, cura *Eduard. Dechair*, Oxon. 1706. 8. — gr. et lat. cum notis *Prudentii Marani*, codd. msstis vfi, cum eiusd. Iuftino, Hag. Com. 1742. fol. p. 277 fqq. — in *Gallandii* Bibl. PP. II. 3. — Commoda eft edit. *Athenagorae deprecatio* (vulgo *legatio*) *pro Chriftianis*, cum varietate lectionis et perpetuo commentario M. *Jo. Gottlieb Lindneri*, Longofaliffae 1774. 8. — eiusd. curae pofteriores in Athen. deprecationem, ibid. 1775. 8. — Perperam adtributus eft Athenagorae liber romanenfis, n. opus *de vero et perfecto amore*, ex gallica tantum verfione *Fumaei* (Fumée) Parif. 1612. 12. notus.

7. *Tatianus*, Syrus, rhetor et philofophus, artibus ac difciplinis Graecorum diligenter excultus, poftea Romam delatus, lecto facro codice profeffus eft doctrinam chriftianam, et ab ore Juftini Martyris pependit. Hoc vero ad fupplicium rapto, Tatianus euafit, Syriamque repetiit, et in Mefopotamia circ. a. C. 172. nouam, eamque peruerfam, qua nomen fuum infamauit, condidit haerefin, quae Ἐγκρατιτῶν dicitur. Ex fcriptis eius ad aetatem noftram tantummodo peruenit *oratio* ad Graecos: cuius prima editio eft graece per *Jo. Frifium*, cum interpretatione lat. et adnotatt. *Conradi Gesneri*, cum Sententiarum fiue capitum, theologicorum praecipue, ex facris et profanis libris, tom. III. per *Antonium* et *Maximum* monachos olim collectis etc. per *Conr. Gesnerum* editis, Tiguri 1546. fol. p. 276. — eadem recufa, gr. cum verfione *Conr. Gesneri*, in Orthodoxographis, Bafil. 1555. fol. — gr. cum verfione

Ges-

Gesneri et notis *Ducaei*, in Auctario biblioth. PP. Paris. 1624. fol. — Meliores editt. sunt, quas *With. Worth* cum *Hermiae* irrisione gentilium philosophorum et notis tum suis tum variorum partim integris partim selectis, Oxon. 1700. 8. atque *Prudentius Maranus* gr. ac lat. cum suis notis, et fragmentis operum deperditorum *Tatiani*, cum *Iustino*, Hagae Com. 1742. fol. curarunt. — *Harmonia* autem *euangelica*, quam Victor Capuanus saec. VI. sub Tatiani nomine venditauit, et altera *Harmonia*, quae sub nomine Ammonii Alexandrini lucem vidit, neutiquam possunt ad Tatianum tamquam auctorem referri.

8. *Irenaeus*, ortu Graecus, dein Smyrnae Polycarpi discipulus, (de quo et quando natus ac mortuus sit, permulti scripserunt et varia diuersaque tulerunt iudicia,) atque ab a. Ch. 178. episcopus Lugdunensis; grauis, at moderatus vindex purioris doctrinae christianae, et insectator haereseos Valentinianae. E multis eius scriptis supersunt *libri V. contra haereses*, (ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως βιβλία πέντε,) graece; sed graeci sermonis liber I. et reliquorum librorum fragmenta tantummodo adhuc exstant, latina autem versio minus elegans et semibarbara, nec raro ab Irenaei sensu aberrans, licet antiquissima, Irenaeum ipsum non videtur habuisse auctorem. Deperditorum librorum fragmenta quaedam praecipue Grabius, Massuetus ac Pfaffius colligere atque publicare studuerunt. — *Irenaei* V. libri aduersus haereses, latine versi, ex vetustissimorum codicum collatione emendati per *Erasmum Roterodamum* primum in lucem editi sunt, Basil. ap. Jo. Froben. 1526. fol. ac postea eodem saeculo Basileae et Paris. saepius recusi. — Iidem accuratius, additis Graecis, quae (apud Eusebium) reperiri potuerunt, opera et diligentia *Nic. Galasii*, vna cum eiusd. adnotatt. et indice, (Gene-

(Geneuae) 1570. fol. — Recentiſſimae eaeque ex codd. emendatiores, quamquam diligentiae futurorum editorum largum ſit relictum ſpicilegium, editiones, notisque inſtructae, ſunt *Jo. Ern. Grabe*, Oxon. 1702. fol. et *Renati Maſſuet*, Pariſ. 1710. fol. — Fragmenta anecdota ex cod. Taurinenſi eruit, latine vertit et euulgauit *Chriſtoph. Matth. Pfaffius*, primum in Giornale de' Letterati d'Italia tom. XVI. p. 228 ſqq. rec. cum liturgia Grabiana, in eiusd. Syntagmate diſſertatt. theologicar. Stuttgard. 1721. 8. et a J. A. Fabricio in ed. Hippolyti, Hamburgi 1718. fol. vol. II. — Separatim poſtea ab ipſo Pfaffio edita, huius ſententiae: *Irenaei* fragmm. anecdota, quae ex bibl. Taurin. eruit, lat. verſione notisque donauit, duabus diſſ. de oblatione et conſecratione euchariſtiae illuſtrauit; denique Liturgia graeca *J. Ern. Grabii* et diſſ. de praeiudiciis theologicis auxit *Ch. Matth. Pfaffius*, Hagae Com. 1715. 8. — tum haec editio repetita eſt et inſcripta: *S. Irenaei* ſcripta anecdota, gr. et lat. notisque ac diſſertatt. illuſtrata, denique Liturgia graeca J. E. Grabe aucta, labore et ſtudio *Chr. Matth. Pfaffii*, Lugd. Bat. 1743. 8. II. tom. Quod vero Scipio Maffeius et alii illorum fragmentorum authentiam in dubium vocarunt, et alia contra Pfaffium monuerunt; Pfaffius ſe et fragmentorum integritatem aliquoties ab aliorum criminibus vindicare ſtuduit: hinc quoque plures illorum edd. ſunt enatae: neque tamen poſtea defuerunt VV. DD. qui, genuina illa eſſe, vel negarent vel dubitarent. — Fragmenta IX. *Irenaei*, (quorum tamen quartum iam exſtat in ed. Maſſueti,) in lucem protulit *Münter* in Fragmentis patrum graec. vol. I. nr. 2.

9. *Hegeſippus*, ex Judaeo Chriſtianus, circ. a. C. 178. Eius fragmenta ex Euſebio et Photio collegit *Grabe*, tom. I. Spicilegii p. 205 ſqq. item *Gal-*

Gallandius in Bibl. PP. tom. II. p. 59 ſqq. qui etiam *Valeſii* animaduerſſ. ſubiecit, iisque nonnulla, ex aliis quoque deſumta, addidit.

10. *Theophilus*, initio profanae ſuperſtitionis adſecla, tum Chriſtianus, et labentibus annis circ. a. C. 169. epiſcopus Antiochenus fuiſſe *Saxio* in Onom. I. p. 331 ſq. et pluribus videtur. Contra ea, illum Judaeum ortu et ſectae Sadducaeorum addictum ante ſalutarem vitae et doctrinae emendationem fuiſſe, cenſet *Guſtau. Chriſtoph. Hosmann*, qui *Theophili* libros III. *de deo et fide chriſtianorum contra gentes inſtitutionum* (περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως) *ad Autolycum* e graeco theotiſce vertit, multisque illuſtrauit notis, Hamburg. 1729. 8. Theophilus autem illos libros haud diu ante mortem ſuam circa a. 181. ſcripſerat. Ab Hosmanno tamen, (cuius argumenta haud paucis veriſimilia videbantur,) diſcedit et priſtinam tuetur ſententiam *Sam. Gottl. Lange* in *Geſchichte der Dogmen*, part. I. p. 261 ſqq. de Theophilo eiusque doctrina atque opinionibus. Idem Lange p. 265. obſeruat, Theophilum fuiſſe primum, qui plurium ſuperiorum doctorum philoſophemata ſtuderet conſociare ſuamque de λόγῳ doctrinam ſecundum illos conformaret. Primus graece edidit illos libros *Conr. Gesnerus* cum Antonii et Maximi locis communibus, Maximi Centuriis et Tatiano, Tiguri 1546. fol. atque eodem anno ibid. *latine, Conr. Clauſero* interprete. Ex Clauſeri verſione occurrunt in Bibliothecis patrum Pariſinis et Colonienſ. — graece et lat. cum Clauſeri verſione in Orthodoxographis Jo. Heroldi, Baſil. 1555. fol. p. 285. et in Auctario bibliothecae PP. cum notis *Frontonis Ducaei*, Pariſ. 1624. fol. Illi libri adhaerent quoque multis Juſtini Martyris editionibus. — Separatim illos libros gr. ac latine ad fidem codicis msti Bodleiani et ex parte regii recognitos et pluribus

in

in locis caſtigatos cum notis tum aliorum tum ſuis edidit *Jo. Chriſtph. Wolfius*, Hamburg. 1724. 8. aliaque adiecit, quae ad Theophilum ſpectant. — Conf. *Theoph. Grabener* de Theophilo Antiocheno, Dresdae 1744. et alios, alibi citatos. — Plures fuerunt Theophili, quorum catalogum contexuit *Fabric.* in B. G. VII. p. 106 ſqq. atque de *Theophilo*, Corydalio, Graeco, qui Theologiam in Collegio Graecorum Romae docuit, eiusque libris horumque editt. pluribus egi in Supplementis etc. tom. II. p. 205 ſq.

11. *Hermias*, philoſophus chriſtianus; a Guil. Caueo in Scriptor. eccl. hiſtor. lit. vol. I. p. 81. 82. ad ſaeculi II. exeuntis tempora refertur. Alii, quos vero Caueus refutat, eum iuniorem fuiſſe ſcriptorem putarunt. Eius *Irriſio gentilium philoſophorum*, gr. et lat. primum edita eſt a *Raphaële Seilero*, cum *Cydonii* de contemnenda morte oratione, Baſil. 1553. 8. addita quoque quibusdam Juſtini editionibus. — Eadem gr. et lat. cum *Hieron. Wolfii* adnotatt. in *Guil. Morellii* Tabula compendioſa de origine — veterum philoſoph. Baſil. 1580. 8. p. 180 ſqq. — gr. et lat. cum caſtigatt. *Frontonis Ducaei*, in eiusd. Auctario bibl. PP. Pariſ. 1624. fol. — graece et lat. ad cod. mst. *Thomae Galei*, cum varr. lectt. et *Galei* et *Wilh. Worthi* notis, cum Tatiano, Oxon. 1700. 8. — cum adnotatt. H. Wolfii, Th. Galei, W. Worthi ſuisque graece edidit *Jo. Chriſtoph. Dommerich*, Hal. 1764. 8.

12. *T. Flauius Clemens*, patria forſan Athenienſis, at poſt peragratas Graeciam, Italiam aliasque terras Presbyter et Catecheta Alexandrinus, Pantaeni diſcipulus et magiſter Origenis, philoſophus chriſtianus, vir probus et doctiſſimus, qui, abiuratis ſuperſtitionibus, vel ex doctrina ſcriptisque veterum profanorum argumenta pro veritate doctrinae chriſtianae diligenter collegit. Anno tamen

men Chr. 202. suo se munere abdicare iubebatur: quo anno sit mortuus, non constat. Ex eius libris praecipue memorandi videntur *Protrepticus, Paedagogus* et *Stromateon libri*, laborantes quidem ordine ac perspicuitate; at tamen antiqua eruditione referti et doctissimi. — Editt. praecipuae sunt: Florentina, gr. curante *Petro Victorio*, 1550. fol. — ex recensione et cum castigatt. *Frid. Sylburgii*, Heidelbergae ap. Commel. 1592. fol. — gr. et lat. cum notis et castigatt. Frid. Sylburgii et *Dan. Heinsii*, Lugd. B. 1616. fol. recusa, notis Frontonis Ducaei additis, Paris. 1629. fol. et minus emendate, ib. 1641. atque Colon. siue potius Witteberg. 1688. fol. — Praestantior, cultior et ex codd. emendatior est, quam gr. ac lat. cum notis Heinsii, Wilh. Lowthi aliorumque, suisque curauit *Jo. Potter* addiditque supplementa, a Fello Ittigioque (Lips. 1700. 8.) edita, et fragmenta a Grabio collecta, Londin. 1715. fol. rec. Venetiis, II. voll. 1757. fol. cum nouis fragmentis, a Fabricio collectis ex codd. aut libris editis, et gr. ac lat. ad calcem tomi II. Opp. Hippolyti ab ipso edit. p. 66 sqq. et cum vita S. Clementis, ex tomo III. Adriani Baillet desumta et latine reddita. Fragmenta sunt quoque in *Gallandii* Bibl. vett. patrum, II. p. 153. — Ad exemplar ed. Potterianae rec. gr. et lat. in vol. IV. operis inscripti: SStorum patrum Opp. polemica de veritate religionis christianae contra gentiles et Judaeos, Wirceburg. 1778. 8.

13. *Ammonius*, Alexandrinus, circ. a. C. 250. diuersus ab *Ammonio Sacca*. Scripsit, vti plures VV. DD. statuunt, *Diatessaron* siue *Harmoniam euangelicam*, quae olim Tatiano adscribebatur. Conf. *Fabricii* Cod. apocryph. N. T. p. 378 sq. et supra §. 7.

14. *Hippolytus*, S. Irenaei discipulus, theologus et chronologus, de cuius patria, munere

mor-

mortisque tempore varie diſputant VV. DD. Clarus autem fuit initio principatus Alexandri Seueri circ. a. C. 202. eloquentia litterarumque tam diuinarum quam humanarum ſcientia, et modo in oriente, modo in occidente commoratus eſt. Opuſcula multa, quae ille ſcripſit, ſunt theologici inprimis argumenti. Vtrum vero *Chronicon* ſiue *Canon paſchalis*, a *Joſ. Scaligero* in opere de emendatione temporum, Pariſ. 1583. fol. deinde auctius recuſo Lugd. Bat. ap. Plantin. 1598. *) atque inde Geneu. (Colon. Allobrog.) 1629. fol. editum, Hippolytum habuerit parentem, res dubia quibusdam videbatur. Sed praeter alios opus vindicauit Hippolyto *Franciſcus Blanchinus*, qui id edidit et illuſtrauit in Diſſertatt. duabus de Calendario et Cyclo Caeſaris ac de Paſchali Canone S. Hippolyti Martyris, Romae, 1703. fol. — Praeclara et optima editio eſt: *S. Hippolyti opera* non antea collecta, et partem nunc primum e Mss. in lucem edita, graece et lat. Accedunt virorum doctorum notae et animaduerſiones, ac praeter aliorum commentarios in monumentum paſchale S. Martyris tab. triplici aenea expreſſum diſſertatt. integrae *Franciſci Blanchini* et *Jo. Vignolii* et alia, curante *J. Alb. Fabricio*, Hamburgi, 1716. — et vol. II. inedita hactenus nonnulla illius complexum: graece alia cum lat. interpretatione; alia arabice litteris deſcripta ſyriacis ex Catena in Pentateuchum Ms. bibl. Bodlei. cum verſione *Jo. Gagnierii*, et alia, ibid. 1718. fol. **) — Fabricium

*) Scaliger ex opere de emend. temp. ante edit. II. ſeparatim cum acceſſionibus quibusdam euulgauit: *Hippolyti epiſcopi canon paſchalis cum Joſ. Scaligeri commentario. Excerpta ex computo graeco Iſ. Argyri de correctione paſchatis* etc. Lugd. Bat. 1594. 4.

**) Multus eſt de hac editione *Henr. Sam. Reimarus* in Commentario de vita et ſcriptis Jo. Alb. Fabricii, Hamburg. 1737. 8. p. 146 ſqq.

cium tamen aliis reliquisse spicilegium, obseruarunt VV. DD. et *Car. Christ. Woog* addidit Hippolyti fragmentum ad Prouerb. IX. 1—5. gr. et lat. Lips. 1762. 4. — *Hippolyti* opera exstant quoque in *Gallandii* Bibl. gr. latina veterum patrum, voll. II. p. 409 sqq. qui in Prolegom. de eo disputauit.

Diuersus est *Hippolytus*, Thebanus, saec. XI. et medio saec. X. clarus, auctor *Chronici* a Christo nato ad sua vsque tempora. Illius fragmenta post Canisium et Lambecium ampliora e Msst. gr. et lat. dedit *Emanuel Schelstratenus* in Antiquitatt. ecclesiae illustratis, Rom. 1692. fol. p. 510 — 515. et recudi fecit *J. A. Fabricius* cum vers. Schelstrat. in tom. I. Opp. Hippolyti p. 46 sqq. cum variis lectt. codd. Vatic. ac Vindob. et ed. Canisii: addidit fragm. *de tempore, quo euangelistae sua condiderunt euangelia*, ex cod. Taurin. et fragm. quod Canisius ex cod. Bauar. gr. edidit vertitque latine.

15. *Sext. Julius Africanus*, gente Syrus, Grammaticus et Chronographus, vixit circ. a. C. 221. Ab eo quae scripta esse dicuntur, sunt 1) *Cesti*: quae hodie exstant, ea sunt excerpta, admixtis additamentis ex recentioribus scriptoribus; et edita gr. cum variis lectionibus et notis *Jo. Boivin*, inter Mathemat. vett. Paris. 1693. p. 275. *Cestos* gallice vertit ex cod. graeco *Guischardus* in tom. III. commentariorum: Memoires critiques et histor. sur plusieurs points d'Antiquités militaires par *Charles Guischard, nommé Quintus Icilius*, Berol. 1774. 4. et 8. IV. voll. — 2) *Chronographia*, sed pauca illius operis loca tantum sunt ab Eusebio aliisque seruata: — 3) *Acta martyrii Symphorosae filiorumque*, edita in *Theod. Ruinarti* Actis select. martyr. p. 20. et in Actis SS. Antwerp. ad d. XVIII. Jul. tom. IV. p. 358. sed opus est suppositium: — 4) *Epistola*

stola ad Origenem de Susannae historia, edita cum initio *responsionis Origenis,* graece, per *Dau. Hoeschelium,* cum *Adriani Isagoge in sacras litteras,* August. Vindel. 1602. 4. — eadem cum responsione Origenis, gr. et lat. cum notis *Jo. Rudolfi Wetstenii,* cum *Origenis* dialogo contra Marcionitas, Basil. 1674. 4. p. 220. — 5) *Narratio de iis, quae Christo nato in Persia acciderunt,* ex II. codd. Monacens. primum in lucem edita et latinitate donata in *Jo. Christoph. Freyherrn von Aretin Beyträgen zur Geschichte und Literatur,* a. 1804. part. IV. p. 49 sqq. Sed editor censet, illam *narrationem* aeque ac *Cestos* alium et a Chronographiae scriptore meliore diuersum habere auctorem. Add. *Galland.* in Prolegg. ad bibl. PP. tom. III. c. 26. p. 37 sqq. qui eidem tom. p. 339 sqq. inseruit omnia Chronographiae fragmm. vna cum epistola ad Origenem huiusque responsione, itemque *epistolae ad Aristidem ῥῆσει,* et prolegg. p. XLI. aliud addidit fragmentum, *acta* autem *martyrii Symphorosae* exhibet in tom. I. p. 329. —

De *Origene* supra in sect. I. nr. 4. iam adtuli necessaria scitu.

16. *Gregorius,* antea *Theodorus,* propter miracula, quae edidisse dicitur, cognomine *Thaumaturgi* insigniebatur, Neo-Caesareensis, Origene vsus magistro, et ab hoc in omnibus philosophiae partibus institutus, a cultu deorum ad arripiendam et profitendam christianam doctrinam est adductus; atque in Origenis honorem circ. a. 239. Caesarea Palaestinae abiturus πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsisse et pro numerosa concione recitasse dicitur. Sequenti anno 240. summam curam coetus christiani Neo-Caesareensis per Cappadociam inuitus suscepit; at summa cura atque diligentia vsque ad mortem, quae circ. post a. Ch. 270. ponenda videtur, administrauit. — Opera eius tam

 genuina

genuina quam ſpuria, quotquot reperiri potuerunt, gr. ac lat. cum Miſcellaneis SStorum aliquot patrum graecorum et latinorum etc. edita ſunt a *Gerardo Voſſio*, Tungrenſi epiſcopo, Mogunt. 1604. 4. — rep. melior et plenior eſt ed. additis *Jac. Billii* et *Front. Ducaei* in Metaphraſin in Eccleſiaſten adnotatt. Acc. Opp. Macarii Aegyptii atque Baſilii Seleucienſis, canonicaeque SS. patrum epiſtolae, Jo. Zonarae commentariis illuſtratae, gr. et lat. Pariſ. 1621. fol. — In *Gallandii* bibl. graeco-lat. vett. patrum, tom. III. p. 385. XIV. p. 119. in adpend. — *Panegyricus ad Origenem*, gr. et lat. — cum not. *Dau. Hoeſchelii*, cum Origene contra Celſum, Auguſt. Vindel. 1605. 4. — *Metaphraſis in Eccleſiaſten Salomonis*, gr. et lat. ex interpretatione *Joannis (Oecolampadii,)* Monachi Brigittani, cum notationibus et ex edit. *Andreae Schotti*, Antwerp. 1613. 8. — *Epiſtola canonica*, gr. et lat. cum ſcholiis *Theodori Balſamonis* et *Jo. Zonarae*, in *Guil. Beueregii* Pandect. canon. tom. II. p. 24. — Sermonem in omnes Sctos ex cod. Nan. edidit *Mingarellius*, Bonon. 1770. — Varia fragmenta in veterum patrum eccleſiaſticorumque ſcriptorum analectis nouis, Venet. 1781. fol. nr. 2. etc.

17. *Dionyſius*, Origenis auditor, ex cultore deorum Chriſtianus magni poſtea nominis, ab a. C. 231. catecheta, dein ab a. C. 248. epiſcopus Alexandrinus, et a. 265. defunctus, varia ſcripſiſſe dicitur. Sed nonnulla vel dubia vel ſpuria eſſe quibusdam VV. DD. videntur; atque nonnullorum opuſcul. fragmenta tantum ſuperſunt. Quaedam aut poſt alios aut primus edidit *Galland.* in bibl. PP. vol. III. p. 481. 494. 501 ſq. 538 ſqq. vol. XIV. adpend. 110 ſqq. — *S. Dionyſii*, Alexandrini epiſc. cognomento Magni, quae ſuperſunt, Romae, 1796. fol. gr. ac lat. cur. *Simone de Magiſtris*,

gistris, cum longa praefat. historiam illius temporis illustrante.

Insuper h. l. nominasse sufficiat *Paulum*, Samosatenum, ab a. 260. episcopum Antiochenum, sed a synodo Antiochena secunda erroris damnatum atque a. C. 272. munere illo priuatum; — *Anatolium*, Alexandrinum, ab a. C. circ. 273. episcopum in Syria Laodicenum, philosophum peripateticum et insignem mathematicum, auctorem *canonis paschalis*, (ex vet. lat. versione adhuc superstitis, et ab *Aegidio Bucherio*, in eiusd. Doctrina temporum, Antwerp. 1634. p. 439. editi atque illustrati:) fragmenta quaedam mathematici argumenti, Anatolio tributa, ex apographo primus publicauit *Fabric.* B. Gr. voll. III. p. 462 sqq. vbi de hoc aliisque *Anatoliis* agitur; — *Tryphonem*, Origenis discipulum; — *Magnetem*; — *Manetem* siue *Manichaeum*, ex cuius Epistolis fragmenta quaedam gr. et lat. protulit in lucem *Fabric.* B. G. vol. VII. p. 315 sq. et de hoc atque superioribus aliisque scriptoribus deperditis tertii saeculi ibid. a p. 285. et de *Methodio* p. 260 sqq. fusius egit. — Mentionem adhuc faciam *Pauli*, Thebaei, superstitione clari, Anachoretarum siue Eremitarum auctoris, a. C. 341. vel initio 342. denati. Conf. *Lambecii* comment. bibl. caesar. VIII. p. 719 sqq. ibique *Kollarii* notam.

18. *Eusebius*, natus circ. a. C. 264. aut paullo serius, *Pamphilo*, Caesareensi, docto presbytero, amicissimus, ab anno 315. episcopus Caesareae Palaestinae, philosophus, theologus, atque bonus historicus, praecipue de historia ecclesiastica egregie meritus: incidit tamen in suspicionem, eum fauisse Arii haeresi, cuius quidem caussam contra Alexandrum, episcopum Alexandrinum, egit: neque tamen defuerunt, qui eum ab isto crimine defenderent. Enimuero forsitan haud plane liberari potest a suspicione subtilioris Arianismi,

nismi, siue, vt dicere solent, Semiarianismi. Vivere desiit a. Ch. 340. Ex multis, quae concinnarat, scriptis haud pauca nostram tulerunt aetatem; neque vero ea omnia supersunt integra. Potiora autem illorum censentur 1) *Chronicon*, (παντοδαπὴ ἱστορία,) quod duabus partibus, *a) Chronographia* et *b) canone chronico* constabat. Graece tamen tantummodo supersunt fragmenta. Versio latina tribui solet *Hieronymo*. At enim *Hieronymus de Prato* *) in diss. de Chronicis libris duobus ab Eusebio Caesar. scriptis et editis, Veronae, 1750. 8. demonstrare instituit, versionem prioris partis non concinnatam esse ab Hieronymo, et promisit nouam reliquorum genuinorum graecorum fragmentorum et latinae versionis editionem, atque p. 423. graeca quaedam fragmenta dedit. Editio princeps est per *Philipp. Lauaniam*, sine nota loci et anni, 4. (Mediolani circ. a. 1475. curante *Bonino Mombritio*.) — *Chronicon*, quod Hieronymus — latinum facere curauit etc. cum nonnullis additionibus, per *Henr. Stephanum*, 1512. 4. et in paucis tantum diuersa repetita est Paris. 1518. 4. Ex edit. Stephan. ducta auctaque est ed. Basil. ap. Henr. Petrum, 1529. fol. curante et praefato *Jo. Sichardo*. — Infinitis locis emendata notisque illustrata dicitur et laudatur editio *Arnaldi Pontaci*: *Chronica trium illustrium auctorum*, *Eusebii Pamphili*, ep. Caes. *D. Hieronymo* interprete; *D. Eusebii Hieronymi* presbyteri, *D. Prosperi*, Aquitanici episc. Regiensis, ab Abraham ad an. Chr. 449. Burdigalae, 1604. fol. — Ob praeclaras accessiones doctissimasque notas commendatur editio *Jos. Justi Scaligeri* inscripta: *Thesaurus temporum*. *Eusebii*

*) Huius sententiam tuetur *L. T. Spittler* in Historia critica Chronici Eusebiani, in Commentatt. societat. reg. doctrinar. Gotting. vol. VIII. Gottingae, 1787. nr. 3. class. histor.

Euſebii Pamphili — chronicorum canonum omnimodae hiſtoriae libri duo, interprete *Hieronymo* —: item auctores omnes derelicta ab *Euſebio* et *Hieronymo* continuantes. Eiusd. *Euſebii* vtriusque partis chronicorum canonum reliquiae graecae, quae colligi potuerunt, antehac non editae. Opera ac ſtudio *Joſephi Juſti Scaligeri.* — Eiusd. *Scaligeri* notae et caſtigationes in latinam *Hieronymi* interpretationem et graeca Euſebii etc. Lugd. Bat. 1606. fol. *Altera tamen editio, in qua eiusd. Joſ. Scaligeri tertia fere parte auctiores notae et caſtigationes in lat. Hieronymi interpretationem, et graeca Euſebii, ſuprema auctoris cura emendatae* etc. Amſtel. 1658. fol. maioris aeſtimatur: quamquam non defuerunt, qui de hoc opere et iactantia Scaligeri acerbius iudicarent. Conf. *Dau. Clement* Biblioth. curieuſe, hiſtorique et critique, tom. VIII. p. 176 ſqq. et p. 170 ſqq. de aliis editionibus. — *Dominic. Vallarſius* nouis curis recenſitum, ad codd. Msst. denuo caſtigatum, ſuisque et aliorum obſervationibus illuſtratum *Chronicon Euſebii* etc. repetiit in ſua *D. Hieronymi* Opp. editione, tom. VIII. Veronae, 1740. fol. quae editio recuſa eſt, curis Vallarſii poſterioribus aucta, Venet. 1766—1782. 4. mai. — Denique notanda eſt edit. *Vetuſtiora latinor. ſcriptorum Chronica: — praemiſſo Euſebii Chronico a D. Hieronymo e graeco verſo et multis aucto.* Collegit D. *Thomas Roncallius,* Pataui, 1787. 4. II. voll. — Ad emendationem et criticam graeci chronici Euſebiani intelligentiam neceſſarius eſt liber Schurzfleiſchianus, inſcriptus: *Henr. Leonh. Schurzfleiſchii* Notitia bibliothecae principalis Vinarienſis. — Accedunt *Claudii Salmaſii in Chronicum Hieronymi latinum variae lectiones et emendationes e quatuor codd. Palatinis erutae,* — tum et ad *Chronicum Euſebii graecum* et alterum *Paſchale*

caſtiga-

castigationes et animaduerſiones, paſſim e ſchedis b. fratris [Conr. Samuelis] auctae et locupletatae, Witteberg. 1712. 4. — ed. II. correctior et acceſſ. ſupplementi auctior, Jenae, 1715. 4. — 2) *Praeparationis euangelicae* libri XV. opus praeſtans, quod multa quoque loca deperditorum, potiſſimum philoſophicorum, ſcriptorum nobis ſeruauit. Poſt multas latinae verſionis editiones antiquiores eos libros graece primus vulgauit Rob. Stephan. Pariſ. 1544. fol. — tum *Franc. Vigerus* recenſuit textum graecum, nouam verſionem lat. varias lectt. notas indicesque addidit, Pariſ. 1628. fol. — rec. Colon. (vel potius Lipſiae,) 1688. fol. — 3) *Demonſtratio euangelica*, cuius tantum decem libri, neque illi integri, ſuperſunt. Graece Rob. Stephanus primum edidit Pariſ. 1545. fol. — gr. et lat. acc. nondum hactenus editi nec viſi *contra Marcellum libri duo* *): *de eccleſiaſtica theologia tres*: omnia ſtudio *R. M. (Richardi Montacutii,)* latina facta, notis illuſtrata et indicibus locupletata, Pariſ. 1628. fol. — rec. Colon. (Lipſiae,) 1688. fol. — Prooemium et capp. priora, in edd. hactenus deſiderata, gr. et lat. lucem viderunt in *J. A. Fabricii* Delectu argumentor. et ſcriptorum de verit. relig. chriſt. p. 1 ſqq. — 4) *Eccleſiaſticae hiſtoriae libri* X. a Chriſto vsque ad Licinium a. C. 324. Iuſtum vero eccleſiaſticae hiſtoriae corpus Euſebius primus condidit. Hanc Euſebii hiſtoriam vertit *Rufinus*; ſed ita, vt varia paſſim, librumque decimum integrum propemodum omitteret, alia adderet atque inter-

*) In *Euſebii* contra Marcellum libros X. obſeruatt. ſelectas edidit *Chriſti. Henr. Georg. Rettberg* in Annal. litter. Helmſtad. m. Maio et Junio 1787. et ſeparatim Lipſ. 1787. 8. Poſtea edidit *Marcelliana*, collegit fragmm. ordinauit, emendauit, explicuitque, et addidit *Eunomii* ἔκθεσιν πίστεως emendatiorem, Gotting. 1794. 8.

interpolaret, et ipſe libros duo nouos, vsque ad Theodoſii M. obitum, ſubiungeret, ſed incertis, quibus ſcatent, et parum credibilibus narrationibus iudicio et fidei neutiquam reſpondentes. *Rufini* verſio olim ſaepius ex prelis exiit, (conf. *Clement* l. c. p. 181 ſqq.) et recentiore aetate ſtudio *Petr. Thom. Cacciari*, Romae, tom. I. 1740. tom. II. 1741. 4. — *Euſebii* Eccleſiaſticae hiſtoriae libri X. eiusd. vitae Conſtantini libri V. *Socratis* libri VII. *Theodoriti* lib. V. Collectaneorum ex hiſtoria eccleſiaſt. *Theodori Lectoris* lib. II. *Hermii Sozomeni* libri IX. *Euagrii* libri VI. graece, Lutet. Pariſ. ex offic. Roberti Stephani, 1544. fol. — Iidem gr. et lat. interprete *Jo. Chriſtophorſono*, Colon. Allobrog. 1612. fol. — Eorumdem libror. graecum textum, collatis IV. msst. codd. emendauit, latine vertit, et adnotatt. illuſtrauit *Henric. Valeſius*, Pariſ. 1659. fol. — rec. Mogunt. 1672. — emend. et auctius ab eod. Valeſio editi Pariſ. 1677. — rec. Amſtel. 1746. — Poſtea prodierunt gr. et lat. eccleſiaſticae hiſtoriae libri X. Eiusd. de vita imper. Conſtantini libri IV. quibus ſubiicitur oratio Conſtantini ad Sanctos, et Panegyricus Euſebii, ita vt Valeſiana eſſet baſis, quam criticis plurium eruditorum obſeruatt. locupletauit ac reliquos Hiſt. eccleſiaſticae graecos ſcriptores adiecit *Guil. Reading*, Cantabrig. 1720. rec. Turini, 1748. fol. III. voll. — *Readingii* tamen merita, quae in critica parte haud adeo inſignia fuerunt, ſuperare ſtuduit *F. Andr. Stroth*, qui hos Euſebii libros theodiſce vertit, Quedlinburg. 1777. II. tom. 8. et textum gr. vna cum *Euſebii* libris IV. de vita Conſtantini recenſere notasque maximam partem criticas adiicere coepit, vol. I. Hal. Sax. 1779. 8. — 5) *Euſebii* liber *contra Hieroclem*, graece, cum verſione lat. *Zenobii Acciajoli*, cum *Philoſtrati* vita Apollonii, Venet. ap. Aldum, 1501. vol. I. 1502. vol. II. fol. et gr.

ac

ac lat. cum *Philostrati* edd. *Morellii*, cum varr. lectt. Paris. 1608. p. 433. et *Godofr. Olearii*, cum notis, Lips. 1709. fol. et gr. ac lat. cum castigatt. *Lucae Holstenii* ad calcem *Eusebii* Demonstr. euangelicae, Par. 1628. Lips. 1688. — 6) *Onomasticon vrbium et locorum S. Scripturae*, gr. et lat. cum *Jac. Bonfrerii* et *Jo. Clerici* notis et additamentis, Amstel. 1707. fol. repetit. in *Jo. Steph. Menochii* comment. S. Script. tom. II. adpend. p. 151. Venet. 1722. fol. et in *Blasii Vgolini* Thesaur. antiquitt. sacrar. tom. V. Venet. 1746. fol. Sed de aliis Eusebii opp. fragmentis, editt. ac versionibus atque libris maioris minorisque molis, in quibus de Eusebio etc. agitur, alibi copiosius a me et a Fabricio est disputatum, atque *Fabric.* recudi fecit in B. Gr. VII. p. 400 sq. *Eusebii epistolam ad Carpianum*, praemissam ab Eusebio *Canonibus* s. indicibus decem harmoniae *euangeliorum*.

Diuersus est *Eusebius*, Emesenus Phoeniciae, episcopus, homiliarum auctor, mortuus a. C. 360. Homiliae autem, quae sub eius nomine exstant, in Bibl. PP. maxima tom. VI. p. 618 sqq. collectae sunt ex variis lat. scriptoribus ecclesiasticis.

19. *Eustathius*, ex Side Pamphyliae, primum Beroeae Syriae, mox auctoritate Synodi Nicaenae, a. 325. habitae, Antiochenus episcopus, gratus sectae Arianae aduersarius; eius tamen sectae calumniis effectum est, vt in Synodo Antiochena circa a. 328. munere deponeretur. Atque in exsilio Trainopoli in Thracia diem obiit circa a. C. 360. Sub eius nomine exstat *Adlocutio ad imper. Constantinum in concilio Nicaeno*, gr. et lat. apud *Allatium* ad Eustath. p. 135. *Combefisium* tom. II. auctarii noui p. 555. et *Fabric.* in B. Gr. IX. p. 132. sq. qui quoque p. 137. sqq. plura Eustathii fragmm. apud Theodoritum etc. gr. et lat. reddidit. *Eustathius* etiam reli-

quit Ὑπόμνημα, *commentarium in Hexaëmeron,* siue potius chronicum librum, incipientem ab Hexaëmeri expositione, sed hodie mancum; et forsan est supposititius. Primus gr. et lat. illum librum atque *Eustathii* de Engastrimytho dissert. aduersus Origenem: item *Origenis* de eadem Engastrimytho (de qua 1. Reg. cap. 28.) edidit cum sua versione notisque copiosis *Leo Allatius,* Lugduni, 1629. 4.

20. *Athanasius,* natus est a. C. 296. et secundum plurium DD. VV. sententias rationesque denatus a. C. 373. Episcopus Alexandrinus ab a. 326. grauissimus Arianae haereseos aduersarius et malleus Arianorum: sed ab his quoque ita saepe contusus est, vt, accusatus atque infamatus ab istis, quinquies ab imperatoribus in exsilium mitteretur; at, quia vir erat probus vitaeque integer, sedatis turbis iterum iterumque reuocabatur. Tandem, iusta caussa victrice, vltimam vitae suae partem in munere suo Alexandrino obeundo transegit pacatam et tranquillam. Neque hodie desuerunt, qui de Athanasio in vtramque partem disputarent. Multa scripsit; at latinarum versionum editt. ac spuriis, quibus etiam *Symbolum,* vulgo Athanasianum dictum, accenseri solet, et singulorum quorumdam opusculorum editionibus missis, memorabo pleniores graeco-latinas: *Athanasii* Opp. quae reperiuntur omnia — graece nunc primum e Mss. codd. — in lucem edita, cum interpretatione lat. *Petri Nannii* et aliorum, vbi illa desiderabatur. Accesserunt, (opera Petri Felckmanni,) fragmenta varia, notae variarum lectt. et index triplex, tom. I. II. ex offic. Commel. 1600. fol. *)

— Opp.

*) In titulo vol. II. addita sunt verba: *Subiecta ad finem veterum de Athanasio elogia, fragmenta operum amissorum, tum varians lectio ex vetustissimis Mss. codd.* etc.

Haec

— Opp. gr. et lat. ap. Mich. Sonnium etc. Lutet. Parif. 1627. fol. II. voll. curante *Jo. Pifcatore*, in qua quidem edit. in Graecis ac verfione haud pauca fatis infeliciter mutata, alia minus bene omiffa funt: et tamen illa, at minus emendata, recufa eft Coloniae, (vel potius Lipfiae,) 1686. fol. habet autem adiunctum *Syntagma doctrinae ad Clericos et Laicos*, quod cum aliis aliorum opufculis graece et lat. edidit *Arnold. Arnoldus*, Noribergenfis, Lutet. 1685. 8. Id Syntagma Arnoldus cum Voffio vindicare videbatur Athanafio; contra alii V.V. DD. negarunt, id effe Athanafii. — Multo locupletior et accuratior eft et ad Mss. codd. recenfita, quam poft mortem Jac. Lopini abfoluit, et poftea nouis auxit opufculis *Bernard de Monte Falconis*, fiue *Montfaucon*, gr. ac lat. cum notis et variis lectt. vitaque *) Athanafii, tom. I. part. 1. 2. et tom. II. Parif. 1698. fol. — deinde XI. opufcula hactenus inedita, gr. et lat. adiecit in Collectione nou. patr. graecor. tom. II. p. 1 fqq. Parif. 1706. fol. Recenfuit 101. opufcula et fragmenta, in quibus vero funt 43. genuina, 13. dubia et 34. fuppofititia. — *Nic. Anton. Giuftiniani*, epifcopus Patauinus, edidit *Athanafii* opera omnia, quae exftant, vel fub eius nomine circumferuntur, — nouiffimis nunc curis emendatiora et quarto volumine aucta, Patau. 1777. fol. Tria volumina reddunt editionem Montefalconianam;

Haec tamen additamenta feparatim fine praefatione cum peculiari titulo: *Ad opp. Athanafii — appendix, in qua elogia, Athanafio a veteribus tributa, fragmenta et tituli operum amifforum, extantium etiam lectiones variae copiofiffimae, infertis non raro obff. et emendatt. collecta omnia ftudio et opera P. F. C.* (Petri Felckmanni Curonaei,) fubfequuta funt 1601.

*) Praemiffae autem funt volum. primo Gregorii Nazianzeni oratio de laudibus S. Athanafii et tres aliae veteres vitae; fed de auctore vitae diffentiunt VV. DD.

nam; quartum continet, quae *Montfaucon* postea in Collectione, tum *Jo. Christoph. Wolf* in Anecdotis graecis, tom. IV. p. 52 sqq. nec non *Scipio Maffei* part. III. Osservazioni letterarie, iterumque cum aliis disquisitionibus in: Storia teologica delle dottrine e delle opinioni etc. Veronae, 1742. fol. part. II. nr. XI. p. 254 sqq. dederunt. Sequitur Athanasii interpretatio Psalmorum ex Montfauconi collectione, et alia, siue de titulis Psalmorum, antea ab *Nic. Antonello* Romae 1746. fol. vulgata,] postea variis lectt. cod. Vatic. aucta: in praef. ad IV. volumen duo Athanasii fragmenta noua in lucem prolata sunt.

21. *Antonius*, Aegyptius, homo sanctitatis quidem et abstinentis vitae laude clarissimus, sed eruditionis et litterarum rudis, in desertis commoratus: princeps monachorum et claustrorum, quae coenobia vel monasteria vocare solent, inventor: natus a. 251. obiit in Thebaide a. 356. (al. 357.) — Dubia spuriaque, quae sub eius nomine circumferuntur, scripta esse videntur: *epistolas* tamen ad diuersa monasteria ex aegyptiaca in graecam linguam translatas esse, iam olim testatus est *Hieronymus* de scriptoribus ecclesiasticis cap. 88.

Doctior et maioribus meritis illustrior fuit *Serapion*, monachus et catecheta Alexandrinus, dein Thmuitanus in Aegypto episcopus: interfuit synodo Sardicensi, Athanasii defensor, et obiit circa a. C. 358. atque inter Sanctos celebratur ab ecclesia latina d. 21. Martii. Scripsit aduersus Manichaeos, atque eius liber primum graece editus est cum interpretatione lat. *Franc. Turriani* in *Henr. Canisii* Lectionibus antiquis edit. *J. Basnagii*, tom. I. Amstel. 1725. fol. nr. 3. p. 35 sqq.

22. *Macarius*, *Magnes* vel *Magnus* siue Senior, vt ab aliis multis Macariis discerneretur, cognominatus, Aegyptius, Antonii discipulus, monachus

nachus et tandem presbyter Scitensis; per LX. annorum ſpatium vitam conſumſit in ſolitudine quadam aegyptiaca, quae diuerſis nominibus vocatur Scetica, Scetina, Scetiaca, Scytica, Scytiaca et Scytiolica: obiit circ. a. C. 391. nonagenarius. Sub eius nomine circumferuntur *Homiliae quinquaginta* piae de integritate, quae decet chriſtianos: primum graece editae Parif. 1559. 8. ap. Guil. Morellium, et eodem anno atque a. 1562. 8. ap. eumdem latine ex verſione *Jo. Pici;* graece et lat. cum verſione *Zachar. Palthenii,* Francof. 1594. 1621. 8. Denique ſectionibus diſtinctae ex recenſione D. *Jo. Georgii Pritii,* cum verſione Palthenii, ab ipſo caſtigata, Lipſ. 1698. 8. germanice, *Godfrido Arnoldo* interprete, Lipſ. 1696. 8. Goslar. 1702. 1716. 8. In verſione anglicana *Thomae Haywood,* Londini 1721. 8. ſunt ex cod. Bodlei. multa loca emendata, ſuppletae lacunae, ſublata homiliae XIII. et XIV. confuſio, et quinquageſima homilia auctior. Macario etiam tribuuntur *Opuſcula ſeptem aſcetica* et *apophthegmata,* quae gr. ac lat. primus edidit *Petrus Poſſinus* in Theſauro aſcetico, Pariſ. 1684. 4. *Apophthegmata* plura *Jo. Bapt. Cotelerius* in Monument. eccleſiae graecae, Pariſ. 1677. 4. tom. I. p. 524. Opuſcula cum apophthegmatibus *Pritius,* Lipſ. 1699. 8. Vtraque Pritii editio nouam epigraphen, *Macarii opuſcula,* accepit Lipſiae 1714. 8. vt haec coniunctim denuoque typis repetita viderentur. Sed Macarii opuſcula ſuum adhuc exſpectare Aeſculapium, oſtendit *Jo. Sal. Semler* in Specimine examinis critici operum, quae circumferuntur, Macarii, Hal. Sax. 1745. 4. et in Specimine animaduerſionum in aliquot opera graeca Macarii, ibid. 1746. 4.

Diuerſus eſt *Macarius,* minor, Alexandrinus, monachus, presbyter et abbas Nitrienſis, qui circa a. C. 404. centenarius obiit, et cui *regula mona-*

monaſtica ac *ſermo de exitu animae iuſtorum et peccatorum, quomodo ſeparantur a corpore et in quo ſtatu manent*, editus a *Jac. Tollio* in Inſignibus itineris italici p. 192. Vltraiect. 1694. 4. ac fragmentum quoddam tribuuntur, at pro ſuppoſititiis habentur.

23. *Didymus*, Alexandrinus. Licet ab anno aetatis quarto viſu priuatus, acumine tamen, meditatione et auſcultatione animique intentione in artibus tam reconditis quam in medio poſitis inſignem facultatem et nominis famam, quam ſanctitate vitae auxerat, nactus eſt, ita, vt eius auctoritas in controuerſiis cum Arianis multum valeret, isque a. C. 335. auctore Athanaſio, Catechetae, h. e. Profeſſoris theologiae, munus Alexandriae obtineret. Circ. a. C. 395. probabiliter efflauit animam. E multis, quae confecit, ſcriptis exſtant 1) *liber de Spiritu S.* qui quidem graece intercidit; ſed latine e graeco verſus exſtat inter Hieronymi Opp. Separatim autem prodiit Colon. 1531. 8. deinde libri III. et quatuor exemplarium collatione a multis mendis epurgati, ſtudio *Jo. a Fuchte*, Helmſtad. 1618. 8. — 2) *breues enarrationes in epiſtolas canonicas*, cum ſuperiore libro Coloniae 1531. 8. editae. — 3) maior pars *libri contra Manichaeos*, graece cum verſione lat. in lucem prolatus a *Franc. Combefiſio* in parte II. Auctarii nouiſſimi, Pariſ. 1672. fol. p. 21 ſqq. — graece cum lat. verſione *Franc. Turriani* in *Henr. Caniſii* Lectt. antiq. ed. *J. Basnagii*, tom. I. p. 197 ſqq. et in *Gallandii* Bibl. PP. tom. VI. p. 309 ſqq. — 4) *de S. trinitate libri III.* quos detexit *Jo. Aloyſius Mingarellus*, atque edidit *Ferdinand. Mingarellus* in opere: Veterum teſtimonia *de Didymo Alexandrino Coeco*, ex quibus tres *libri de Trinitate* nuper detecti eidem aſſeruntur. *Ferdin. Mingarellus* collegit atque animaduerſſ. adiecit, Romae 1764. 4.

— *Li-*

— *Libri tres de Trinitate* a *Jo. Aloyſio Mingarello* etc. gr. et lat. Bonon. 1769. fol.

24. *Theodorus*, Heracleenſis in Thracia epiſcopus, ſubtilis Arianus ideoque a. 347. ex decreto ſynodi Sardicenſis magiſtratu ſacro ſe abdicare iuſſus. Commentarius autem in Pſalmos, qui nomine Theodori circumfertur, non eſt Theodori vnius, ſed multorum patrum, adeoque in catenarum numero ponendus.

Euſebius, diuerſus ab aliis, epiſcopus; at enim num Alexandriae, an in alia vrbe id muneris geſſerit, non liquet. Ex cod. Bodlei. *J. Guil. Janus* edidit et latine vertit *Euſebii λόγον περὶ τῆς ἡμέρας κυριακῆς*, Lipſ. 1720. 8. et in praefatione agit de hoc Euſebio eiusque aetate, eumque ante a. 386. vixiſſe, ex hac ipſa oratione demonſtrat.

25. *Cyrillus*, primum Diaconus, dein Presbyter, denique ab anno 350. epiſcopus Hieroſolymitanus: in qua prouincia inprimis Acacii, Caeſareenſis epiſcopi, et Arianae ſectae, illo tempore plurimum valentis, iniuria atque calumniis varias ſenſerat viciſſitudines et calamitates, et ter munere depoſitus, tandem in ſynodo CPol. generali a. 381. ſub Theodoſio, inconcuſſum deinceps tenuit epiſcopatum, donec a. 386. viuere deſiit. Scripſit *Catecheſes* XVIII. *Φωτιζομένων*, ad candidatos baptismi circa paſchatos feſtos dies percipiendi; *Catecheſes myſtagogicas* V. *) ad iam recens baptizatos; *Epiſtolam* ad Conſtantium, (quas *Jo. Preuotius* gr. ex Msstis Vatic. cum *Jo. Grodecii* verſio-

*) De Cyrillo, eius vita, inprimis de illius catecheſibus, quas omnes, etiam myſtagogicas, contra alios diſſentientes aut dubitantes, habet pro genuinis, atque de Symbolo, non ab ipſo Cyrillo concinnato, vberius diſputat D. *Gregor. Langemack* in *Geſammleten Nachrichten zu einer catechetiſchen Hiſtorie*, 1. *Theil*. *Stralſund* 1729. 8. p. 184 ſqq.

versione vulgauit, Paris. 1608. 4. *Mystagogicae* autem *catecheses, ad eos, qui sunt recens illuminati,* gr. cum vers. lat. *Jo. Grodecii,* antea prodierant Viennae Austriae, 1560. 4.) *Homiliam de occursu Domini et de Simeone* Θεοδόχῳ, et alia, quorum tamen quaedam perperam adtribui videntur Cyrillo. — *Opera eius,* quae supersunt, omnia, quorum quaedam nunc primum ex codd. Msstis edidit, reliqua cum codd. Mss. contulit, plurimis locis emendauit notisque illustrauit *Thom. Milles,* gr. et lat. Oxon. 1703. fol. — Melior tamen est editio, et noua criticaque recensio: *Cyrilli — Opera,* quae exstant et eius nomine circumferuntur, ad Mss. codd. et editt. castigata, et notis illustrata, cum noua interpretatione et indd. cura et studio Domni *Antonii Augustini Touttée,* (post cuius mortem *Prudent. Maran* curam, vt ex prelo emitteretur illa, suscepit,) Paris. 1720. fol. Touttaeus p. 84 sq. dedit quoque Symbolum Hierosolymitanum, ex variis Cyrillianarum catecheseon locis collectum. Contra Touttaeum tamen, eiusque explicationes, praesertim in doctrina de sacra coena, opinionibus Pontificiorum fauentes, non defuerunt, qui calamum stringerent. — Recusa est Touttaei editio Venetiis 1763. fol. — Sec. ed. Touttaei *Jo. Mich. Feder* Opera Cyrilli *germanice* vertit, notisque potissimum contra Protestantes polemicis illustrauit, Bamberg. et Wirzburgi 1786. 8.

26. *Eunomius,* Dacorae, Cappadociae vico, natus, primum Diaconus Antiochenus, dein a. 360. episcopus Cyzici; princeps sectae *Anomoeorum,* qui Jesum filium non modo aequalem, vt ceteri Ariani, sed etiam similem et ὅμοιον Deo patri negarunt; at propter errores, quos propagauit, et quod doctrina sua graues in ecclesia turbas dedit, ter in exsilium missus est, denique a Theodosio seniore venia impetrata ad pa-

trios Dacorae agros reuertendi, in his obiit ante a. 396. Scripſit *fidei libellum* ſ. *Confeſſionem fidei*, et *Apologeticum*, ſ. defenſionem doctrinae ſuae, quod quidem S. Baſilius quinque aduerſus Eunomium libris confutauit. — Prodiit *Confeſſio fidei*, poſt Valeſii et Baluzii operam, gr. et lat. interprete *Henr. Valeſio;* item prologus et epilogus apologiae Eunomii, gr. et lat. interprete *Henr. Whartono*, et *Eunomii*, latine, interprete *Franc. Turriano*; in *Caniſii* Lectt. antiq. ed. Basnagii, tom. I. p. 172 ſqq. *Fabricius* in B. Gr. vol. VIII. p. 253 ſqq. *Confeſſionem fidei* gr. et lat. recudi fecerat, et p. 262 ſqq. *Apologeticum* gr. cum latina Jac. Fabricii verſione primus ediderat: ego vero in noua edit. vol. IX. p. 210. vtrumque libr. omiſi, quoniam *Apologeticum* integrum a *Garnier*. in ed. Opp. Baſilii tom. I. p. 618 ſqq. ex Bibl. Gr. Fabric. adnotatt. tamen Fabricii perperam excluſis, typis eſt repetitum; *Confeſſio* autem *fidei* multo emendatior prodiit in libro inſcripto: *Marcelliana;* acced. *Eunomii* ἔκθεσις πίστεως emendatior: edidit et animaduerſſ. inſtruxit *Chriſti. Henr. Rettberg*, Gotting. 1794. 8.

Exeunte fere ſaeculo quarto floruerunt quoque 1) *Proaereſius*, Sophiſta chriſtianus, praeceptor Baſilii et Gregorii Nazianzeni. — 2) *Apollinaris* ſ. *Apollinarius, pater*, presbyter Laodicenus, grammaticus et rhetor, et eius *filius*, epiſcopus Laodicenus, clarus grammaticus, poeta, rhetor et philoſophus, auctor haereſeos Apollinariſtarum. Pater autem, ait *Saxius* in Onom. I. p. 417. ad a. 362. „adeo communem habet cum filio ſuo ſcriptorum laudem, vt, quid patri debeatur, quid viciſſim ad filium referri poſſit et debeat, ſaepe vulgo laboremus.“ Vtriusque ſcripta multa memorant veteres; ſed nobis deperditorum tamquam ex naufragio tantum relicta eſt *Pſalmorum Dauidicorum Metaphraſis* ſ. *interpretatio*, heroicis verſibus

ſibus contexta, (quae tamen a quibusdam ſpuria habetur,) edita graece Pariſ. ap. Turneb. 1552. 8. — gr. et lat. cum Lexico Nic. Gulonii, curante *Jo. Benenato*, Par. 1580. 8. et 1613. 8. — gr. et lat. ex recenſ. *Frid. Sylburgii*, Heidelberg. Hieron. Commelin. 1596. 8. cum notis *Dau. Hoeſchelii*, calci adiectis. — gr. et lat. in tom. XIV. Bibl. patrum, Pariſ. 1644. 1654. *Bandin.* ex cod. XXXVII. plut. V. in Bibl. Laurent. I. p. 62 ſqq. epiſtolam nuncupatoriam, Apollinarii metaphraſi praemiſſam, primus publicauit cum paucis notis, margini adpoſitis, et inſignem lectionis varietatem notauit. — 3) *Nemeſius*, epiſcopus Emeſenus in Phoenicia, philoſophus et theologus. Eius liber *de natura hominis* laudatur, et primum graece ac latine a *Nicaſio Ellebodio* ex II. Mss. mutilis et valde vitioſis Antwerp. ap. Chriſtoph. Plantin. 1565. 8. at culpa operarum confuſe typis excuſus, eſt editus. — tum gr. et lat. in Auctario Ducaeano biblioth. patrum, Pariſ. 1624. tom. II. p. 466. — in biblioth. patrum Morelliana, a. 1654. tom. XII. p. 748. — in *Gallandii* Bibl. PP. VII. p. 353. — gr. ad II. codd. caſtigatus, ſed vix quinquies correctus, notisque inſtructus, cum verſ. Ellebodii, (cura *Jo. Felli,*) Oxon. 1671. 8. — denique adhibitis VII. codd. multo emendatius, gr. et lat. cum varr. lectt. et animaduerſſ. a *Chriſt. Frid. Matthaei*, Halae 1802. 8. mai. — 4) *Gelaſius*, Caeſareenſis Palaeſtinae epiſcopus. — 5) *Euagrius*, Ponticus, diaconus CPolitanus. — 6) *Theophilus*, epiſcopus Alexandrinus ab a. C. 385. denatus a. 412. Eius prologus ad Theodoſium de S. Paſcha, gr. et lat. in *Dionyſii Petavii* doctrina temporum, tom. II. p. 879. — *canones*, gr. et lat. cum ſcholiis Theod. Balſamonis, in *G. Beueregii* Pandect. canon. tom. II. p. I. p. 170. — diſſ. cuius rei homo ſimilis ſit, ſimulacrumque habeat, gr. primum edita et lat.

 verſa

verſa a *Fed. Morello,* Lutet. ap. Feder. Morellum, 1608. 8. etc. — 7) *Joannes,* Hieroſolymitanus epiſc. ab a. 386. mortuus a. 416. — 8) *Sophronius,* Hieronymi familiaris, diuerſus a *Sophronio,* patriarcha CPolit. ſaeculi XVI. anno IX. vt docuit *Lambacher* in diſſ. ſubiuncta eius Bibliothecae Vindobon. ciuicae p. 25 ſqq. ex epiſtola msta ad Georgium Polum, et quam emendatam graece cum verſione ſua lat. publicauit. — 9) *Arſenius,* monachus, Honorii et Arcadii praeceptor. — 10) *Theodorus,* Mopſueſtanus, in Cilicia ſecunda ab a. 394. epiſcopus, qui Pelagianis Neſtorianisque erroribus praeluſiſſe fertur: denatus a. 429. vel 430. Eius fragmm. VII. dedit *Münter* in Fragmm. patrum graec. I. nr. 4. — 11) *Aſterius,* Amaſenus Ponti epiſcopus, reliquit quasdam homilias.

27. *Gregorius Nazianzenus,* ita cognominatus de Nazianzo in Cappadocia, vbi Gregorius noſter praecipue educatus et edoctus, eiusque pater epiſcopus fuit. Natus circ. a. C. 300. obiit a. C. 391. At tamen de tempore natali mortisque Gregorii Nazianz. VV. DD. valde discrepant. Poſtquam Caeſareae in Palaeſtina, Alexandriae et Athenis, vbi innotuit quoque Juliano, poſtea imperatori, et amicitiam contraxit cum Baſilio M. in litteras diligenter incubuit, primo a Baſilio, et coactus paene a patre, inuitus Saſimorum, alterius in Cappadocia oppidi vilis atque inſalubris, epiſcopatum aegre ſibi paſſus eſt imponi, dein ab anno 378. CPolitanae ſedi a Theodoſio M. praefectus eſt, a quo tamen munere ſe haud ita multo poſt ſua ſponte abdicauit, vitamque praetulit priuatam: inſignis poeta et, oppugnatis Arianis, Eunomianis atque Macedonianis, *Theologi* nomen meruit. Certum quidem eſt, eum egregiis ingenii animique virtutibus excelluiſſe, et iure laudatum eſſe a plurimis, magnamque obtinuiſſe auctoritatem; neque tamen omnem eius, multis animi infirmi-

firmitatibus obnoxii, vitam, nec omnia eius dogmata, iudicia factaque, interdum modum excedentia, probarunt multi litterarum doctores. Praeter duas in Julianum apoſtatam inuectiuas orationes, multas alias orationes, epiſtolas et carmina reliquit. Miſſis vero editionibus *Gregorii Naz.* latinis, quae praeſertim ſaeculo XVI. multae fuerunt, graecas et graeco-latinas potiores aut rariores indicabo. — *Orationes*, graece, ex edit. *Marci Muſuri*, Venet. ap. Aldum 1516. 8. — aliae nouem oratt. et *Gregorii Nyſſeni* liber de homine, ibid. 1536. 8. — *Greg. Naz.* carmina, gr. et lat. Venet. ex Aldi academia, 1504. 4. — eadem, a *Jo. Langio*, gr. et lat. Baſil. ap. Oporin. 1567. 8. — orat. in Julianum inuectiua prior, gr. ap. Wechel. Pariſ. 1534. — oratt. in Julianum inuectivae duae, cum ſcholiis gr. notisque; item duae Gregorii oratt. et epiſtolae quaedam, gr. nunc primum editae, atque Greg. Teſtamentum, cum caſtigatt. et lectionum varietate: — ex bibl. Henr. Sauilii edidit *R. Montagu*, Etonae 1610. 4. — Plura opuſcula, (n. poſt Gregorii vitam, Gregorio πρεσβυτέρῳ ſcriptam, 51. Greg. Nazianz. opuſcula; dein epiſtolae; denique carmina ſacra et tragoedia *Chriſtus patiens* *),) graece, probabiliter curante Wolfg. Muſculo, Baſil. ap. Jo. Hervag. 1550. fol. atque eod. anno ib. verſio lat. Muſculi, Moſellani et Pirkheimeri ſeparatim prodiit. — Opera: *Jac. Billius* cum Mss. regiis contulit, emendauit et interpretatus eſt, gr. ac lat. cum doctiſſimis Graecorum *Nicetae* Serronii, *Pſelli* et *Eliae Cretenſis* commentariis, Pariſ. vol. I. 1609. vol. II. 1611. — repetita et aucta eſt haec editio

*) De hoc dramate, ſiue potius centone ex aliquot centenis verſibus conſuto, grauiter iudicat *Valcken.* in praef. ad Euripidis Hippolytum pag. XI. nec, Gregor. Naz. iſtius foetus eſſe parentem, arbitratur.

editio aliquammultis eiusd. Gregorii epiſtolis, numquam antea editis, ex interpretat. *Fed. Morelli*, tom. I. II. Pariſ. 1630. fol. — rec. at minus emendata, Colon. (ſ. potius Lipſiae,) 1690. fol. II. voll. — Poemata quaedam et orationes nonnullae ſeparatim hinc inde ſunt edita, ex. gr. *Definitiones rerum ſimplices*, verſibus iambicis, cum lat. Leunclauii proſaria verſione et notis Hoeſch. a *Dau. Hoeſchelio*, gr. lat. Heidelbergae, ex off. Sanctandreana 1591. 8. — Definit. etc. gr. et lat. ex verſione Jo. Leunclauii, cura *Ad. Rechenberg*, Lipſ. 1678. 8. — eiusd. cura prodiit: *Greg.* Arcana de mundo, graece, ibid. 1692. 8. — *Poemata plurima*, gr. et lat. cum notis grammaticis, gallice ſcriptis, *Dionyſii Gaullyer*, Pariſ. 1718. 12. — *Carmina cygnea* inedita, cum not. *Jac. Tollii*, in eiusd. Inſignibus itinerarii italici, Traiecti ad Rh. 1696. 4. p. 1—105. — carmina ſiue epigrammata CCXXVIII. cum notis *Lud. Anton. Muratorii*, inter huius Anecdota graeca, Patau. 1709. p. 1 ſqq. quae inutiliter recoxit, adiectis tamen *Saluini* verſione lat. metrica et varr. aliquot lectionibus notisque, *Angel. Maria Bandini* in Monumentis graecae veteris eccleſiae, Florent. 1762. 8. vol. II. p. 113 ſqq. — Omnia, quae Billius, Tollius et Muratorius vulgarant, continet editio *Operum S. Gregorii*, gr. et lat. cum notis, Venet. 1753. fol. II. voll. — Binae oratt. (nr. XLI. et VI. in editis,) gr. ac lat. varias lectiones, commentarium duplicem et ſcholia, numquam antea edita, ex codd. Moſquenſ. adiecit *Chr. Frid. Matthaei.* Acceſſit XXIV. codd. msst. Gregorii recenſio, eiusque *carmen de libris canonicis*, cum interpret. lat. Moſquae 1780. m. 4. Idem V. C. in Lectionibus Moſquenſ. vol. II. Lipſ. 1779. 8. p. 38 ſqq. ex cod. typogr. ſynodal. Moſq. edidit *Gregorii Theologi* fragmentum ἐκ τοῦ πρὸς Ἀςρονόμους λόγου. — No-

— Nouiſſima editio eſt: *S. Patris noſtri Gregorii Theologi, vulgo Nazianzeni — Opera omnia,* quae exſtant, vel nomine eius circumferuntur, ad msstos codd. — nec non antiquiores editt. caſtigata, multis aucta, opera et ſtudio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri, tom. I. Pariſ. 1778. fol. Poſt ſtudium nonnullorum Benedictinorum, ſed nouae graeco-latinae Nazianzeni operum editioni immortuorum, opus abſoluit *Dom. Car. Clemencet,* cui plurima debemus, et qui collectanea ſuperiorum variasque lectt. in ordinem redegit, vltra XL. codd. contulit, (neque tamen codd. Florentini nec cod. Baſil. ſunt collati,) aliaque addidit: mutauit vero ordinem homiliarum ſec. temporis ordinem: at partium ſtudioſus, iuſto maior admirator et acrior eſt vindex Gregorii, eiusque placitorum. Ad tom. ſecundum, qui poëtica Gregorii opp. continebit, multa iam collecta msta, nunc in bibl. publica Pariſ. ſeruari dicuntur *). — *Kürzere Briefe des h. Gregors von Nazianz, nach dem Griechiſchen, von Joh. Joſ. Freyherr von Büol,* Viennae Auſtr. 1776. 8.

28. *Baſilius Magnus,* in lucem editus Caeſareae in Cappadocia; ſed quo anno, non conuenit inter VV. DD. Alii enim, eum natum eſſe circ. a. C. 316. ratiocinantur, contra alii, circ. 328. Secundum Garnierium autem in vita Baſilii, in tom. III. Opp. Baſilii p. XXXVII ſqq. circ. a. 329.

*) Alia de hac editione relata legas in *Notice de M. Chardon de la Rochette ſur le Manuel du Libraire et de l'amateur de Livres, par M. Brunet fils*, Paris, 1810. 8. p. 16: „On aſſure que Monſeigneur le cardinal Feſch a fait „acheter tout ce qui reſtoit de l'édition du premier volume „de 1788," [ſic: ſed in titulo exemplaris, quod penes nos eſt, legitur M.DCC.LXXVIII.] „avec les manuſcrits des deux „autres; ainſi, nous devrons à ſon Eminence la continuation „de cette belle édition."

329. Pariter discrepant in definiendo mortis anno, qui ab aliis refertur ad a. 379. calend. Januar. ab aliis ad annum 380. *Assemannus* vero in Bibl. orientali tom. I. p. 52. not. 2. et p. 54. fin. colligit, Basilii mortem vltra a. 378. nequaquam esse promouendam. Artium liberalium atque eloquentiae magistros habuit praeclaros Antiochiae, CPoli et Athenis, vbi Juliano atque Gregorio Nazianzeno vsus est commilitonibus in studio bonarum litterarum, in quibus eos fecit progressus, vt postea pater haberetur eloquentissimus, atque, haud infrequens Xenophontis imitator, ab orationis elegantia, suauitate, perspicuitate et vi persuadendi omni tempore laudaretur. Idem euasit veri doctor, atque doctrinae, inprimis de Spiritu S. catholicae vindex et praecipuus adsertor. Itinere in Aegyptum peracto, Caesareae in Cappadocia primum lectoris, tum diaconi, dein presbyteri muneribus functus est. At enim, simultate ipsi cum suo episcopo, Eusebio, intercedente, monasticam vitam praetulit, et in solitudinem circa a. C. 358. secessit. Reconciliatus tamen episcopo suo, ab hoc socius adsumtus est, eique defuncto die XIV. Junii a. Ch. 370. aut, secundum rationes Pagii, quem sequitur Saxius, a. 371. successit. Scripsit multas *homilias*, n. in Hexaëmeron IX. in Psalmos XVII. (harum tamen nonnullae dubiae quibusdam videntur,) atque XXXI. diuersi argumenti, (inter quas praecipue tulit laudem oratio XXIV. *ad adolescentes, de gentilium libris cum fructu legendis* *),) de baptismo libr. III. aduersus

*) Ideo etiam frequenter et seorsim editum est illud opusculum. Missis versionibus lat. atque editt. antiquioribus, nonnullas tantum laudare iuuat: gr. cum Cebete, Plutarcho de institutione puerorum, Xenophontis Hierone, sine vllis notis typographic. 8. (quae vero ed. *Zach. Calliergi* saec. XV. cense-

ſus Eunomium libr. V. de Spiritu S. librum ad Amphilochium; epiſtolas CCCCXXVIII. aliaque theologici potiſſimum argumenti ſcripta: permulta etiam alia vel ſpuria vel dubia videntur. — Princeps ed. *Operum*, (inſunt autem homiliae in Hexaëmeron, in Pſalmos, aliae homiliae 29. liber de Spiritu S. et epiſtolae,) graece ex recognit. *Deſ. Eraſmi Roterod.* Baſil. ex offic. Froben. 1532. fol. — *Opera quaedam*, ſcil. tractatus ethicorum, aſcetica, de virginitate, contra Eunomium, ſermones et epiſtolae nonnullae, graece, quae omnia nunc primum impreſſa ſunt. Venet. ap. Steph. de Sabio, 1535. fol. — *Opera graeca*, cum praef. graeca *Jan. Cornarii* *), Baſil. 1551. ap. Froben. fol. Opuſc. ſuperiorum editt. quaedam acceſſerunt. — *Opera omnia*, nunc primum gr. et lat. coniunctim edita, cum Mss. collata, emendata, illuſtrata ac CCXIV. epiſtolis aucta: acceſſit appendix, quae ſeorſim conciones, a *Si-*

cenſetur;) — graece, cum *Cornarii* verſione latina, Hannover. 1651. 8. — graece, aliquot locis ab *Hug. Grotio* caſtigatus et lat. verſus ille libellus cum *Plutarcho* de legendis poetis praemiſſus eſt ab eodem *Grotio* Excerptis e Stobaeo, Pariſ. 1623. 4. — Eosdem *Baſilii* et *Plutarchi* libellos cum Grotii interpretatione, additis ad voluminis calcem variis lectt. notisque breuibus edidit *Jo. Potter*, Oxon. 1694. mai. 8. — Haec Potteriana editio vna cum nouis *Jo. Heinr. Maii* filii adnotatt. et adiecta in calce Leonardi Bruni verſ. rec. eſt Francof. ad M. 1714. 4. — Textus Potter. graecus ſine verſione notisque, (curante *Jo. Tob. Krebſio*,) rec. Lipſ. 1779. 8. — Nouiſſima doctaque ed. eſt: *Baſilii M. ad adoleſcentes oratio* de modo e literis gr. proficiendi: graece cum *Juliani Garnierii* et *Frontonis Ducaei* animaduerſſ. edidit, praecipuam varietatem lectionis notauit, paſſim emendauit, notis et indice illuſtrauit M. *Frid. Guil. Sturz*, Gerae, 1791. 8. Adiecta eſt in calce *Jo. Tob. Krebſii* proluſio, qua lectio auctorum veterum e Baſilii M. diſciplina commendatur.

*) Idem *Cornarius Baſilii* opp. latine vertit et edidit Baſil. 1540. fol. rec. iterum vero recognita, caſtigata, ac II. libris contra Eunomii Apologeticum aucta, ib. 1552. fol.

a *Simeone Magiſtro* excerptas, et notas continet, (cura *Fronton. Ducaei* et *Fed. Morelli,*) Pariſ. ap. Claud. Morell. 1618. fol. rec. at minus curate atque eleganter, Pariſ. 1638. fol. — *Opera omnia, quae extant, vel eiusd. nomine circumferuntur,* ad libros et ſcriptos et editos caſtigata, multis aucta, noua interpretatione, criticis praefationibus, notis, varr. lectt. illuſtrata, noua S. Doctoris vita et indicibus illuſtrata, opera et ſtudio Domni *Iuliani Garnier,* Pariſ. tom. I. 1721. tom. II. 1722. tom. III. poſt Garnierii mortem ſtudio monachorum ordinis S. Benedicti, 1730. fol. — Quaedam opuſcula vel iunctim vel ſeparatim ſunt graece aut graeco-lat. edita, et plures operum vel omnium vel nonnullorum verſiones latinae prelis exierunt. Hoc loco memorabo tria ſcripta: *Baſilii oratio de humana Chriſti generatione,* gr. et lat. ex recenſione Iuliani Garnier: in ſectiones primum deſcripta, noua verſione, argumento et notulis aucta a *Io. Bened. Carpzov,* Helmſtadii, 1756. 4. — Io. Xiphilini et *Baſilii M.* orationes, ex variis codd. editae et animadverſſ. inſtructae a *Chriſti. Frid. Matthaei,* Moſcou. 1775. 4. — *Epiſtola ad Apollinarem Laodicenum celeberrima de diuina eſſentia,* Diui *Baſilii* nomine ab *Euſtathio Sebuſteno* toto fere oriente per ſummum ſcelus olim vulgata, ex cod. Ms. bibl. Angelicae gr. et lat. nunc primum in lucem prodit, hiſtorica narratione et animaduerſionibus illuſtrata, Romae, 1796. m. 8. Editor eſt *Leopold. Sebaſtiani.* In illo opere ſunt multae variorum ſcriptorum eccleſiaſticorum, et ab initio 87. Baſilii epiſtolae: has excipit epiſtola, nunc primum a pag. 23—29. edita: quam ſequitur hiſtoria diſſenſionum inter S. Baſilium et Euſtathium Sebaſtenum, atque a p. 39—fin. animaduerſſ. in epiſtolam. In prolegomenis orthodoxia patrum eccleſiaſtic. ante concilium Nicaenum defenditur.

Diſcer-

Difcernendus eft *Bafilius Seleucenfis,* iam ante a. 447. epifcopus. *Homiliae* illius, quae exftant, prodierunt gr. ex offic. Commel. 1596. 8. — Eiusd. oratt. XLIV. nunc primum latine editae, ex interpretatione et cum notis *Cl. Dausqueii,* in offic. Commel. 1604. 8. Calci addita eft oratio XL. *in transfigurationem Domini,* gr. et lat. primum publicata *). — Eiusd. libri duo *de vita ac miraculis D. Theclae,* et *Simeonis Metaphraftae* tractatus fingularis de eadem martyre, gr. et lat. ex verfione et cum notis *Petri Pantini,* Antwerp. ex offic. Plantiniana, 1608. 4. — *Opera,* quae exftant, fcil. *Oratt.* XL. graece, cum verfione et notis *Cl. Dausqueii; de vita et miraculis S. Theclae* libri II. gr. cum verfione lat. et notis *P. Pantini;* cum *Gregorii* Thaumaturgi Opp. Parif. 1622. fol.

29. *Gregorius Nyffenus,* Bafilii M. frater minor, at ingenio, litteris et doctrina propemodum par atque aequalis. Circa exordium a. C. 372. a Bafilio, fratre, Nyffae in Cappadocia epifcopus factus, anno autem fequenti ab Arianis fede fua motus, ab a. C. 378. reftitutus eft a Gratiano, et poft a. 394. vita deceffit. Multa fcripfit, quorum plurima opufcula adhuc reftant, et plura eorum feparatim funt edita: quaedam tamen dubia videntur. Num in Gregorii Nyffeni fcriptis adpareant Origenianorum dogmatum veftigia, quaeftio ab omni aetate VV. DD. in varias diuerfasque diftraxit fententias. — *Opera omnia,* quae reperiri potuerunt; gr. et lat. nunc primum e Msst. codd. in lucem edita. — Additae funt variae doctiff. virorum notae, quibus cum interpretatio vetus quorumdam librorum emendatur, tum noua reli-

*) Oratt. 40. 41. et 43. in hac collectione *Jo. Chryfoftomo* adtribuuntur.

reliquorum illustratur, (curante *Frontone Ducaeo,*) Paris. ex offic. Niuelliana, 1615. II. voll. fol. — Appendix ad S. Gregorii opp. gr. et lat. non ita pridem euulgata, ex edit. et partim interpretatione *Jac. Gretseri*, Paris. 1618. fol. Editio Niuelliana cum adpendice recusa est, at minus nitide atque emendate, Paris. 1638. III. voll. fol. — Sed noua Greg. Nyss. operum editio e codd. emendanda, et augenda, idoneo V. D. est commendanda. — Plura opuscula sunt separatim aut cum aliis edita: ego vero pauca quaedam memorabo. Rara, nitida criticaque est editio ex codd. Augustan. et Maximi Margunii curata: *D. Gregorii Nysseni* opuscula quinque. I. De professione christiana. II. De perfectione et qualem Christianum esse deceat. III. Anagogica vitae Moysis enarratio, qua vitae christianae quidam is typus fuisse ostenditur. IV. Contra Apollinarium. V. De fide. Graece nunc primum edita studio et opera *Dauid. Hoeschelii*, Augustani. Lugd. Batau. ex offic. Plantin. apud Franc. Rapheleng. 1593. 8. — *Greg. Nysseni* ad Eustathiam, Ambrosiam et Basilissam epistolae: *Is. Casaubonus* nunc primum publicauit, lat. vertit et illustrauit notis, Paris. ex typogr. Rob. Stephani, 1606. 8. rec. Hanouiae typis Wechel. etc. 1607. 8. — Antirrheticus aduersus Apollinarem; testimonia aduersus Judaeos; noua laudatio S. Stephani; sermo de Spiritu S. epistolae XIV. Omnia gr. cum interpretatione latina et notis *Laur. Alexandri Zacagni*, in eiusd. Collectan. monument. vet. eccles. graecae, tom. I. p. 123 sqq. — Commentar. duplex in Psalmorum inscriptiones, et operum S. Gregorii Nyss. appendix; gr. et lat. ex interpretatione *Jac. Gretseri* et *Petri Franc. Zini*, in *Jac. Gretseri* Opp. Ratisb. 1740. tom. XIV. p. I. p. 4 sqq. — Dialogi de anima et resurrectione magnam partem gr. cum versione lat. pristina et notis criticis emendatiorem reddidit

didit *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 284—319. tum vsque ad p. 330. et in tom. III. p. 1 ſqq. — ad reliquam dialogi partem varietatem lectionis e II. codd. ſumtam tantummodo dedit. — *Epiſtolae ſeptem*, gr. primo lat. vertit et edidit, commentariis nonnullisque animaduerſſ. adiectis, *J. B. Caracciolus*, Florent. 1731. fol. — In *Gallandii* Bibl. gr. lat. veterum patrum, vol. III. p. 385. et VI. p. 571. ſunt ſcripta quaedam *Gregorii Nyſſeni*. — *Gregorius von Nyſſa und Auguſtinus über den erſten chriſtlichen Religions-Unterricht, aus dem griechiſchen und lateiniſchen überſetzt, mit Anmerkungen, (von Glauber,)* Lipſ. 1781. 8.

30. *Epiphanius*, Eleutheropolitanus, epiſcopus Conſtantienſis in Cypro inſula ab a. C. 367. vehemens diſciplinae et doctrinae Origenianae adverſarius. Eius tamen iudicium atque dicendi genus haud probatur viris doctis. Obiit in itinere a. C. 403. Plura ſcripſiſſe dicitur, nec tamen pauca, in his *Phyſiologus, de natura ferarum et volucrum*, cuius auctor antiquior eſſe videtur, dubia habentur. H. l. operum editt. et potiores peculiares quorumdam libr. edd. memorabo. *D. Epiphanii* — Opera, (n. Ancoratum, Panarium, Anacephalaeoſin, et librum de menſuris ac ponderibus,) graece primum edidit *Jo. Oporin*, Baſil. Jo. Heruagii ſumtu et typis, 1544. fol. — Eadem IV. Epiphanii ſcripta ex *Jani Cornarii* verſ. prodierunt primum Baſil. 1543. fol. cur. eod. Oporino, et ſaepius. Poſterioribus Baſileenſ. editt. et Pariſ. 1564. 8. acceſſit Epiphanii libellus de vita prophetarum ex verſione *Albani Torini*, et epiſtola ad Joannem, Hieroſolymitanum epiſcopum, S. Hieronymo interprete. — Opp. omnia, in duos tomos diſtributa. *Dionyſius Petauius* ex veteribus libris recenſuit, latine vertit, et animaduerſſ. illuſtrauit, cum indicibus, Pariſ. 1622. fol. II. voll.

Petau.

Petau. graues nactus eſt aduerſarios, Mathurin. Simonium et Claud. Salmaſium. — Rec. eſt Petauii editio Colon. (ſiue potius Lipſiae,) 1682. fol. II. voll. Acceſſit vita Dion. Petauii ab Henr. Valeſio oratione deſcripta, et adpendices geminae pro vindicandis animaduerſionibus, altera aduerſus Mathurinum Simonium, altera aduerſus Cl. Salmaſium, ab ipſo Petauio antehac emiſſae in publicum. — *Ancoratus* et *anacephalaeoſis*, gr. et lat. in *Joſ. Mar. Thomaſii* Inſtitution. theol. antiq. PP. Rom. 1712. tom. III. p. 4—595. — *de ponderibus et menſuris*, n. biblicis, a cap. 21. gr. et lat. et ſubiuncta antiqua latina verſione, in *Steph. le Moyne* Variis ſacris, tom. I. p. 470. — *De XII. gemmis*, quae erant in veſte Aaronis, gr. et lat. *Jola Hierotarantino* interprete, cum corollario *Conr. Geſneri*, in C. Geſneri opere de omnium foſſilium genere, Tiguri, 1565. 8. Idem liber cum *Cl. Salmaſii* et *Matthiae Hilleri* obſeruatt. in *M. Hilleri* libro de duodecim gemmis in pectorali ſummi pontificis, Tubing. 1698. 4. et in eiusd. Syntagm. hermeneut. ibid. 1711. 4. — Genuinum et integrum eſſe dicitur Epiphanii opuſculum, quod, in antiqua lat. verſione repertum, ex cod. Vaticano, in calce tamen haud integro, edidit *Fogginius: Epiphanius de XII. gemmis rationalis ſummi ſacerdotis Hebraeorum liber ad Diodorum.* Prodit nunc primo ex antiqua verſione lat. opera et ſtudio *P. Franc. Fogginii*, qui et notas adiecit, Romae, 1743. 4. — Idem *Foggin.* ex antiqua verſione lat. primus edidit *Epiphanii Commentarium in Canticum Canticorum*, Romae, 1750. 4. — Sed *Philonem*, epiſcopum Carpaſium, illius commentarii fuiſſe auctorem, docet *Giacomellus*, qui eum gr. et lat. edidit: v. infra, ad §. 35. — A Petauio, Cornario et Fabricio mentio facta eſt orationis, inſcriptae: *Oratio de fide catholica et apoſtolica eccle-*

eccleſia, per *Vitum Amerpachum* (e codd. forſan Bauaricis,) in lat. conuerſa et quibusdam adnotatt. enarrata, Auguſtae Rhedicae, Philipp. Vlhardus excudebat: praefatio ſcripta eſt Ingolſtadii, 1548. cum variis lectt. ex illis codd. — Eadem oratio recuſa eſt cum nonnullis oratt. Chryſoſtomi, Baſil. 1552. 8. — De *Septimio Tertulliano* et *Epiphanio* diſſ. duae theologico-criticae, in quibus Anthropomorphiſmo neutrum laboraſſe demonſtratur, et multa ad Anthropomorphitarum hiſtoriam pertinentia dilucidantur, auctore *Joſ. Antonio Cantova*, Viennae Auſtriae, 1764. 8. p. 123 ſqq. de *Epiphanio*.

Ab hoc diuerſus eſt *Epiphanius*, monachus et presbyter Hagiopolita ſiue Hieroſolymitanus. Hunc ſaeculo circiter duodecimo vixiſſe, docet *Jo. Aloyſius Mingarellius*, qui in Amadutii Anecdotis litterar. vol. III. p. 29 ſqq. e cod. Naniano *Epiphanii monachi et presbyteri de vita Sanctiſſ. Mariae* librum, (ex monumentis cum ſinceris, tum maxime apocryphis dubiisque contextum,) primus graece cum ſua verſione lat. notisque vulgauit. Idem Mingarell. ib. p. 32. cenſet, iſtum Epiphanium quoque fuiſſe parentem libelli, inſcripti: *Epiphanii monachi Hagiopolitae Syria et Vrbs ſancta*, ſ. enarratio Syriae, vrbis Sctae, et ſacrorum ibi locorum, editi a *Leone Allatio*, gr. cum interpretatione Fed. Morelli, in Symmictis, edente *Bartoldo Nihuſio*, Colon. Agripp. 1653. 8. p. 48 ſqq. — *Epiphanii* monachi et presbyteri ſcriptum *de diſſidio IV. euangeliſtarum circa reſurrectionem Chriſti* primus (e cod. Barocc.) gr. et lat. publicauit D. *Magnus Cruſius*, Theolog. Gotting. in *Hamburg. verm. Bibl.* tom. I. p. 898 ſqq.

31. *Hieronymus*, aetatis non vsquequaque certae, ſaec. forſan VI. aut VII. vixit. Plura de illo eiusque aetate diſputat *Jo. Bened. Carpzou.* qui *D. Hieronymi duos dialogos graecos*, qui ſuper-

ſuperſunt, recenſuit, et cum breuibus notis Caſp. Barthii et Chriſtoph. Daumii, amplioribus autem ſuis, nouaque verſione lat. edidit, Altenburg. 1772. 8.

32. *Ephraim* ſiue *Ephraemus*, Niſibeno-Syrus, theologus Edeſſenus, circa a. C. 370. Num a. C. 378. vitae finem inuenerit, haud ſatis liquidum eſt. Vir fuit ardore pietatis, atque inſigni erga pauperes benignitate et ſacra eloquentia clarus. — Editiones potiores ſunt: *S. Ephraem Syrus*, graece, ex codd. Mss. Bodleianis, Oxon. 1709. fol. Pleniſſima edit. eſt: *Sancti patris noſtri Ephraem Syri Opera omnia, quae exſtant*, graece, ſyriace, latine, in ſex tomos diſtributa, ad msstos codd. Vatican. aliosque caſtigata, multis aucta, noua interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illuſtrata, nunc primum — e bibl. Vaticana prodeunt Romae, 1732 —1746. VI. voll. fol. quae hoc ordine prelo emiſſa ſunt: *Tres tomi graeci*, opera et ſtudio *Joſephi Sim. Aſſemanni*, gr. et lat. tom. I. 1732. — Hoc tamen tomo edito, Aſſemann. in Orientem a pontifice rom. rei ſacrae cauſſa miſſus eſt: quare tom. II. a. 1743. et tom. III. a. 1746. prod. Interea vt opera *ſyriaca* euulgarentur, curam illorum ſuſcepit *Petrus Benedictus*, Maronita, ſoc. Jeſu, qui, vti in titulo ſcriptum exſtat, textum recenſuit, notis variantibus animauit, latine vertit, et variorum ſcholiis illuſtrauit, tomus I. ſyriace et lat. Romae, 1737. — tom. II. 1740. Poſt Benedicti mortem ſyriacum textum recenſuit etc. *Stephanus Euodius Aſſemannus*, tom. III. 1743. — *Auguſt. Fried. Pfeiffer* edidit *Joſ. Simon. Aſſemanns orientaliſche Bibliothek, oder Nachrichten von ſyriſchen Schriftſtellern, in einen Auszug gebracht*, I. et II. part. Erlang. 1776. et 1777. 8. — *Aſſemann.* in prolegg. et in praef. ad vol. I. graec. atque in Bibliotheca orientali Clementino-Vatic. tom. I. (in qua etiam exhibetur *Ephr.* vita Syriaca,

Syriaca, ex duobus codd. syriacis excerpta, cum versione et notis *Jos. Sim. Assemanni,)* historiam litterariam Ephraimi, eius vitae, opusculorum, et horum codd. editionumque copiose persequutus est atque illustrauit.

Non miscendus est ille cum *S. Ephraimo,* minore, patriarcha Antiocheno, circ. a. C. 530. claro.

33. *Amphilochius,* Cappadox, Iconii Lycaoniae episcopus, grauis Arianis aduersarius, quo auctore edictum Theodosii aduersus illos a. C. 381. promulgatum est. Eodem anno interfuit concilio CPolitano, quo Macedonius damnatus est; a. autem Chr. 383. praefuit synodo Sidensi aduersus Messalianos; denique interfuit synodo CPolitanae a. C. 394. Multa scripsisse dicitur, sed tantum non omnia interciderunt. Atque ea, quae exstant et sub Amphilochii nostri nomine circumferuntur, num, exceptis homiliis quibusdam, nostro, annon, vt videntur, iuniori Amphilochio sint tribuenda, res dubia est; magnam quidem partem sunt suspecta. — Edita sunt a *Combesisio* in opere inscripto: *SS. Patrum Amphilochii Iconii, Methodii Patarensis* et *Andr. Cretensis* Opera omnia, quae reperiri potuerunt: nunc primum magnam partem e tenebris eruta, latine reddita ac recognita, notisque illustrata, opera et studio *Francisci Combesisii,* Paris. 1644. fol. — *Epistola ad Seleucum* de recta studiorum ac vitae ratione, versibus iambicis scripta, graeco-latina: interprete et editore a. 1695. *Antonio Wernero Canone* — cum notationibus *Jac. Billii* et *Franc. Combesisii:* addito *Greg. Nazianzeni* carmine XXIII. de libris biblicis: recusa pro recitationibus publicis *D. Jo. Balt. Bernholdi,* Altorph. 1740. 8. — Vita S. Ephraemi Syri, praemissa huius Opp. gr. ed. Rom. tom. I. p. XXXIV. — epistola synodica, graece cum versione lat. et notis *Jo. Bapt. Cotelerii,* in Cotelerii Monument. eccl. gr.

tom. II. p. 99. — Orationem quamdam primus edidit *Matthaei:* v. §. ſeq.

34. *Joannes*, ob oris ſuauitatem et eloquentiae vim *Chryſoſtomus* cognominatus: Antiochiae in Coeleſyria a parentibus idolorum cultoribus natus a. C. 354. et a Libanio arte orandi eruditus: annum XXIII. agens cum matre ad caſtra Chriſtianorum tranſiit, atque a Meletio, epiſcopo Antiocheno, beneficio lauacri ſacri religioni chriſtianae initiatus et ad interiorem chriſtianae doctrinae ſcientiam arripiendam adductus eſt. Quo facto, poſt vitam monaſticam, valetudini ſuae noxiam, relictam, Antiochiae a. 381. Diaconus et quinquennio poſt Presbyter, a. denique 398. epiſcopus CPolitanus euaſit. At propter dicendi libertatem in vituperandis et emendandis optimatum, etiam Eudoxiae Auguſtae, vitiis ac delictis bis in exſilium eſt miſſus, et in eo, ſuperatis multis aerumnis, a. C. 407. a. aet. 53. vita deceſſit. Eximius fuit theologus et orator ſui temporis diſertiſſimus, (luxum tamen verborum Aſiaticum ſectatus eſt,) et prae ceteris fere patribus lectu digniſſimus, atque critico S. S. praecipue variarum lectionum interpreti commendandus *): at tamen eſt eius librorum vſus ob multas falſas et ſuperſtitioſas atque a veritate diſciplinae chriſtianae alienas expoſitiones caute ſobrieque faciendus. Fuit autem πολυγράφος· atque in nouiſſima editione opera varii generis et maioris minorisque molis 1447 reperiuntur: nonnulla tamen vel dubia, vel omnino ſpuria cenſentur. Ob permagnam, qua floruit ſemper, auctoritatem, (atque permulti tam veteres graeci latinique, quam recentiores de illo egerunt,) Opera Chryſoſtomi vel ſeorſum vel iunctim

*) Conf. D. *Gottl. Guil. Meyer* de Chryſoſtomo, litterarum ſacrarum, ac potiſſimum quidem V. T. interprete, Noriberg. 1806. m. 8.

etiam olim manu, et ab inuenta arte typographica formulis ſunt ſaepe deſcripta, aut olim in linguam lat. translata. Ego vero h. l. et verſionum latinarum omnes antiquas et plurimas cum contextu graeco curatarum editiones, quarum numerus eſt inſignis *), breuitatis cauſſa omittere cogor. — *D. Jo. Chryſoſtomi* in omnes S. Pauli epiſtolas interpretatio, graece ex edit. *Bernardini Donati*, Veronae, 1529. fol. IV. tom. — eiusd. ad epiſcopos vinctos, ad Innocentium, epiſcopum Romae, ad Cyriacum *Epiſtolae* etc. gr. cum *Eraſmi* praefatione, in offic. Froben. Baſil. 1529. 4. — *Chryſoſtomi* Commentarii in N. T. gr. et lat. Heidelbergae ap. Commelin. IV. voll. 1591—1603. fol. — Opera, ex recenſione vel cum verſione *Frontonis Ducaei*, Pariſ. tom. I. II. 1609. tom. III. et IV. 1614. tom. V. 1616. et ſextus, 1624. fol. Solis primo et ſexto tom. ſubiectae ſunt Ducaei notae. — Hisce *Carol. Morellus* poſteriores ſex ſubiunxit ex edit. Commeliniana, ita vt totum opus conſtet XII. voluminibus, Pariſ. 1633. fol. — Praeſtat tamen et fide textus et venuſtate typorum editio *Operum*, (nonnullorum etiam, quae vel ſpuria ſunt, vel dubia,) plenior, ope multorum codd. caſtigatiſſima, cura atque magnis impenſis *Henrici Sauilii*, cum notis Sauilii potiſſimum, tum *Andr. Dounaei*, *Jo. Boſii*, et obſeruatt. paſſim inſperſis *Phil. Montani*, *Iſ. Caſauboni*, *Rich. Montacutii*, *Tho. Alleni*, *Jo. Haleſii*, Etonae, graece, typis Jo. Norton. VIII. vol. ſecundum titulum interiorem graecum 1613. fol. ſed, vti ſemper notatur in fine, tria voll. priora a. 1610. quartum a. 1612. V. et VI. a. 1611. VII. a. 1612. et VIII. a. 1613. Hanc edit. ſe-

*) Conf. praeter alios *Chriſt. Gull. Vollandi* diſſ. de optimis Operum Chryſoſtomi editionibus, Vitemberg. 1711. 4.

qui aut consulere debuerat is, qui Paris. duodecim voluminum editionem recudi fecit et curauit: *S. Chrysostomi Opera omnia in XII. tomos distributa, quorum sex priores opuscula eius varia, sex posteriores in N. T. libros homilias complectuntur*, gr. et lat. Francof. ad M. typis et impensis B. Chr. Wustii sen. 1698. fol. — Optima et plenissima editio sequens censetur: *Opera omnia*, quae exstant, vel quae eius nomine circumferuntur, ad Mss. codd. — nec non ad Sauilianam et Frontonian. edd. castigata, innumeris aucta: noua interpretatione, vbi opus erat, praefationibus, monitis, notis, variis lectt. illustrata, noua S. Doctoris vita, appendicibus, onomastico, et copiosissimis indicibus locupletata: opera et studio D. *Bernardi de Montfaucon* etc. Paris. tom. I—XIII. 1718—1738. fol. — Decas orationum nunc primum editarum a *Jo. Jac. Beurero*, gr. et lat. Basil. 1585. 8. — *Angel. Mar. Bandini* primus dedit *Chrysostomi* homiliam in poenitentiam Niniuitarum, in Graecae eccles. veteris monument. tom. II. Florent. 1763. 8. nr. 1. et tom. III. nr. 2. specimen Commentarii in Jobum; cuius commentarii fragmenta habemus in *Patricii Junii* Catena in Jobum, Londini, 1637. fol. — *Gregorii Thessalonicensis* X. oratt. cum singulis *Joannis Chrysostomi* et *Amphilochii Iconensis*. Accessit quoque fragmentum *Jo. Damasceni*. Ex quinque codd. Msst. primum edidit *Chr. Frid. Matthaei*, Moscou. 1776. 8. — *Chrys.* II. orationes: de eleemosynis nondum edita, et altera de intermissione vsus sacrae coenae frequentioris, a *Matthaei* Mosquae iam typis euulgatae, in Anecdotis nouis veterum patrum, Venet. 1781. nr. 7. — *Jo. Chrysost.* homiliae IV. ex omnibus eius operibus selectae, gr. et lat. Semel partim ex cod. Vaticano, partim ex Coisliniano a Bern. de Montfaucon, iterum notatis argumentis additisque animad-

animaduerſion. et indicibus editae a *Chr. Fr. Matthaei,* (tum Prof. Vitemberg.) Miſniae, vol. I. II. 1792. mai. 8. conf. eundem in Lipſ. *Allgem. litter. Anzeig.* 1800. nr. 198. p. 1949. — *Jo. Chryſoſt.* nouae Eclogae LII. gr. ex recenſ. Montefalc. et cum eius, Sauilii aliorumque animadverſſ. denuo acceſſerunt variae lectt. aliarum editionum, emendationes textus, commentarius et index vocabulorum, ſtudio *Chr. Frid. de Matthaei,* Moſquae, 1807. mai. 8. (v. ephem. litter. Gotting. 1809. nr. 60. p. 594 ſqq.) Idem V. C. edidit in quibusdam libellis minoribus Animadverſſ. in homilias. — *Tiberii Hemſterhuſii* orationes, quarum prima eſt de Paulo, apoſtolo. *L. C. Valckenarii* tres orationes. — Praefiguntur *duae orationes Jo. Chryſoſtomi in laudem Pauli apoſtoli, cum veteri verſione lat. Aniani, ex cod. Ms. hic illic emendata,* cum adnotationibus. Lugd. Bat. 1784. m. 8. — Homiliae variae (XI.) graecae, editae a *Dau. Hoeſchelio,* 1587. 8. — Alia, n. oratio in diem natalem ſeruatoris noſtri J. Chriſti edita nunc primum e bibl. Auguſtana ſtudio et opera *Dau. Hoeſchelii,* Auguſtae Vindel. 1594. 8. et homiliae VI. contra Judaeos, a *Dau. Hoeſchelio* cum verſione vel emendata vel noua et notis, ibid. 1602. 8. — Homiliae ſeptem ex pridem iam vulgatis ſelectae, in vſum iuuentutis gr. et lat. vulgatae, Tubingae, 1701. 8. — Homiliae VII. ſelectae — theologiae ſtudioſis vtiliſſimae — cum praef. *Jo. Wolfg. Jaegeri,* Tub. 1709. 1755. 8. — Commentar. et homiliae in epiſtolam Pauli ad Philemonem — cum noua interpretatione lat. et annotatiunculis quibusdam edidit M. *Ge. Raphelius,* Luneburg. 1712. 8. — Supplementa homiliarum *S. Chryſoſtomi* e codd. Mss. bibl. Bodleianae vulgata ab *Erico Benzelio,* gr. et lat. cum notis, Vpſal. 1705. 4. — Homiliae, gr. et lat. ſtudio *Jo. Saguens*

cum

cum figg. Tolofae, 1706. 8. — In *Andr. Gallandii* Bibl. graeco-lat. veterum patrum etc. funt in vol. VIII. p. 239. et XIV. p. 136. in adpend. fcripta quaedam Chryfoft. quae defunt tam in Parif. quam in Lugd. bibliotheca. Sed miffis aliis permultis Homiliarum reliquorumque opufc. Chryfoft. editionibus, mentionem adhuc faciam operis *de facerdotio*, quod inprimis laudatur et paene praefertur a VV. doctis. — *De facerdotio libri* VI. graece, Bafil. 1525. 8. ap. Froben. cum Erafmi epiftola ad Bilib. Pirkheimer. — gr. Argentor. 1561. 8. — gr. et lat. DCC. amplius locis emendati, aucti, illuftrati etc. opera *Dau. Hoefchelii*, cum notis, Auguftae Vind. 1599. 8. — iidem, gr. et lat. — editionem curauit praefationemque adiecit *Jo. Hughes*, Cantabr. 1710. 8. — editio altera, priore illa emendatior et auctior: acc. *S. Gr. Nazianzeni* de eodem argumento confcripta oratio apologetica: opera *S. Thirlby*, Cantabr. 1712. 8. — iidem, gr. et lat. vtrinque recogniti, et notis indicibusque aucti, opera *Jo. Alb. Bengelii*, Stuttgard. 1725. 8. — editi a *Michael. Aug. Giacomellio*, gr. et ital. Romae, 1757. 4. — iidem, graece, cum verfione hifpanica notisque criticis, auctore *Felipò Scio de S. Miguel*, Matriti, 1773. mai. 4. iterum, fed fine textu graeco, ibid. 1776. 8. — In linguam germanicam varia Chryfoft. opufcula fuperiore faeculo translata funt: — *Predigten und kleine Schriften aus dem Griechifchen überfetzt: mit Abhandlungen und Anmerkungen begleitet, erfter — zehnter und letzter Band: mit vollftändigem Regifter herausgegeben von Jo. Andr. Cramer*, Lipf. 1748—1751. 8. — *Predigten und kleine Schriften ins Deutfche überfetzt, I—XI. Band.* Auguftae Vindel. 1772—1782. 8. — *Reden über das Evangelium des heil. Matthaeus, aus dem Griechifchen — überfetzt und mit Anmerkungen verfehen*

verſehen von Jo. Mich. Feder, IV. partt. in II. tom. Auguſt. Vindel. 1786—1789. 8. — *Reden über das Evangelium Johannis, überſetzt von Eulogius Schneider,* I—III. part. Aug. Vindel. 1787—1789. 8. — Sed haec ſufficiant. Multo plura de Chryſoſtomo et editt. alibi adnotaui.

35. *Syneſius,* Cyrene in Libya ortus, genere nobilis, tum in patria, tum Alexandriae, vbi Hypatiam audiuit, ingenium ita excoluit, vt eloquentiae graecique carminis laude valeret, et omnium diſciplinarum ac philoſophiae, inprimis Platonicae ſiue Alexandrinae, cuius veſtigia etiam poſtea, quam Theophili, archiepiſcopi Alexandrini, ſuaſu ad caſtra Chriſtianorum transierat *), frequenter adparent, inprimis peritus eſſet. Ab eodem Theophilo a. C. 410. licet inuitus, epiſcopus eſt ordinatus Ptolemaidis, quae Libyae Cyrenaicae, ſiue, vti tunc adpellabatur, Pentapoleos metropolis fuit. Vltra annum Chr. 430. vitam haud produxit. Varia ſcripſit: inprimis cultiſſimae Epiſtolae et Oratio ad Arcadium *de regno,* a. Chr. 399. habita, laudantur. — *Syneſii* — de regno; Dio ſiue de ſuae vitae ratione **); caluitii laudatio; de prouidentia, ſeu Aegyptius; concio quaedam panegyrica; de inſomniis, cum *Nicephori Gregorae* explicatione; eiusdem *Syneſii* epiſtolae: (graece,) ex bibl. regia, Pariſ. ex offic. Adr. Turnebi, 1553. fol. cum graeca Turnebi praefat. — *Syneſii* opera, quae extant, omnia, gr. ac lat. nunc primum coniunctim edita: interprete *Dionyſ. Petauio,* cuius opera eadem illa ex veterum — codicum fide recenſita, ac notis illuſtrata prodeunt. Lutet. 1612. fol. rec. 1631. 1633. et, additis *Cyrilli*

*) Atqui *J. G. Heineccius* in diſp. de philoſophis ſemichriſtianis, Halae, 1714. 4. §. 24. pag. 50 ſqq. Syneſium in claſſem iſtorum refert.

**) In qua oratione Syneſius criticum egit.

rilli Hierof. operibus, 1640. fol. — *Aegyptius* fiue difputat. de prouidentia, et epiftola fiue potius oratio ad Orum: gr. cum verfione latina et annotatt. *Efromi Rudingeri,* Bafil. 1556. 8. — Liber *de infomniis*, gr. cum Artemidoro, Venet. ap. Ald. 1518. 8. — graece, ad fidem optimorum codd. emendatus, ap. Fed. Morellum, 1586. 8. — latine, interprete *A. Pichonio*, cum eiusd. notis et *Nicephori Gregorae* commentariis, latinitate nunc primum ab eodem donatis, ibid. eod. anno. 8. — *Epiftolae*, graece, in Collectione Aldina epiftol. gr. Venet. 1499. — gr. et lat. in Collect. epiftol. graec. Geneu. 1606. fol. — feparatim, gr. et lat. interprete *Thoma Naogeorgo*, Bafil. 1558. 8. — Epiftolae, cum antiquis codd. Mss. collatae, gr. et lat. ex verfione et cum notis *Francifci Porti*, Parif. 1605. 8. — In vfum graecae iuuentutis curata editio eft: *Αἱ ἐπιστολαὶ Συνεσίου τοῦ Κυρηναίου, μετὰ τῶν σχολίων τοῦ διδασκάλου Νεοφύτου Ἱεροδιακόνου τοῦ Πελοποννησίου ἐκδοθεῖσαι σπουδῇ καὶ ἐπιστασίᾳ Γρηγορίου Ἱεροδιακόνου Δημητριέως τοῦ Κωνσταντᾶ, καὶ συνδρομῇ ἐν μέρει τῶν ἐντιμοτάτων κυρίων Ἐλευθερίου Μιχαὴλ Ῥαψανιώτου καὶ Ἀβραμίου Χατζῆ Δημητρίου Ἀμπελακιώτου, ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας. ἐν τῇ τυπογαφίᾳ Γεωργίου τοῦ Βεντότου. αψηβʹ.* mai. 8. — *Hymni* decem cum quatuor *Synefii* orationibus, gr. et lat. carmine redditi a *Guil. Cantero* primum editi funt Bafil. 1557. 8. — Hymni et *Gregorii Nazianzeni* odae aliquot, gr. cum verfione profaria: excud. Henr. Stephan. 1569. (al. 1568.) in forma minima. rec. ap. Cl. Morel. Parif. 1618. — Hymni, *Greg. Nazianzeni* odae, et *Jo. Damafceni* Hymnus in theogoniam, gr. et lat. Parif. ap. Jo. Benenat. 1570. 8. — ex ed. Stephani, cum quibusd. odis Nazianzeni et Clementis Alexandrini Hymno, curante *Jo. Cafelio*, Roftoch. 1586. 8. — gr. et lat. in *Jo. Lectii* Corpore poetar.

tar. graecorum, tom. II. p. 449. — *Syneſius fünfter Hymnus überſetzt und erläutert von Ernſt Fried. Karl. Roſenmüller,* Lipſ. 1786. mai. 8. — Quaedam *epigrammata* in *Brunckii* Analectis etc. tom. II. p. 449.

Admodum breuem quorumdam mentionem facere iuuat eorumque memoriam quaſi adtexere. Sunt vero *Philo,* Carpaſiae in Cypro epiſcopus, circ. a. C. 400. Epiphanii familiaris, cuius *Enarrationem in Canticum Canticorum* gr. et lat. edidit cum notis ſuis *Mich. Angel. Giacomellus,* Romae, 1772. 4. — *Marcus,* diſcipulus Chryſoſtomi, Eremita Aegyptius et Aſcetes. — *Heraclides* epiſcopus Epheſinus, a. 402. at non ita multo poſt ſede ſua motus. — *Seuerianus,* Gabalorum in Syria epiſcopus, non indiſertus homiliarum ſcriptor, circ. a. 402. Eius homilia die Epiphanias, a cl. *Matthaei* in Lectionibus Mosquenſ. vol. II. Lipſ. 1779. 8. p. 1 ſqq. edita; exſtat etiam in Analectis nouis patrum etc. Venet. 1781. nr. 8. p. 147. — *Joannes Caſſianus, Scetenſis* Eremi Anachoreta, tandem monaſterii apud Maſſilienſes abbas, factionis Semi-Pelagianae auctor: denatus a. C. 444. — *Victor,* Presbyter Antiochenus: conf. ſupra ſect. I. §. 5. de euangelio Marci. — *Polychronius* Antiochenus, epiſcopus in Syria Apamenſis a. 410. nonnullorum librorum diuinorum interpres; laudatur a vitae probitate non minus quam ab eruditione et ſcribendi genere. — *Heſychius,* Presbyter Hieroſolymitanus, librorum diuinorum interpres, mort. a. 428. haud miſcendus cum alio *Heſychio,* ſerioris aeui, itidem Presbytero, mox epiſcopo Hieroſolymitano. — *Lucianus,* Presbyter Caphargamalitanus in tractu agri Hieroſolymitani, circ. a. 415. — *Philippus Sidetes,* Presbyter, et rerum chriſtianarum ſcriptor. — *Palladius,* ortu Galata, epiſcopus primum Helenopolitanus, tum Aſponitanus,

tanus, ſcriptor *Hiſtoriae,* vti vulgo ſolet nominari, *Lauſiacae,* anno 420. vt videtur, confectae; natus a. 367. denatus ante a. 430. — *S. Simeon,* a στύλῳ ſ. columna, in quam a. 420. adſcendiſſe, ibique vsque ad fatalem eius annum 460. manſiſſe videtur, *Stylites* cognominatus, Anachoreta. — *S. Nilus,* primum Eparchus CPolitanus, dein, vxore dimiſſa, in montem Sinai ſeceſſit, Anachoreta et Aſcetes: floruit ante medium ſaeculum quintum. — *Nili* opera quaedam nondum edita ex bibliotheca Car. de Montchal: *Petrus Poſſinus* recenſuit et latine vertit, (notas quoque addidit,) Pariſ. 1639. 4. Idem primus edidit *Nili epiſtolas* gr. et lat. cum notis, Pariſ. 1657. 4. — *Nili* tractatus (XIX.) ſeu opuſcula ex codd. etc. eruta: *Joſephus Maria Suareſius* graece primum edidit, latine vertit, ac notis illuſtravit, Romae, 1673. fol. — *Epiſtolarum* libri IV. interprete *Leone Allatio:* additae ſunt variae lectt. in eiusd. *S. Nili* narrationem de caede monachorum ex variis codd. Mss. Diatriba quoque eiusd. *Allatii* de Nilis et eorum ſcriptis. Romae, 1668. fol. — Capita ſeu praeceptiones (229.) de vita pie, chriſtiane ac honeſte exigenda, gr. cum verſione latina et notis *Mich. Neandri,* Baſil. 1559. 4. et in eiusd. Neandri Opere aureo, part. II. p. 7 ſqq. — *Aurea Nili paraenetica,* (in XXII. decurias diſtributa,) gr. interprete *Nic. Glaſero,* Hamburgi, 1614. 8. acceſſit p. 18. Nili ad dictum Eſaiae I. 18. — Eadem cum *Steph. Schoningii* verſione, (quae primum prodiit Franeckerae, 1608. min. 8.) recudi curauit *Chriſti. Weiſſius,* Gorlicii, 1679. 8. — *Nili* patriarchae CPolitani epiſtola ad Papam Vrbanum edita primum ab *Altero* ad Phranzae Chronicon p. 149. add. eumd. *Alter. Ueber Georgianiſche Litteratur,* p. 210 ſq. Inprimis memorandum eſt *Nili Enchiridion chriſtianum,* in quo verba Epicteti frequen-

frequenter retinuit: vide ſupra, cap. II. ſect. II. §. 17. de Epicteto. — *Adrianus*, monachus, librorum diuinorum interpres, circ. a. C. 420. Scripſit *Iſagogen ſacrarum litterarum,* quam vna cum antiquiſſimorum Graecorum in Prophetas fragmentis gr. ex codd. edidit *Dau. Hoeſchelius,* Aug. Vindel. 1602. 4. — Aliis, qui circa initium vsque ad medium ſaeculum quintum vixerunt, praetermiſſis, paucos, qui intra illud ſpatium fama nominis atque eruditione, aut librorum praeſtantia vicerunt alios, paullo latius commemorabimus.

36. *Cyrillus Alexandrinus,* epiſcopus Alexandrinus ab a. C. 412. Homo vehemens et partium ſtudioſus; ſaltem a quibusdam valde, quamquam interdum acrius et iniuria, culpatur et praeſtantior eruditione Theologus habetur, quam vir bonus. In concilio Epheſino a. 431. in quo tamen ab epiſcopis orientalibus vehementer vexatus, depoſitus et in carcerem datus, ſed mox a concilio reſtitutus atque ab imperatore libertati dignitatique priſtinae redditus eſt, ſua inprimis auctoritate effecit, vt Neſtorius damnatus, de dignitatis gradu deiiceretur *). A. C. 444. vita exceſſit. Multa ſcripſit, et *Opera* eius in VI. tomos tributa coniunctim edidit *Jo. Aubertus,* gr. et lat. Pariſ. 1638. fol. tom. I—VI. Multa ſcripta Cyrilli primum in illa editione graece comparent, quamquam haud pauca, quae ab aliis partim poſtea edita ſunt, in ea deſiderantur: verſiones autem lat. varios habent auctores: nam plures *latinae* editiones antea prelis exierant. — *Cyrilli* libros X. pro ſancta chriſtianorum religione, aduerſus libros impii Juliani, graece cum interpretatione Jo. Auberti addidit *Ez. Spanhem.* Juliani Operibus,

*) Conf. *Chriſti. Guil. Franciſc. Walchium* in: *Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Ketzereien* etc. part. V. per totum caput II. p. 289 ſqq.

bus, Lipſ. 1696. fol. — Aduerſus Neſtorii blasphemias contradictionum libri V. gr. cum verſione *Antonii Agnelli*, adiuncti Collectioni concilior. general. a *Sirmondo* vulgatae, Rom. 1608. — Commentaria in quinque priores Moyſis libros —, nunc primum gr. et lat. παραλλήλως edita ſtudio *Andreae Schotti*, Antwerp. 1618. fol. — *Cyrilli* duae epiſtolae in Analectis nouis patrum etc. Venet. 1781. nr. 9. p. 150. et 152. — *Cyrilli* prologus de S. Paſcha, ad calcem vol. II. *Petavii* doctrinae temporum: etc. — In codd. msst. et a quibusdam VV. DD. *Gloſſarium* vetus *graecolatinum* tribuitur Cyrillo noſtro. Atque *Car. Labbeus* edidit *Cyrilli*, Philoxeni et aliorum veterum gloſſaria, Pariſ. 1679. fol. et *Chr. Frid. Matthaei* edidit Specimen ex gloſſario Cyrilli Alex. in Gloſſariis gr. minor. et aliis anecdotis graecis etc. vol. I. Moſquae, 1774. m. 4. Atque *Bonauent. Vulcanius* in Theſauro vtriusque linguae etc. Lugd. Bat. 1600. fol. col. 363 ſqq. ex editione Henr. Stephani reddidit *Lexicon* graecolatin. vetus in calce quorumdam *Cyrilli* inuentum. At enim *Mittarellius* in Catal. bibl. Ven. S. Michael. p. 306 ſq. copioſus de eo, exploratum eſt, ait, verum eius auctorem eſſe *Cyrillum* quemdam, qui vixit poſt an. 1200.

37. *Theodoretus* vel *Theodoritus*, natus circ. a. C. 393. aut ſec. Garnerium et Schulzium a. 386. ab a. C. 420. aut ſec. alios ab a. 423. epiſcopus impiger et laude dignus Cyri in Syria; obiit ante a. C. 457. Theologus eximius et rerum chriſtianarum ſcriptor. At, quamquam Neſtorii haereſin non defendit, immo potius formulae ſubſcripſit, a Cyrillo compoſitae; a ſuſpicione tamen, ſe a partibus ſtare Neſtorii, ſui quondam familiaris, non potuit ſe liberare, ita vt in ſynodo Epheſina a. 449. a Dioſcuro, Cyrilli ſucceſſore et ſectae Eutychianae promacho, tamquam Neſtorianus

nus delatus, abſens damnaretur. Poſtea tamen in ſynodo Chalcedonenſi, vbi, quamquam aegre id fecit, damnauerat eum, a. C. 451. abſolutus, ſuaeque ſedi reſtitutus eſt. Confecit Commentarios in omnes fere V. T. libros et in XIV. epiſtolas Paulinas, (quorum vſus multiplex eſt et perquam vtilis tam critico, quam interpreti librorum diuinorum;) tum, tamquam ad ſupplendum Socratem et Sozomenum, Hiſtoriae eccleſiaſticae libros V. ab a. C. 325—429. Dialogos III. inter ἐρανιστὴν et orthodoxum; permultas Epiſtolas aliaque ſcripta theologici argumenti. — *Theodoreti* Opera omnia in quatuor tomos diſtributa, quorum plurima graece, quaedam etiam latine nunc primum prodeunt etc. cura et ſtudio *Jacobi Sirmondi*, Lutet. Pariſ. 1642. fol. — Auctarium, ſiue Operum tomus V. graece et lat. nunc primum in lucem editus cura et ſtudio *Jo. Garnerii*, opus poſtumum, ibid. 1684. fol. Idem opus prodiit cum epigraphe: *Jo. Garnerii* opera poſtuma, cum praefat. *Jo. Harduini*, Francopoli, 1685. fol. — Praeſtat tamen editio locupletior et curatior: *Theodoreti* Opera omnia ex recenſione *Jac. Sirmondi*: denuo edidit, Graeca e codd. locupletauit, editiones antiquiores adhibuit, verſionem lat. recognouit, et varias lectt. adiecit *Jo. Ludou. Schulze*, V. tom. 8. Halae Sax. 1769—1774. Singuli tamen tomi conſtant binis partibus, et tom. tertium ac quarti partem curauit D. *Jo. Aug. Noeſſelt*. *Schulze* autem tomo primo praemiſit diſſertat. in qua Thedoreti vitam, controuerſias cum Cyrillo potiſſimum, ſcriptaque Theodoreti vberius perſequutus, Theodoretum a Garnerii cauillationibus docte vindicauit, ſobria tamen mediocritate cum in defendendo, tum notando Theodoreto ſeruata. Altera pars tomi quinti continet quoque vberiores quinque indices; quorum quartus eſt *gloſſarium Theodoreteum* et quintus *index figurarum*, au-

ctore *Car. Lud. Bauero.* Hi etiam ſeparatim editi ſunt cum peculiari inſcriptione: *Gloſſarium Theodoreteum ad vſus exegeticos et criticos ſeparatim edidit Car. Lud. Bauerus,* Halae Magdeb. 1775. 8. — *Theodoreti* Opp. graece edita ab *Eugenio,* diacono Bulgariae, Halae Sax. 1768—1774. — Hiſtoriae eccleſiaſticae libri V. graece primus edidit *Beatus Rhenanus,* cum Hiſtoria Euſebio-Rufiniana, Baſil. 1535. fol. — et gr. cum Euſebii Hiſtor. eccleſ. Pariſ. ap. Rob. Steph. 1544. fol. — *Theodoreti* et *Euagrii* Scholaſtici Hiſtoria eccleſiaſt. item excerpta ex hiſtoriis *Philoſtorgii* et *Theodori Lectoris: Henr. Valeſius* graeca ex Mss. codd. emendauit, latine vertit, et annotatt. illuſtrauit, Pariſ. 1673. fol. Hanc editionem criticis plurium eruditorum obſeruatt. locupletauit *Guil. Reading,* Cantabr. 1720. fol. rec. Venetiis. — *Curationem graecarum affectionum,* ſiue aduerſus cultores deorum libr. XII. graece cum Zenobii Acciaioli verſione primus edidit e IV. codd. *Frid. Sylburgius* cum notis ſuis atque caſtigationibus, Heidelberg. ap. Commelin. 1592. fol. — Alias quorumdam libr. editt. peculiares vt mittam, memorabo adhuc *Theodorets — Zehen Reden von der göttlichen Fürſicht aus dem Griechiſchen — überſetzt von Jo. Mich. Feder,* Würzeburg. 1788. 8. — Ex Theodoreto in Octateuchum et commentario in Pſalmos quaedam enotantur, ad iudicium iuſtum de eius labore ferendum, a *Jo. Ge. Roſenmüller* in partic. XXXIV. de fatis interpretationis litterarum ſacrarum in eccleſia chriſtiana, Lipſ. 1808. 4.

38. *Philoſtorgius,* Cappadox; homo multarum litterarum tam manſuetiorum quam ſeueriorum, Arianorum et Eunomianorum patronus, contre Judaeorum, paganorum et theologorum orthodoxorum aduerſarius; vixit adhuc a. C. 425. Res chriſtianas ab Ario a. 300. vsque ad mortem Honorii

norii Auguſti a. 425. expoſuit libris XII. Sed Photius in cod. 40. ſeruauit tantum illorum librorum partem ſiue epitomen, quam gr. ac lat. cum prolegomenis, indice multisque et eruditis diſſertatt. primus edidit *Jac. Gothofredus*, Geneu. 1643. 4. — deinde Excerpta emendatiora cum verſione ſua et notis edidit *Henr. Valeſius* cum *Theodoriti* hiſtor. eccl. Pariſ. 1673. fol. et *Reading*, Cantabrig. 1720. fol.

39. *Socrates*, vulgo cognominatus *Scholaſticus:* natus circ. a. C. 380. Circ. a. C. 448. publicauit *Hiſtoriae eccleſiaſticae libr.* VI. editos graece cum Euſebio et reliquis H. E. SS. Pariſ. ap. Rob. Stephan. 1544. fol. — cum Euſebio etc. gr. cum *Chriſtophorſoni* verſione lat. Colon. Agripp. ſiue Geneu. 1612. fol. — Inde *Henr. Valeſius* ex codd. *Socratis* et *Hermiae Sozomeni* Hiſt. eccl. recenſuit, emendauit, latina verſione noua atque eruditis notis illuſtrauit, Pariſ. 1668. fol. — quae editio recuſa eſt Moguntiae, 1677. fol. eique poſtea nouus titulus eſt praefixus, Amſtelod. prae ſe ferens, an. 1695. — Valeſii ed. repetita eſt, et ad calcem adiecta Diſputatio *Archelai* epiſcopi aduerſus Manichaeum: criticis Merici Caſauboni, Guil. Lowthii etc. et Valeſii curis ſecundis locupletata a *Guil. Reading*, Cantabrig. 1720. fol.

40. *Salamanes Hermias Sozomenus*, Gazae, aut Betheliae, in Palaeſtina, CPoli autem Scholaſticus ſiue cauſſidicus, Socratis aequalis. Eius *libri IX. Hiſtoriae eccleſiaſticae*, ab a. 323. ad a. 439. editi ſunt cum Socratis hiſtor. eccleſ.

41. Alios quosdam controuerſiis potius, aut homiliis aliisque minoris momenti libellis, quam inſignioribus libris ad fructum et amplificandam liberalem eruditionem praeſtantibus, ſaeculo quinto ab anno 428. claros paucis tantum recenſebo. Sunt vero 1) *Neſtorius*, primum Presbyter Antiochenus,

chenus, dein ab a. C. 428. episcopus CPolitanus, sectae Nestorianae et multorum dissidiorum auctor *). — 2) *Theodotus*, episcopus Ancyranus, grauis Nestorii aduersarius. — 3) *Firmus*, episcopus Caesareensis. — 4) *Proclus*, archiepiscopus CPolitanus a. 434. mortuus a. 447. — 5) *Isaacus*, gente Syrus, episcopus Nini et Anachoreta. — 6) *Flauianus*, episc. CPolitanus, vehemens aduersarius Eutychis, a cuius adseclis in synodo Ephesina a. 449. pugnis pedibusque ita est percussus, vt triduo post efflaret animam. — 7) *Euthalius*, episcopus Sulcensis, circ. a. C. 458. qui Acta Apostolorum, epistolas Paulinas aliasque septem catholicas e codd. bibliothecae Caesareensis recensuit et in στίχους, in lectiones, capita versusque dissectas, praefixo singulis capitibus argumento et additis locis V. T. parallelis, edidit: cuius integra recensio graece et lat. interprete *Laurent. Alexio Zacagni* cum eiusd. animaduersionibus lucem adspexit in *Zacagni* Collect. monument. vet. ecclesiae, gr. et lat. Romae, 1698. 4. p. 403. **) — 8) *Gelasius*, Cyzicenus, Caesareensis Bithyniae episcopus, circ. a. C. 476. auctor *Commentarii actorum Nicaeni concilii* etc. primum editi gr. et lat. ex interpretatione et cum notis *Rob. Balforei*, Lutet. ap. Fed. Morel. 1599. 8. etc. Est diuersus ab aliis eiusdem nominis. — 9) *Antipater*, Bostrensis in Arabia episcopus. — 10) *Andreas*, episcopus Caesareae in Cappadocia circa

---

*) D. *Schmidt* in progr. de vera Nestorii de vnione naturarum in Christo sententia, Jenae, 1793. 4. defendit Nestorium a crimine, eum negasse vnionem illam, aut Christi personam diuisisse.

**) Conf. etiam *Zacagni* praefat. p. 402. De Euthalio eiusque *στίχοις* copiose egit *Jo. Ge. Rosenmüller* in partic. XXXIII. de fatis interpretat. litterarum sacrarum in ecclesia christiana, Lipf. 1808. 4.

circa a. 500. (ad ſaeculum tamen nonum refertur ab Oudino,) auctor *commentarii in Apocalypſin*, editi gr. et cum *Theodori Peltani* verſione; *Frider. Sylburg.* contulit cum codd. et notis atque indicibus illuſtrauit: ex typograph. Hieron. Commelini, 1596. fol. — 11) *Pſeudo-Dorotheus*, ſ. vt volunt, *Procopius* quidam, Presbyter, circa a. 525.

42. *Iſidorus Peluſiota*, monachorum in Peluſio Aegypti monte degentium Abbas, homo pius, atque elegantia, copia et varietate tam rerum, quam verborum reliquos ſua aetate claros vicit: floruit circa a. C. 431. E multis, quae ſcripſiſſe fertur, ſuperſunt 2012. epiſtolae libris V. diſtinctae *). — Tres libros primus edidit gr. et lat. *Jac. Billius*, Pariſ. 1585. fol. — Hos ex cod. Banar. plurimis in locis inſigniter auxit, ſuppleuit, correxit, et ex eod. cod. quartum librum primus, gr. ac lat. item notas vberiores adiecit *Cunrad. Rittershus:* ex offic. Commelin. 1605. fol. — His *Andr. Schottus* e cod. Vatic. addidit Epiſtolas hactenus ineditas de locis S. Scripturae moribusque formandis, cum notis, gr. Antwerp. 1623. 8. — rec. gr. ac lat. Francoſ. 1629. fol. — Tum libri illi V. ex ſuperioribus editionibus recuſi et coniunctim editi ſunt Pariſ. 1638. fol. — Add. *Iſidorianae Collationes*, quibus S. Iſiodori Peluſ. epiſtolae omnes hactenus editae cum multis antiquis optimae notae Msstis codd. comparantur, et inde circiter bis mille locis ſupplentur aut emendantur ex biblioth. Barberina, Romae, 1670. 8. Collationem ſex codd. inſtituerat *Franc. Arcudius*,

*) De multarum tamen epiſtolarum fide dubitauit *Ch. A. Heumann* in diſſ. de Iſidoro Peluſiota, et eius epiſtolis, quas maximam partem fictitias eſſe demonſtratur. Götting. 1737. 4. et in Primitiis Gotting. acad. p. 210 ſqq.

cudius, et *Petrus Possinus* in ordinem redegit, addita crisi.

43. *Dionysius Areopagita:* quo saeculo scripta sint, quae sub illius nomine circumferuntur, *de hierarchia ecclesiastica*, *de hierarchia coelesti* etc. at seriori aeuo ab alio quodam ficta sunt, non omnino conuenit. — Eius opuscula quaedam primum graece prodierunt Florent. in aed. Phil. Juntae 1516. 8. cum prologo *S. Maximi* scholiisque ac fragmm. quibusdam aliorum in fine. — Recentiores sunt editt. *Dion. Opera*, commentariis illustrata, cum scholiis *S. Maximi* et paraphrasi *Pachymerae*, gr. a *Balthasare Corderio* latine interpretata et notis theologicis illustrata, Antwerp. 1634. fol. II. voll. — rec. et addita *Jo. Chaumontii* defensione Areopagitae, Paris. 1644. fol. II. voll. — Repetita, sed ita, est illa editio, vt ad cod. Venet. D. Marci opera recenserentur atque emendarentur, augerentur scholia, atque ex iis quaedam veluti *Germani*, patriarchae CPolitani, ab aliis *S. Maximi* distincta, Venet. 1755. fol. II. voll. At enim, num ea distinctio recte se habeat, Jo. Fr. Bernard. de Rubeis in diss. praeliminari in dubium reuocari posse iudicat, adsentiente cl. *Morellio* in Bibl. msta graeca et lat. tom. I. p. 88 sq.

44. *Theodorus*, *Anagnostes* siue *Lector* in templo CPolitano, circ. a. 525. Historias ecclesiast. Socratis, Sozomeni et Theodoriti in epitomen redegit libr. II. qui adhuc in Mss. latent, et illas continuauit stiloque persequutus est fata ecclesiae a Theodosio iun. vsque ad Aug. Justinianum libr. II. ex quibus supersunt *Eclogae* s. excerpta a Rob. Stephano cum Eusebio et reliquis H. E. scriptoribus, dein gr. et lat. additis aliis fragmm. ab *Henr. Valesio*, cum eiusd. et aliorum adnotatt. et a *Guil. Reading* cum historia *Theodoriti* Hist. eccles. editae.

45. *Gre-*

45. *Gregorius* II. pontifex Agrigentinorum, saeculo VI. in viuis fuit: in annis autem vitae, munerum, mortisque curatius definiendis alii aliter sentiunt. Multas orationes atque homilias scripsit: sed praecipuum eius opus fuisse dicitur commentarius in Ecclesiasten, siue *libri decem explanationis Ecclesiastae, graece primum et cum latina interpretatione ac commentariis vulgati, quibus praeposita est vita eiusd. Pontificis a Leontio monacho scripta, nec hactenus graece edita, cura Stephani Ant. Morcelli*, Venet. 1791.

46. In paucorum commemoratione aliquantum diutius versaturus, reliquos scriptores ecclesiasticos et theologos saeculorum sexti et quae consequuntur paucis enumerabo. — Sunt autem 1) *Zacharias*, scholasticus, Mytilenes, Lesbi insulae metropoleos, episcopus, philosophus ac theologus, a. 536. CPolitanae interfuit synodo. — 2) *Gregentius*, archipraesul Tapharensis, a. 523. Abramii, regis Homeritarum, nomine leges scripsisse perhibetur, vita excessit a. 552. — 3) *Eustratius*, presbyter CPolitanus; circ. a. 582. — 4) *Cyrillus*, Scythopolitan. presbyter et monachus, a. 550. — 5) *Euagrius*, Epiphaniae in Coelesyria natus a. C. 55?. *scholasticus*, i. e. caussarum patronus; a Mauricio, Augusto, honoribus Praefecti ornatus est. Supersunt eius *VI. libri historiae ecclesiasticae*, ab eo tempore, quo Socrates et Theodoritus desierant, vsque ad a. 593. continuatae, et adhaerent quibusdam Eusebii ac Theodoriti editt. — 6) *Joannes*, Cappadox, *Nesteutes* siue *Jeiunator* cognominatus, patriarcha CPolitan. ab a. 582—595. quo viuere desiit. — 7) *Anastasius*, maior, episcopus Antiochenus ab a. 561. obiit a. 598. Probe secernendus est ab *Anastasio* minore, maioris successore, (qui in tumultu quodam a Judaeis a. 609. trucidatus est,)

 et

et a S. *Anastasio*, monacho et presbytero *Sinaita* in Arabia, circ. a. 680. *) — 8) *Anastasius*, qui, antequam imperium nancisceretur, Antiochiae episcopus non quidem consecratus, sed populi suffragiis electus fuerat et designatus. Eius vitam illustrat, eum laudat, ac multa, quae apud alios nusquam leguntur, de eo tradit Procopius Gazaeus in oratione, a *Villoisonio* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 28 sqq. primum graece edita; atque Villoison in notis plura de Anastasio animaduertit. — In locum Anastasii *Gregorius*, Antiochenus, fuit ab a. 570. patriarcha suffectus, et a. 593. vita defunctus. — 9) *Joannes Scholasticus*, ab opere quodam ascetico, Κλίμαξ siue *Scala paradisi* inscripto, vulgo *Climacus* cognominatus, abbas monasterii in monte Sina; circa a. 580. scripsisse et a. 606. grandaeuus obiisse videtur. — 10) *Joannes Moschi*, scil. filius, cognomine *Eucrates*, monachus, circa a. C. 610. denatus circa a. 620. — 11) *Georgius*, Alexandrinus ab a. circiter 620. episcopus, auctor vitae S. Chrysostomi et secundum nonnullos auctor *Chronici Alexandrini* s. *Paschalis*, mortuus a. 630. — 12) *Sophronius*, gente Damascenus, ab a. 633. patriarcha Hierosolymitanus, mortuus a. 636. diuersus a *Sophronio*, Hieronymi amico, et circa a. 381. claro. — 13) *Maximus*, monachus, Confessor et abbas Chrysopolitanus, Theologus, Mathematicus et Grammaticus, et a. 640. *Computum eccle-*

*) *Anastasii* Sinaitae homilia, (quae ad binas illas pertinet, quas Jo. Tarinus vna cum Origenis Philocalia, Paris. 1618. edidit,) in *Aug. Mar. Bandini* monumentis gr. ecclesiae vet. ex bibl. Medic. nunc primum in lucem prodeuntibus, Florent. 1762. 8. tom. II. nr. II. et in tomo III. nr. VI. et VII. *Theodosii* Archimandritae cum monachis illius epistola ad *Anastasium* imperat. et huius epistola ad illum. *Anastasii Sinaitae* Opp. in *Gallandii* Biblioth. gr. lat. veterum patr. tom. XII. p. 234.

eccleſiaſticum ſcripſiſſe videtur: denatus a. 662. in exſilio, in quod, quia Monotheletis ſe acriter oppoſuit, miſſus erat, et multas perpeſſus calamitates. Vltra quinquaginta libros, ab ipſo ſcriptos, adhuc ſuperſunt. Plures iunctim editi ſunt gr. et lat. notisque illuſtrati a *Franc. Combefiſio* in *S. Maximi Operibus*, II. voll. Pariſ. 1675. fol. — Scripta *pſychologica* in Analectis nouis patrum etc. Venet. 1781. p. 153. — 14) *Theodorus*, Rhaithuenſis monaſterii presbyter, ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ, circa a. 650. ſcripſit libr. *de incarnatione domini aduerſus haereſes*, cuius nouiſſima editio eſt: *Theodori Rhaithu* libellus — gr. et lat. ex Suidae, tum Jo. Meurſii ac Caroli du Fresne gloſſariis emendatus atque explicatus opera *Jo. Bened. Carpzou.* partic. prior, Helmſtadii 1779. poſterior 1780. 4. — 15) *S. Andreas*, monachus primum Hieroſolymitanus, a. 680. ſynodo CPolitanae Monotheletarum cauſſa interfuit, dein epiſcopus *Cretenſis*. De operum eius editione v. ſupra ad §. 53. Eius *homilia* in natalem Mariae primum eruta e cod. Medic. gr. et lat. interprete *Angelo Mar. Riccio*, Florent. 1732. 4. et in *Ang. Mar. Bandini* Monumentis gr. eccl. vet. Florent. 1762. 8. vol. III. nr. 8. — Oratt. vndecim in *Gallandii* B. gr. lat. vett. patrum vol. XIII. p. 93 ſqq. — 16) *Antonius* Μέλισσα, h. e. *apis*. *Saxius* in Onom. lit. II. p. 87. ſuſpicatur, illum ſaec. VIII. et quidem circa a. 760. vixiſſe, quoniam *Jo. Damaſceni* exemplum imitatus ſententiarum locos communes digeſſit. — 17) *Germanus* I. ab a. 715. patriarcha CPolitanus, quod vero Leoni Iſaurico aduerſabatur, a. 730. munere abdicatus et priuatus, ac mortuus eſt a. 740. — 18) *Joannes*, *Damaſcenus* a patria dictus, et, quia acutus erat philoſophus ac probabilis orator, et propter eloquentiam *Chryſorrhoas* cognominatus. Primum munere ciuili functus eſt; deinde ſeceſſit in monaſterium

nasterium Sabae prope Hierosolyma, dignitate presbyter, et vitae instituto monachus. Acerrimus fuit imaginum defensor, et obiit post an. 754. Auctor est theologiae systematicae et pater inter Graecos philosophiae scholasticae. Multa scripsit: in his autem memorabilis est *orthodoxae fidei accurata expositio*; cuius prima rarissimaque editio inscripta est: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως — *Jo. Damasceni editio orthodoxae fidei. Eiusdem de iis, qui in fide dormierunt.* Veronae, 1531. 4. — Iidem libri gr. ex edit. *Jo. Ephesini*, in Moldauia, 1715. 4. — Iidem translati in linguam ecclesiast. Georgian. Mosquae a. C. 1744. 4. — Optima hucusque et ex codd. locupletata editio est: *Jo. Damasc.* Opera omnia, quae exstant, et eius nomine circumferuntur, ex variis editt. et codd. Mss. — collecta, recensita, lat. versa, atque annotatt. illustrata, cum (VII.) praeuiis dissertatt. et copiosis indd. opera et studio *P. Michaelis Lequien*, Paris. 1712. fol. tom. I. II. — Carmina, graece, cum interpretatione lat. *Aldi Manutii*, cum *Prudentio*, Venet. ap. Ald. 1501. 4. et in Corpore poet. graec. Colon. Allobr. 1614. fol. — 19) *Theodorus*, Abucara, Joannis Damasceni discipulus, episcopus, philosophus et theologus, circa a. C. 770. Opusculis XLIII. contra haereticos, Judaeos et Saracenos clarus. — 20) *S. Theodorus Studites*, monachus, theologus et sophista, natus CPoli a. 759. primum a. 794. archimandrita Saccudiensis monasterii in suburbano patrio factus, dein ab imper. Constantino VI. a. 796. in exsilium missus, sed anno proximo ab Irene magno cum honore reuocatus et abbas Studio, s. monasterio a Studio quodam romano CPoli condito praefectus, sed bis adhuc exsilio adfectus fuit, et tandem post varia fata in peninsula S. Tryphonis a. 826. viuere desiit. — 21) *Petrus, Siculus*, historicus

ſtoricus, Baſilii imperatoris legatus in Armeniam miſſus, circa a. 871. Eius *Hiſtoriam nouorum Manichaeorum* ſ. *Paulicianorum* gr. et lat. edidit *Matthaeus Raderus* Ingolſtad. 1604. 4. — 22) *Cyrillus* et *Methodius*, (alias *Methud*,) ſacerdotes graeci et monachi ex ordine S. Baſilii, a Michaele Bagore, rogante Swatopulk, principe ac domino Morauiae, circa a. 859. (alii circa a. 863.) in Morauiam ſunt miſſi, qui chriſtianam doctrinam atque diſciplinam traderent ibi atque conſtituerent: id quod ſecundum ritus ac praecepta eccleſiae graecae primum in Morauia, tum in Bohemia circa a. 894. a Borziwoy, duce Bohemico, inuitati effecerunt *). — 23) *S. Methodius*, confeſſor et homologeta, ob ſacrarum imaginum ſtudia clarus, et ab a. 842. patriarcha CPolitanus; mortuus a. 847. — 24) *Georgius*, monachus et archimandrita, cognomento *Harmatoli* ſiue *Peccatoris* circa a. 842. clarus: ſcripſit Χρονικὸν περὶ τῆς Χριστιανῶν βασιλείας καὶ περὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως, quod nondum integrum e codd. erutum eſt, ſed partes quasdam illius et fragmenta, a Petauio, Lambecio aliisque ſparſim edita, habemus. — 25) *Ninus*, monachus et archimandrita Armenius, cognomine Μετανοεῖτε, quod vocabulum, Graeciam aliasque prouincias pererrans, continuo fere vſurpabat: obiit a. 998. — 26) *Arethas*, archipraeſul Caeſareenſis Cappadociae, circa a. 914. atque Apocalypſeos Johanneae interpres: ſaeculo autem decimo eum quoque vindi-

*) Vide *Chriſt. Sam. Schmidt Hiſtoriſche Unterſuchung der Frage: ward das Chriſtenthum in Böhmen von Methud nach den Grundſätzen der griechiſchen oder latein. Kirche eingeführt?* Lipſ. 1789. 8. inprimis *Schlötzer* in: Neſtor, part. III. p. 149 ſqq. de Cyrillo et Methodio. Adde *Fabricii* B. Gr. VII. p. 272 ſqq. ubi plures *Methodii* referuntur.

vindicauit *Matthaei* in praefat. ad Apocalypſin Joannis fol. a. ſect. I. e contrario *Bengel.* in Adparatu critico ad N. T. eum adſeruit ſaeculo VI. — 27) *Oecumenius*, epiſcopus Triccae in Thracia, circa a. C. 1000. Confecit commentarios ſiue *catenam* ex patribus contextam in Acta Apoſtolorum, in omnes Pauli et catholicas epiſtolas, editam cum *Arethae* explanationibus in Apocalypſin, gr. et lat. interprete *Joanne Hentenio*, emendatore et praelectore huius editionis *Fed. Morello*, tomi III. Lutetiae Pariſ. ap. Car. Morellum, 1630. fol. — *Oecumenii* expoſitio in ſeptem epiſtolas catholicas gr. et lat. cum adnotatt. *Bartholom. Coppen.* Francof. 1610. 4. Collectionem tamen ſcholiorum in epiſtolas D. Pauli minus recte tribui *Oecumenio*, et ſcholia, quae nomen *Oecumenii* et *Photii* prae ſe ferunt, miſera eſſe, iudicat V. D. in Lipſ. *A. L. Anzeiger* a. 1801. nr. 103. m. Jul. — 28) *Michael Cerularius* ab a. 1043. patriarcha CPolitanus et mortuus a. 1059. Epiſcopi romani grauis aduerſarius, et ſchismatis eccleſiae graecae ac latinae praecipuus auctor. — 29) *Simeon*, a Graecis etiam *iunior Theologus* dictus, praefectus monaſterii S. Mamantis in Xylocerio CPoli, theologus, homileta et hymnographus, floruit circ. a. C. 1050. Fons vero et caput habetur eorum errorum, qui deinde ab Heſychaſtis, ſiue graecis, qui vocantur, Quietiſtis et Palama ſunt innouati. — 30) *Nicetas*, cognomine *Serronius*, primum diaconus CPolitanus, deinde archiepiſcopus ſiue metropolita Heracleae in Ponto; clarus circ. a. C. 1077. Collegit *Catenam graecorum patrum in Jobum*, gr. et lat. cum graeco Jobi textu opera *Patricii Junii* in lucem editam, Londini, 1637. fol. — tum *Catenam patrum graecorum XXX. in Matthaeum*, editam interprete *Balthaſ. Corderio* ex cod. bibl. Bauaricae, Toloſae, 1647. fol. — *in epiſtolam I. S. Pau-*

S. Pauli Ap. ad Corinthios enarrationem, gr. e cod. Medic. cum interpretatione lat. et adnotatt. edidit *Jo. Lamius* in Deliciis eruditorum, Florent. 1738. 8. conf. Lamium in praef. p. XVIII. et de eruditione apostolor. cap. XIII. sect. I. §. 9. nr. 72. — 31) *Philippus Solitarius*, monachus graecus, circa a. C. 1105. auctor libri versibus politicis *de Dioptra*, siue disputationis inter animum et corpus, cuius versio tantum latina prosaria, ab *Isaaco Pontano* confecta, exstat Ingolstad. 1604. 4. cum aliis opusculis. -- 32) *Theophylactus*, patria CPolitanus, secundum alios tamen Chalcidensis, Acridae archiepiscopus, et Bulgariae totius metropolita: floruit circa a. 1071. et a. 1107. adhuc in viuis fuit. Haud pauca varii generis, potissimum commentarios in S. S. scripsit; ex. gr. *Epistolas*, primum editas notisque criticis illustratas a *Jo. Meursio*, Lugd. Bat. 1617. 4. rec. et aliis XXXV. ex cod. Medic. Laur. cura *Jo. Lamii* auctas, in *Jo. Meursii* Opp. Florent. 1746. fol. tom. VIII. p. 787. Variae autem lectt. in Theoph. epistolas, ex cod. msc. ab *Isaaco Vossio* editioni Meursii adscriptae, leguntur in *Ferdin. Stoschii* Museo critico vol. I. fasc. I. Lemgou. 1774. 8. nr. II. p. 8 sqq. — *Institutionem regiam ad Constantinum Porphyrogenitum* gr. cum versione lat. edidit *Petrus Possinus*, Paris. 1651. 4. et gr. cum Possini versione vulgauit *Anselmus Bandurius* in Imperio orientali, Paris. 1711. fol. tom. I. p. 193. et paucas quasdam obseruatt. suas adiunxit, ad calcem tomi II. — Ἑρμηνεία εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια, Romae, 1542. fol. *). — Recensa est haec

*) De hac rara aliisque editionibus, de Theophylacto aliisque rebus docte differit *Jo. Gaspar Hagenbuchius* in Excursu theologico-litterario de Theophylacto, ceu exercitationis philologico-theologicae ad 1. Tim. VI. 2. in missu quarto, quinto et sexto, ac missus sexti reliquiis, Turici, 1760. et 1761. 4.

haec editio, cum verſione latina (Oecolampadii, a Phil. Montano correcta,) cum notis et variis lectt. (ſiue potius Oecolampadii coniecturis,) ſtudio *J. P.* Lutet. Pariſ. 1631. fol. — Miſſis aliis opuſculorum Theophyl. editt. ac verſionibus, memoranda eſt edit. plena, at vitioſe expreſſa typis: *Theophylacti* Opp. omnia, ſiue, quae hactenus edita ſunt, ſiue, quae lucem nondum viderunt, cum *(Jo. Franc. Bernardi Mariae de Rubeis)* praeuia diſſertatione de ipſius Theophylacti geſtis, et ſcriptis et doctrina etc. tom. I—IV. Venetiis 1754—1763. fol. Tom. IV. additi ſunt *Euthymii Zigabeni* commentarii in Pſalmos. — 33) *Euthymius Zigabenus*, ſiue *Zigadenus*, monachus CPolitanus, circa a. 1118. Scripſit iuſſu *Alexii Comneni* aduerſus haereſes Πανοπλίαν δογματικὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, atque commentarios in nonnullos V. ac N. T. libros. Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζιγαδήνου Πανοπλία etc. graece in lucem prolata eſt a *Gregora* Dodon. Tergouiſti in Walachia, 1710. fol. — latine verſa antea erat a *Petro Franc. Zinio*, et prodiit Venet. 1555. fol. rec. Pariſ. 1556. 8. etc. Titulum vero XXIV. Panopliae, ſiue κατὰ Βογομίλων ex apographo bibl. Bodl. edidit notisque illuſtrauit *Jo. Chriſtoph. Wolf* in hiſtoria ſua Bogomilorum, Witeberg. 1712. 4. — Fragmentum *Euth. Zygabeni libri inuectiui contra Bogomilos*, ex Vatic. cod. erutum, graece et lat. a *Nic.Ogginio* in Anecdotis litterar. ex Mss. codd. erutis, vol. IV. Romae 1783. mai. 8. — Superioris operis adpendix eſt in codd. *Victoria et triumphus de Maſſilianorum ſecta*, vna cum XIV. anathematiſmis, haereſi eorum oppoſitis, gr. et lat. et cum adnotatt. edit. a *Jac. Tollio*, in Inſignibus itinerarii italici, p. 106. — Commentar. in Pſalmos primum graece adiectum eſſe tom. IV. Theophylacti Opp. paullo ante iam notauimus. Inprimis memorandus eſt *Commentarius in quatuor Euangelia*, cuius

cuius verſio latina ex praeclaro gr. cod. a *Jo. Hentenio* facta Louanii 1544. fol. et ſaepius edita fuit; ipſe vero etiam contextus graecus prodiit cum hac epigraphe: *Euthymii Zigabeni* Commentarius in IV. euangelia, gr. et lat. Textum graecum numquam antea editum ad fidem duorum codicum membran. bibliothecarum S. Synodi Moſquenſis, aetate auctoris ſcriptorum, diligenter recenſuit, et cum repetita verſione lat. Jo. Hentenii ſuisque animaduerſionibus edidit *Chriſtian. Frid. Matthaei,* tom. III. Lipſ. 1792. mai. 8. Tomus autem primus in duas diuiſus eſt partes, et longa eaque erudita, et critica et quae ſupplementa ad alia Euthymii ſcripta continent, prolegg. praemiſſa ſunt. — 34) *Nilus,* cognomine Doxopatrius, primum archimandrita CPoli, tum Protoproedrus Syncellorum et nomophylax romani imperii; ſub Rogerio, rege Siculorum, circa a. C. 1143. ſcripſiſſe dicitur librum *de quinque patriarchalibus ſedibus,* gr. et lat. editum a *Stephano le Moyne* cum notis in variis ſacris, tom. I. p. 211. — Ab hoc diuerſi ſunt *Nilus Eparchus* et *Nilus Cabaſilas,* de quibus ſupra ad §. 35. — 35) *Joannes Beccus* ſiue *Veccus,* ab a. C. 1274. patriarcha CPolitanus, Theologus, Homileta et Epiſtolographus. — 36) *Georgius Metochita,* Joannis Becci archidiaconus CPolitanus, atque cum eodem Becco, quia opinionum latinae eccleſiae fautor erat, circa a. 1283. in exſilium eiectus eſt. — 37) Ab hoc diuerſus eſt et fere notior *Theodorus Metochita,* hiſtoricus et philoſophus, clarus a. 1310 ſqq. magnus Logotheta; a. tamen 1327. in exſilium miſſus, mox autem illo liberatus, CPoli in monaſterio Chorae, quod ipſe inſtaurauit, aetatem transegit, et a. 1332. viuere deſiit. Plura ſcripſit, n. Paraphraſin in Ariſtotelis libr. VIII. phyſicorum; capita philoſophica et hiſtorica miſcellanea et alia. Specimina operum

rum *Metochitae*, quae inscribuntur ὑπομνηματισμοὶ καὶ σημειώσεις γνωμικαὶ, e codd. msst. cum praefatione et adnotatt. vulgauit *Jo. Bloch*, Hauniae 1790. 8. — Capp. II. de politia Cyrenaeorum et Carthaginienſium edita ſunt ad calcem Supplementi editionis Lipſienſis Nicolai Damaſceni etc. Lipſ. 1811. 8. Add. *Jo. Frid. Bodenburg* comm. de Theodori Metochitae ſcriptis, νοθείας inſimulatis, in Miſcellan. Lipſienſ. XII. p. 20 ſqq. — 38) *Philemon*, auctor Lexici technologici graeci; num circa a. 1170. vixerit, et recentior aetate Etymologi atque Euſtathii videatur, inquirit *Saxius* in Onom. lit. II. p. 561. in Analectis. — 39) *Barlaam*, monachus ordinis S. Baſilii, e Calabriae oppido *Seminaria* ortus, vir quidem πολυμαθέστατος, at in ſententiis theologicis inconſtans, primum pro Graecis, dein pro Latinis, pro diuerſitate loci, vbi habitabat, certans; nam a. 1337. in ſynodo CPolitana damnatus, caſtra Graecorum deſeruit, et diuerſarum partium habitus eſt. Vita exceſſit a. 1348. Inter varia eius ſcripta memorabilis eſt liber *de primatu Papae.* — 40) *Georgius Palamas*, ortu Aſiaticus, monachus, ſectae Palamiticae auctor, atque aduerſarius Barlaami et *Gregorii Acindyni*, qui Barlaami partes ſusceperat, circa 1337. adhuc a. 1351. in viuis fuit. — 41) *Philotheus*, primum monachus, dein ab anno 1354. *Calliſto* deiecto, patriarcha CPolitanus, initio tamen a. 1355. Calliſto in integrum reſtituto, loco ſuo motus eſt, et, mortuo demum *Calliſto* a. 1362. priſtinam recuperauit dignitatem et vita defunctus eſt a. 1376. In multis autem ſcriptis ſui memoriam reliquit. — 42) *Joannes Cypariſſiota*, cognomine *Sapiens*, theologus et Palamitarum aduerſarius, circa a. 1370. — 43) *Julianus Caeſarinus*, in concilio Baſil. ab a. 1431. ſub Eugenio IV. qui papa fuit ab a. 1417. partes paene egit duplices, regi tamen Hungarorum

rum haud bona suasit. Eius diss. ἀνέκδοτος ex bibl. Medic. Laurent. gr. et lat. edita est studio *Rudesindi Andosillae*, Florent. 1762. 4. — 44) *Manuel Galeca*, theologus graecus, Latinorum tamen a partibus stetit, circa a. 1360. — 45) *Simeon*, archiepiscopus Thessalonicensis, et rituum ecclesiae graecae interpres ac defensor: mortuus a. 1430. aut 1429. — 46) *Josephus Bryennius*, monachus et homileta CPolitanus, a. 1404. Eius opera inuenta (Ἰωσὴφ Μοναχου τοῦ Βρυεννίου τὰ εὑρηθέντα) ex duobus codd. gr. edidit *Eugenius*, diaconus Bulgariae, Lipf. 1768 – 1784. III. tom. 8. Ad tom. III. quaedam contulit *Chr. Frid. Matthaei*, et nomine Thom. Mandacasis latinam scripsit dedicationem ad collegas synodi Petroburg. et Mosquens. — 47) *Theophanes, Nicaenus* archiepiscopus, circa a. 1347. scripsit orationes, symphoniam V. et N. Testamenti, epistolas et alia. Eius Opp. quae exstant primum e bibl. Vaticana gr. et lat. edita sunt, D. *Gonsaluo Ponce de Leon* interprete, qui adnotatt. etiam addidit, et varias lectt. ex alterius codicis collatione, Romae ap. Franc. Zanettum 1590. 8. — 48) *Gregorius Scholarius*, postea *Gennadius* dictus, primus post CPolin a Turcis captam patriarcha, a. 1454. mortuus a. 1464. Multa scripsit, in his quoque contra Plethonem pro Aristotele, Pletho autem contra *Scholarium*, et *Confessionem fidei*, statim post vrbem a Turcis captam 1453. Mahometi II. postulanti exhibitam, quae graece cum versione latina subiuncta exstat in Collectione inscripta: *Dauidis Chytraei* oratio de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia, Asia, Boëmia etc. Epistolae CPolitanae et aliae circiter XXX. quibus in hac editione aliquot epistolae graecae et latinae, *Confessio fidei a Gennadio — exhibita*, de Russorum et Tartarorum religione, et alia accesserunt. Francof. ap. hered. Andr. Wechel. 1583. 8. p. 173 sqq.

ſqq. etc. — 49) *Manuel*, dein *Maximus* dictus, *Margunius*. Hic *Margunius Cretenſis*, ſub exitum ſaeculi XVI. celebris, et Romae, Venetiis, Piſis, Patauii, etiam Pariſiis verſatus, primum *Manuel Margunius* vocabatur, dein, ad epiſcopatum Cytherorum in inſula Cypro a. 1584. euectus eſt: quo facto, more Graecorum, qui, quando monachi habitum nomenque ſumunt, aut epiſcopatum ſuſcipiunt, nomen ſuum alio nomine, quod ab eadem littera incipit, permutare ſolent, pro *Manuele Margunio* nuncupari voluit *Maximus Margunius*, quo nomine notior eſt. Diſcipulos habuit *Cyrillum Lucarem* Cretenſem, patriarchum deinde CPolitanum, (qui ab a. 1621. quater munere detruſus, at quater, et a. 1637. quintum reſtitutus, ſed poſt vnum annum ſtrangulatus eſt,) ac *Metrophanem Critopulum*, patriarcham Alexandrinum, obiitque in patria Creta, a. 1602. Multa ſcripſit graeco, graeco-barbaro et latino ſermone; multas vero perſequutiones contra ſe excitauit et miſeram degit vitam, atque ob audaciorem ſuae haereſeos et ritus defenſionem in cuſtodiam coniectus eſt. Vitam eius, doctrinam et ſcripta copioſius perſequutus eſt *Jo. Lamius* in praefat. ad Delicias eruditorum, Florent. 1739. p. XXIV ſqq. et p. 292 ſqq. XIII. epiſtolas *Margunii* in lucem protulit. Idem in praefat. ad tom. Deliciarum etc. ibid. 1740. editum pag. XXX ſqq. plura, quae ad vitam et doctrinam Margunii pertinerent, retractauit atque illuſtrauit, et p. 1 ſqq. multas Margunii epiſtolas graece, et p. 123 ſqq. verſionem illarum latinam Philippi Elmii, Florentini, cum ſuis ſcholiis publicauit. — In libro inſcripto: *Τύποι ἐπιϛολῶν Θεοφίλου Κορυδάλεως, ἢ περὶ ῥητορικῆς* etc. Venet. 1786. 8. ſunt plures Margunii epiſtolae ad patriarcham Jeremiam, ad Dauid. Hoeſchel. et Conr. Rittershuſ. — cum interpretatione latina *Conradi Rittershu-*

ſii

ſii prodierunt *Max. Margunii Hymni Anacreontici*, gr. et lat. Auguſtae Vindel. 1601. 12. Conf. etiam longam *Villoiſonii* epiſtolam ad me datam in meis Supplem. ad Introd. etc. II. p. 262 ſqq. — 50) De *Metrophane Critopulo*, nonnullorum ſcriptorum auctore, quem fuiſſe diximus Margunii Cretenſis diſcipulum, pauca addere liceat. Ille autem floruit ſaeculo decimo ſeptimo: primum functus eſt munere Hieromonachi in monte Atho, dein iuſſu atque auctoritate *Cyrilli Lucaris* in Angliam et Britanniam miſſus, et, quum ex peregrinatione rediret, patriarchalis eccleſiae CPolitanae Protoſingulus factus, denique patriarcha Alexandrinus creatus eſt. Praeter alia ſcripſit Emendationes atque animaduerſſ. in *Meurſii* Gloſſarium graeco-barbarum, quas ex autographo primum edidit *Jo. Ge. Frid. Franzius*, Stendal. 1787. 8. Sed conf. V. D. (ni fallor, cl. *Müllerum*,) in Supplem. in *Leipz. L. Z.* 1806. p. 2109. de exemplari Meurſii Gloſſar. cum adnotatt. Reineſii orae adſcriptis, ex quo ed. Franzii corrigi poteſt atque augeri, et quae adnotaui ad Fabricii B. Gr. vol. XI. p. 599 ſq. — Denique, vt alios omittam, (neque noſtra aetate defuerunt Graeci docti, qui in gratiam potiſſimum Graecorum ſuorum libros varii generis, neque ſpernendos ediderunt, aut in linguam gr. transtulerunt, inter quos eminent *Coray* (Κοραῆς,) ortu Chius, in praeſenti autem Pariſiis viuens, vir multis libris graecis publicatis de Graecis recentioribus non minus quam ipſis graecis litteris atque nonnullis vett. auctoribus ab ipſo editis immortaliter meritus, et *Anthimus Gazes*, Archimandrita, eccleſiae graecae Vindobonenſis ſacerdos *),) memorabo *Gregorium*

*) Ab eo nuper edita ſunt; Βιβλιοθήκης ἑλληνικῆς βιβλία δύο, περιέχοντα κατὰ χρονικὴν πρόοδον περὶ τῶν ἐξόχων

gorium Theſſalonicenſem, cuius decem orationes cum ſingulis Jo. Chryſoſtomi et Amphilochii etc. edidit *C. F. Matthaei*, Moſcou. 1776. 8.

ἐξόχων Ἑλλήνων συγγραφέων βεβαιωτέρας εἰδήσεις. Συνεργανισθέντα ἐκ παλαιῶν καὶ νεωτέρων κριτικῶν, καὶ ἐκδοθέντα ὑπὸ Ἀνθίμου Γαζῆ τοῦ Μηλιώτου. Τόμος A. περιέχων τὸ πρῶτον βιβλίον. Τόμος B. περιέχων τὸ δεύτερον βιβλίον. Viennae Auſtriae 1807. mai. 8. Baſis eſt *J. A. Fabricii* Bibl. gr. cum variis nouis acceſſionibus. Tum Ἑρμῆς ὁ λόγιος, ἢ φιλολογικαὶ ἀγγελίαι, ὑπὸ Ἀνθίμου Γαζῆ ἐκδιδόμεναι. m. Jan. Febr. Mart. etc. 1811. 8. in quibus etiam Coray merita laudat, eiusque ſcripta enumerat. Idem *Gloſſarium neograecum* edere coepit. Conf. *Hall. allgem. L. Z.* 1811. nr. 154. et *Beckii* Acta Seminarii — Lipſ. I. p. 466 ſq. not. vbi quoque p. 460 ſqq. de meritis, libris atque editt. *Diamantii Corayi* copioſius agitur, et de eius edit. Fabularum Aeſop. Pariſ. 1810. 8. v. *Jen. allg. L. Z.* 1811. nr. 57.

F i n i s.

INDEX.

INDEX.

D.

Gre-

Melea-